Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bibliotecæ Martinianæ Can: Reg: Lovanij

Universidad de Deusto
Biblioteca

GVLIELMI BVDAEI

Parisiensis, Consiliarii Regii, supplicum'q; libellorum in Regia magistri, de Asse & partibus eius libri quinque, ab ipso authore nouissimè & recogniti & locupletati.

πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾴδιον ἐστιν, ἢ μιμήσασθαι.
Multa cauillari promptius est, quàm æmulari.

18369
Bibliotheca Facult. Philosophicae Pont. Univ. Gregor.

PARISIIS
Imprimebat Michael Vascosanus sibi, Roberto Stephano, ac Iohanni Roigny, affinibus suis.

AN. M. D. XLI.

Cum priuilegio Regio.

DON. SANCT. LEON. GERM. S. J.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GVLIELMVS BVDAEVS PARISIENSIS, REGIVS SECRETARIVS, AD OPTIMVM QUENQUE & CANDIDISSIMVM VIRVM LITERARVM & PHILOSOPHIÆ STUDIOSVM, PRÆFATIO IN LIBROS DE ASSE & PARTIBUS EIUS.

NATVRA comparatum esse uidemus, ut qui aliquid efficere se posse confidant, ij ad id aggrediendum, auspicandum, absoluendum, toto (ut dicitur) pectore, totáque cogitatione incumbant: idque nihilo secius etsi absque rei familiaris detrimento, aut ualetudinis incommodo facere non posse intelligant, nedum si nullum inde dignum operæ pretium expectent. tanta uis est naturæ ad ea impellentis, ad quæ nos aptos fecit. Quũ autẽ humanis animis nihil magis intelligentia ingenitũ sit, quæ parens est ipsa omnis inuẽtionis: sit eiusdẽ naturæ instinctu, ut quàm quisque ingenio maximè præstat, tã is ad cõminiscendũ semper aliquid maximè intentus sit & pronus. Quod uidens (ut arbitror) Homerus ingeniorum uertex, homines alpheſtas interdũ appellauit, quasi indagatores, & inueniẽdi ui præditos. Interdũ id uocabulum pro hominibus usurpauit, quasi scilicet hoc hominis maximè propriũ esse existimaret, indagare & inuenire. Inde artiũ omnium consummatio, quas Varro intra mille annos repertas & absolutas fuisse tradit, cũ uarias scilicet usus meditãdo excuderet artes: ut inquit Homerus alter. Verumenimuero res multæ præclaræ ab antiquis uel inuẽtæ, uel usurpatæ, & in eorũ usu positæ, ita uel æui situ squalidæ, uel incuria temporũ neglectæ, uel rerũ inclinationibus diu desitæ fuerunt, ut iterum inueniẽdas in usum suum easdẽ posteritas habuerit. Quare uirorũ acrium doctorúmque diligẽtia tantum una & altera ætate effectum est cõmentando, ut antiquitas propemodũ interpolata in usum linguæ Latinæ ad nos peruenisse uideatur. Quũ igitur ad ea quæ restabant inuestigãda, ita animatos æquales ætatis nostræ studioſos animaduerterem, ut certatim unusquisque in cõmune negocium nauare operã contenderet, quasi è medio desumere sibi gloriæ argumentum: ausus sum & ipse, cum ad hæc studia nec parum nec leuiter incubuissem, quæ cõminisci potuerã, in medium afferre: si forte ipsa quoque placere, & adiuuare laborem inquirentium possent. Itaque Annotationes primũ in Pandectas edidi: in quibus non pauca contra receptã in uulgus hominũ opinionem, & multarũ ætatũ sententia præiudicatam, in iudicium deduxi, nonnulla etiã fortasse inter doctos quidem satis animaduersa. Qua in re utinã mihi non obfuerit quòd tumultuoſius quàm decebat, in mediũ attuli quæ tumultuariè collegeram. ita enim inconsulto feruore me intuli in publicum, ut facilius culpam deprecari, quàm nunc insiciari aut excusare possim: ausus ipse Mineruam (ut aiunt) Athenis uiolare, id est Accursũ auctoritatem inter iurisperitissimos obtrectare, quæ summa & optima pars est nostrorum magistratuum. Nunc alterã lucubrationem grãdioris incepti operosioríſque profero: nõ in unum genus illam quidem editam aut disciplinarum, aut artium: sed in uniuersum pertinentem ad antiquitatis interpretationem, & per omne propè genus auctorum probiorum utraque lingua patentem. Quin & illud interest, quòd in illa cõmentatione cum ignorantiæ alumnis res mihi tantũ fuit, quibus ferè ueritas retrorsum longius repetita persuaderi uix potest. Docti autem uiri nullum mihi negocium facessere uidebãtur, qui uel ipsi ueritatem suapte intelligentia deprehendere solent, uel dociles ad optimã quanque doctrinam se præbere non grauantur. At uerò huius ea ratio est & conditio, minimè quidem ipsa popularis, ut quas res in iudicium affero, ijs de rebus censuisse rectè non nisi solus & unus possim. Quo fit, ut si in summa forte operis (ô præcipitem scribẽdi sortem, nõ modò ancipitẽ) hallucinatus esse uidear, omnium scriptorum recentiorũ præiudicijs, & præcipuè doctissimi cuiusque, damnatũ me iri necesse sit. Huius anxietatis unũ id demũ solatium habeo, quòd si secundum me (ut spero) doctorum qui nunc sunt superstites, consensus pronunciarit, in huius certaminis palma nullam sibi partem fortuna uẽdicabit, nullam inde frondem hominum quisquam præcerpturus est. Nam cum res attuli non forte fortuna repertas, ut legẽdo fit interdũ, sed omnibus uestigijs indagatas, ũsque partim exo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

letis,partim perplexè inuolutis:tum uerò ita res nata tulit,ut enarratorum lites nullas uertere in meã rem potuerim,quum eodẽ errore(niſi fallor)concordes ad unum offenderim.ſic fit ut nec repoſitũ cibum,nec frigidum attulerim,nec qui faſtidium mouere ſtomachis à copia lectionum redundantibus poſſit.Primus enim(ut reor)inſtaurandã hanc partẽ uetuſtatis ſuſcepi,nõ ab alijs illam quidẽ neglectã,ſed uel hactenus cõclamatam,uel præuaricatione tranſmiſſam.Addidi etiam uocabula non è promptuaria penu ſumpta,quum ipſum per ſe operis argumentum ſuopte guſtu poſſet ad ſtomachos acriores facere nulla etiam ſermonis iucunditate cõditum. Titulum operis eum elegi,qui rem tractandam implere rectè intelligentibus poſſet,nec tamen profiteri Archimedeum quoddam inuentum uideretur,aut auidam ſpem legentium immani pollicitatione fruſtrari.Nam neque eiuſmodi librum condidiſſe glorior, qui in arce Mineruæ ſtatim conſecrandus ſit:nec rurſus cuiuſlibet induſtriæ eſſe cenſeo,pondera & menſuras priſcorum,nomiſmatis Græci Latiníque rationẽ æſtimationémque, ſimul numerandi colligendique modum hoc tempore explicaſſe,ac priſcam mundi opulentiam ad nummum perpendiſſe. Id quod niſi feciſſe uidebor,propoſiti compos non ero.Mercimonij uerò expoſiti explicatio docebit (ut eſt in ſermone hominum)quid inſtitor rerum nouarum uiſendum attulerit. Neque uerò uitio mihi uertetur (ut arbitror) ꝙ adhuc unus inuentus ſim qui res denſiſſimo ſitu uetuſtatis obductas refricare nunc auderẽ,reíque comploratæ & ab alijs abiectæ explicationem ab longioribus ſeculis repetere, q̃ ut eorum nunc redire ſciẽtia poſtliminio poſſet,præſertim accedentibus tot memoriæ noſtræ ſuperioríſque præiudicijs.Non ſum enim neſcius quoſdã de opere tantũ fama cognito, nec adhuc abſoluto,ſententiã eam tuliſſe,propè ut bidental mouiſſe à quibuſdã exiſtimarer,qui tanto interuallo hunc lapidem molirer ab omnibus intactum,aut certè incõcuſſum.Hoc autẽ ea de cauſa libẽtius ſuſcepi, ut æqualiũ poſterorũque ſtudia,noſtrorũ præcipuè,ad parem aut maiorẽ cõtentionem excitarẽ,& in eandem cauſam mecũ quãplurimi incumberent.ſimul ocioſæ huius uitæ rationẽ,quã libens amplexatus ſum,occaſionẽ præbente temporis conditione,cõſtare mihi apud patriã meã uolebam. Cuius rei indicium hoc eſſe uolo, ꝙ neminí uni hunc librum,ſed genio Franciæ patriæque dicare conſtitui. Nullum enim amplius præmium laboris propè ſeſquiannui exoptaui,q̃ ut gratiã uniuerſim à Francis,& ſubinde à Pariſiẽſibus municipibus meis inirem.Dolebam etiam uehementer eam opinionem temere inualuiſſe,quaſi ingenia Gallica à Quinquatribus Mineruæ interdicto naturæ ſummouerẽtur. Qua de re in opere ipſo quid ſentirẽ explicui,neſcio quàm appoſitẽ.Itaque ſub nomine iam dicto librum auſpicatè proditurum cenſui, ut uel Genio uel Mineruæ Franciæ,quaſique in æde Honoris publici dicatus eſſe uideatur. Nunc uiros doctos huius certaminis iudices,qui de captu noſtro ſcriptis alijs cognito,coniecturam facturi ſunt in huius operis ſummam,exorandos habeo,ut Areopagitarum more rem magis iudicandam quàm reum animaduertant.librum prius perlegant,relegántque, argumenta probationéſque expendant:ita quod uiſum fuerit,ad extremum pronuncient.Et quandò ita neceſſe eſt,ut ex oratione noſtra æſtimatio noſtri fiat,quum libris in publicum editis calculum ipſe iudicibus iam porrexerim,monitos eos uelim, ut ſpecimen iudicij non à muſteo adhuc ſtylo noſtro, tyrociniíque feruore exultanti,ſed ab auſteriore ſumant, aut qui iam intepuiſſe & conſediſſe uideatur:non aliter atque ſi de uino iudicium faciendum habeant, de amphora potius aut certè de dolio quàm de lacu ſumi par ſit.Poſtremò autem hoc libens ab omnibus lectoribus arbitris & ipſis operis poſtularim, ut cum mihi leuiores culpas condonarint, cui Ariſtarcho nullo uti licuit:ſicubi obſcuriores fuimus, quàm ut abs quolibet lectore planè aut facilè intelligamur(ut certè interdum de induſtria fuimus,quoniam ita referre aut noſtra aut decori arbitrabamur) ibi ut diem ipſi partim iudicij ſui diffundant, quoad alios acriores conſuluerint: partim quaſi ſibi hæc inquirere non uacet,aut pigeat,de figuratis locis non liquere fateantur potius,quàm ut præproperè aut iniquè quicquam de nobis pronuncient. Vale optime lector,& eandẽ in cauſam mecum primo quoque tempore incumbe.Pariſijs Idibus Martij,Anno domini M. D. XIIII.

Gulielmi Budæi Pariſienſis, Conſiliarii Regii, Svpplicvmqve libellorum in Regia magiſtri,de aſſe & partibus eius, Liber primus.

ASSIS partes ſunt quadrans, triens, ſemis, bes,& dodrãs,& aliæ enumeratæ in lege Seruum,ſub titulo de hæredibus inſtituendis: libro duodetriceſimo Pandectarum: quo in loco malè ſexcuns legitur per x in priore ſyllaba,& per s in poſteriore,inuerſa orthographia:quum viceuerſa ſeſcũx & ſeſcuncia vnciam ſignificet, & vnciæ dimidiũ: qui error etiam in ſeſcuplo inualuit, pro quo vocabulo ſexcuplum per x plerũque legitur in exemplaribus:errore haud contemnẽdo. Eſt enim ſexcuplum,quod ſexies id capit ad quod relationem habet:græcè hexaplum appellatur:vt ſenarius ſexcuplus eſt ſingularis numeri.at ſeſcuplum per ſ,ſcriptũ, quod & ſeſquiplum dicitur,numerum hemiolium ſignificat, qui latinè etiam ſeſquialter appellatur,vt quum dicimus ſenarium ſeſquiplum eſſe quaternarii. continet enim eum totum,& inſuper dimidiam eius partem.Eadem ratione ſeſcunx & ſeſcuncia hemioliam rationem ad vnciam habet: & ſeſquipes ad pedem.Hæc autem omnia vocabula ab vncia declinata,per x in fine ſcribenda ſunt,vt quincunx,ſeptunx,deunx: licet hoc perrarò à librariis obſeruatum ſit.Hoc autem ex eo intelligimus,quòd x recti caſus, in genitiuum per c exire ſolet:vt phœnix phœnicis, felix felicis. Sic igitur deuncis & ſeptuncis genitiui,deunx & ſeptunx rectos ſuos expoſcunt.Porrò ſeſqui vocabulum in appoſitione inuẽtum, pro hemiolio accipiendũ eſt,quod perinde eſt ac ſi dicas, tantundem & ſemis. Cicero in libro de Oratore perfecto,Pes(inquit)qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti,aut altero tanto aut ſeſqui maiorem.ita fit æqualis dactylus,duplus iambus,ſeſqui pæan. Seſqui appellauit pæana: quia pes omnis pæan longa vna ſyllaba & breuibus tribus conſtat.at longa ſyllaba in temporum metricorũ ratione duas breues æquare dicitur.ita fit,vt tres breues longam vnam dimidio ſuperẽt. nam ternarius ad binarium relatus,ſeſquialteram proportionem habet.Quomodo igitur dactylus æqualibus partibus conſtat, quia prima longa duabus breuibus æqualis eſt:ſic pæan alteram partem dimidio maiorem habet. Iambus etiã altero tanto maiorem,hoc eſt duplam.breuis enim ſyllaba,longa eſt dimidiata. Fortaſſe autem illa verba Ciceronis ſic legerentur rectius: aut altero tanto maiorem,aut ſeſqui:hoc ſenſu,vt pes altero tanto maior, in ſecunda ſui parte ſit duplus:qui autem non altero tanto,ſed dimidio maior eſt, ſit ſeſqui,ad priorem partem poſteriore parte relata: nõ autem ſeſqui maior:

Aſſis partes. Sexcuns. Seſcunx. Sexcuplũ. Seſcuplũ. Seſquialter. Seſqui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia sesquiplum minus est duplo. Locus autem Ciceronis præposterè lectus, viros doctos haud ita pridem in errorem pertraxit. In compositione autem sesqui itidem dimidio maius significat: quod græco vocabulo hemioliũ à nostris etiam appellatur, vt sesquipes, sesquicubitus, sesquidigitus, sesquiiugerum. vnde sesquipedalia tigna apud Cæsarẽ, hoc est pedis vnius & dimidiati, quod ad crassitudinem referendum est: & apud Horatiũ sesquipedalia verba: & sesquimensis, mensis & semis. Hoc autem sesqui significat siue cum vocabulo componatur mensuram aut numeri aut temporis aut modi significante, siue etiam cum alio quocũque vocabulo, vt sesquiopera apud Columellam, & sesquiplaga apud Plautum & Tacitum, & sesculyxes in præfatione Plinii: quo verbo, si rectè emendatum est (nam eius verbi Plinii vestigium nullũ in antiquis exemplaribus Plinii extat) ego hominem summè astutum & veteratorem planè expolitum intelligo. fit eius vocabuli mentio apud Nonium. Tacitus lib. xv. Et ille multum tremens, quum vix duobus ictibus caput amputauisset, sæuitiam apud Neronem iactauit, sesquiplaga interfectum à se dicendo. Plautus in captiuis: Inde porrò ibis in latomias lapidarias: ibi quum alii octonos lapides effodiũt, nisi quotidianus sesquiopus effeceris, sexcentoplago nomẽ indetur tibi. hoc est, nisi tu duodenos effoderis. Sesqui Græci non habent quomodo vno vocabulo significent, nec ideo minus eleganter id exprimunt, hoc modo loquẽtes, vt Demosthenes χρὴ διοκρίνειν, εἰ τῇ τῶ ἀριστομάχου οἰκίᾳ ἐδόθη ζημία ἡμιμναῖα τάττῳ δ' ἀποδοθῆναι τῷ. Cum sesquiminã dicere vellet, τρία ἡμιμναῖα dixit, hoc est, tres semiminas. Sic Xenophon τρία ἡμιδαρεικὰ pro sesquidarico dixit. τοῖς τραλιάρχαις ὑπάρχειν ἡμιόλιον τὸν μισθόν, ἀντὶ δαρεικῶν τρία ἡμιδαρεικά. Militibus sesquistipendiũ dedit, vel sesquiplum stipendium, & pro darico sesquidaricum pepẽdit. Et in Oeconomico τριημιπόδιον sesquipes, vt πενταημιπόδιον, duo pedes & semis, hoc est quinque semisses. Cæterùm sesquitertium, sesquiquartum, sesquioctauum, & alia quæ in proportionibus significandis vsurpantur, & antehac non modò à mathematicis, sed etiã à doctissimis viris frequentata sunt & prolata, rectè nec ne & latinè dicta sint, an secus, alterius esse instituti nunc duximus. Scio enim esse qui improbent: quibus ego non assentior, cum Cicero ex Platone Timæi locum repetens vti non dubitarit. Verùm (vt diximus) vt sesquunx, sic etiam sesquuncia dicitur: & deunx, & deuncis in recto, & as & assis, & semis & semissis, bes & bessis. Varro lib. primo de lingua latina assem ab ære dictum esse putat. as enim & libra & pondo idẽ significant. vnde assipondium & dupondius, ab asse fiunt: tressis, quadressis, nonussis, & decussis, pro tribus, quatuor, nouem, & decem assibus: & rursus pro binis decussibus vicessis: & tricessis pro tribus, hoc est tricenis assibus: & centussis pro denis decussibus: quo maius æris apud antiquos vocabulum nullum fuit. Persius,

Et centum Græcos curto centusse licetur, id est centum assibus.

Decussem Vitruuius pro decade accipit lib. iii. his verbis, Platoni placuit denarium numerum ea re perfectũ, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicũtur, perficitur decussis, quæ simul ac vndecim aut duodecim

Sesqui.
Sesculyxes
As.
Libra.
Pondo.
Centussis.
Persius.

duodecim sunt factæ, quot superauerint, non possunt esse perfectæ donec ad alterum decussim peruenerint. Alibi pro decussatione accipit libro. x. quo in loco de cochlea, id est organo loquẽs sic inquit, Ita quò loci describuntur lineæ quæ sunt in longitudine spectantes, faciendæ decussationes, & in decussationibus finita puncta. his ita emendatè descriptis, sumitur saligna tenuis, aut de vitice secta regula, quæ vncta liquida pice, figitur in primo decussis puncto, deinde traiicitur obliquè ad incedẽtes longitudines & circuitiones decussium. Decusses & decussationes Vitruuius vocat rectas & exactas diuisiones complanatorum capitum tigni & exasceatorum: quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrum complanati tigni sese intersecantibus, ita vt lineæ areolas octo faciant trigonas, quas vulgò facies appellamus. ob id octantes ab eodem auctore dicuntur. Hoc autem facile est intelligere, si quis per ambitum teretis materiæ, & in duobus summis capitibus læuigatæ complanatæque, iisdẽ spatiis octo puncta adnotet, & à puncto ad punctum obuersarium perpetuam lineam ducat. sic enim fit vt omnes lineæ per centrum planitiei transeant, & similitudinem stellæ reddãt. Plinius lib. xviii. de ventorum obseruatione loquens: Obseruato solis ortu quocunque libeat die, stantibus hora diei sexta, sic vt ortum eum à sinistro humero habeant, cõtra mediam faciem meridies, à vertice septentrio erit: qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Circumagi deinde melius est, vt vmbram suam quisque cernat: alioquin post hominem erit. ergo permutatis lateribus, vt ortus illius diei à dextro humero fiat, occasus à sinistro: tunc erit hora sexta, quum minima vmbra contra medium fiat hominem. per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum, vel cinere lineam verbi gratia pedum. xx. conueniet: mediámque mensuram, hoc est in decimo pede, circunscribi circulo paruo, qui vocetur vmbilicus. per hũc medium trãsuersa currat alia linea: hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur. ducantur deinde aliæ duæ lineę in decussis obliquę, ita vt a septẽtrionis dextera læuaq; ad austri dexteram læuãque descendant, omnes per eundem currant vmbilicũ, omnes inter se pares sint, omnium paria interualla. Qui hunc locum Plinii intelligit, quid sit decussare, optimè nouit. Quòd si quis Plinium eo in loco non facilè intelligit, videat Vitruuium libro primo, & octogonum schema apud eum decussatum: quo in loco de colligendis ventorum flatibus loquitur. Verùm quandoquidem eum in locum Plinii incidimus, obiter duo eius verba emendanda duximus, id quod in hoc opere sæpenumero faciemus. sic enim fert instituti operis ratio, vt nõ contemnendum operæprecium facturi videamur, si in huiusmodi diuerticula castigationum modicè euagemur: nec si id facere aut nolimus aut nequeamus, cursum inoffensum tenere tractatus hic noster possit. Quandoquidem igitur in eam necessitatem incurrimus nonnunquam librorũ castigandi, & eodem legentium vtilitas nõ parua nec sine quadã oblectatione competitura videtur, age videamus an ab hoc loco haud absurdè auspicaturi videamur, qui vt silentio fortasse præteriri potuit sine præuarica-

Octantes.
Decussare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis nota,sic ita obtulisse se videtur, vt vitio verti nobis non possit quasi occasionem eius quæsierimus.sequitur enim verba Plinii supradicta cõtinuò hic versus: Quæ ratio semel in quoque agro ineunda erit, vel sæpius si libeat,ita vitæ ligno facienda regulis paribus in tympanum exiguum, sed circinatum adactis.Sic in omnibus impressis libris legitur,conniuente etiã Hermolao Barbaro Plinii castigatore.ego ex antiquis sic restituendum puto, Vel sæpius,si libeat vti,è ligno faciẽda regulis paribus.quorum verborum apertus est sensus. Decussis significationem Columella quoque clarè significat libro.v.de iugata vinea loquens: Ferè autem prędicta ætas lęto solo truncóque tres materias,rarò quatuor desiderat,quę per totidem partes ab alligatore diuidi debet:nihil enim refert iugum in stellam decussari atq; diduci,nisi & palmites adiungantur. Decussare propriè per medium secare significat,id quod ostendit Cicero in lib.de vniuersitate quũ inquit: Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem,diffidit,mediq; que accommodans,mediam quasi decussauit.Plena enim decussatio fit cũ litera X in seipsam transuersa incidit,vt ex eo loco Platonis intelligendum datur,quem Cicero latinũ fecit. Martianus de coluris loquens in.viii. Alii à cardine meridiano incohamenta circuli perhibentes, eundem per arcticũ verticem vnde ortus est,denuo retulerunt: qui quidem alium ab ortu circulum decussantes,in quatuor quadras mundi ambitum discreuerunt. Et decussatim apud eundem in primo,Hinc rosis decussatim vinculatis sertata contextio. Post vnciam sequuntur partes vnciæ,vt semuncia,id est dimidium vnciæ:& sextula,sexta pars vnciæ:verbũ etiam in testamẽtis vsurpatum.Cicer.pro Cecinna: Testamento facto mulier moritur: facit hæc hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam,ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri, Ebutio sextulam aspergit. Hæreditatem,id est assem,his verbis Cicero in deuncem,semunciam, & tres sextulas diuisit. Ex quo liquet sextulam tertiam esse partem semũciæ, & vnciæ sextã. Duas sextulas dixit pro tertia parte vnciæ,quum tamẽ aliud vocabulum latinum haberet,duellam scilicet.nam duæ sextulæ duellã faciunt:quæ tertia pars est vncię, hoc est sexta & tricesima totius assis. Post hæc sequitur drachma, octaua pars vnciæ:quæ ipsa geminata siciliquũ efficit, assis duodequinquagesimam. Drachma in terna scrupula distribuitur, quæ à græcis grammata id est literæ ideo dicuntur,quòd quatuor & viginti literas Græci in alphabeto suo habent,quot vncia scrupulos capit, & dies ciuilis horas. Scrupulum rursus in binos obolos diuiditur, vt obolus in binos semiobolos. Vltra has minutias nullum est vocabulum facilè Latinis vsurpatum. Itaque mensores post mensuras maiores (de quibus ipsis satis latè in Annotationibus nostris diximus)ad pedem descendentes & palmũ,nec habẽtes quomodo palmum commodè diuiderent(vt author est Boethius) id quod inter palmum & digitum medium erat,vnciam vocare instituerunt, secundo loco digitum,tertio staterem,id est semunciam,quarto quadrantem,quinto drachmam,sexto scrupulum, septimo obolũ, octauo semiobolum, quć Græci ceratium vocant,nono siliquam,decimo loco punctum, vndecimo minutum,

Plinij locus.
Decussare
Semuncia. Sextula.
Duella. Drachma Siciliquũ Scrupulũ. Gramma.
Semiobolus.
Vocabula mensorũ.
Stater.

A minutum,duodecimo momentum posuerunt. Alii siliquam latine putant esse id quod Græci ceratium dicũt,hoc est siliquæ fructus granum. Siliqua in Italia nascitur hodie quoque longitudine digitali,latitudine pollicari,vt auctor est Plin.intus habet grana, quæ sena singula scrupula pendent, hoc est diobolum. Pes igitur in duodenas vncias partitur, dicimúsq; semissem pro sex pollicibus,vt nostrates loquuntur,id est octo digitis.Spithame græco vocabulo dicitur mensura digitorum duodecim.hanc nostri dodrantẽ appellare solent. Palmus quaternos digitos significat, & alio nomine quadrans vocatur.eademq; ratio in reliquis seruatur,vt in triente & besse,quorum ratio facilius pollicum vsu quàm digitorum iniri potest, vt triẽs quaternos pollices significet,& bes octonos.& itidem in minutiis.est enim pollex medius inter palmum & digitũ, quam vnciam Boethius à mensoribus vocitatam esse dicit. Varro libro primo rerũ rusticarũ, Iugeri(inquit)pars minima dicitur scrupulum,id est decem pedes,& longitudine & latitudine quadratum.ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsiciuum esse vnciam agri aut sextantem.Hoc pugnare videbitur cum antedictis,nisi intelligamus vnciam agri duodecimam partem iugeri intelligi,vnciæ autem quartam & vicesimam scrupulum esse, hoc est drachmæ tertiã: qua ratione fit,vt ducenta octogintaocto scrupula sint in iugero:quæ si cẽtenario multiplicentur(hoc est denis quoquouersus pedibus, ex sententia Varronis supradicta)duodetriginta pedum quadratorum millia, & octingenti pedes fient,quæ est mensura iugeri. Varronis igitur verba ita intelligenda sunt,vt ab vncia agri ad vltimam minutiam descendatur,quam vult esse scrupulum,hoc est ducentesimam & octogesimamoctauam partem iugeri, & iugerum ducentesimam partem centuriæ. Rursusque à scrupulo quasi metiendi initio ad vnciam perueniri,& sextantem,& alia mensurarũ maiorum vocabula.Subsiciuum autem verbum est mensorum,vt alia permulta,quorum Boethius in geometria meminit. Columella verò libro.vi. iugeri partitionem faciens,minutias à dimidiato scrupulo incohandas esse censet.sic enim inquit: Vt à minima autem parte iugeri,id est ab dimidio scrupulo incipiam,pars ducẽtesima octogesimaoctaua pedes efficit quinquaginta,id est iugeri dimidium scrupulum. Verùm numerus eo in loco corruptus est. non enim pars ducẽtesima octogesimaoctaua, sed pars quingentesima septuagesimasexta legendum est.sic enim recta calculi ratio exposcit,& facile est ex Varrone intelligere,& ex iis quæ apud eundem Columellam sequuntur:quanquam & ipsa corruptissima sunt.sed hoc modo emendandã,totúsque locus ille sic legendus,Vt à minima parte,id est à dimidio scrupulo incipiamus,pars quingentesima septuagesimasexta, pedes efficit quinquaginta,id est iugeri dimidium scrupulum. pars ducentesima octogesimaoctaua, pedes centum,hoc est scrupulum. pars centesima quadragesimaquarta, pedes ducentos,hoc est scrupula duo. pars septuagesima secunda,pedes quadringentos,hoc est sextulam,in qua sunt scrupula quatuor.pars quadragesimaoctaua,pedes sexcentos, hoc est siciliquum,in quo sunt scrupula sex. Reliqua quæ sequuntur eo in loco, emendata ferè sunt.

Ceratium Siliqua.
Pedis diuisio.
Pollex.
Iugerum.
Subsiciuũ.
Columellæ locus restiturus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De scrupulo & reliquis vocabulis.

Columella igitur minutias à semiscrupulo incohandas esse censet.nam vl F
teriores(inquit)persequi superuacuũ est,pro quibus nihil dependitur mercedis,sed superiores tantum partes cadunt in æstimationem facti operis.de mercede fossorum & agricultorum intelligés.Ordo igitur huiusmodi est, vt à dimidio scrupuli ad scrupulum transeat,à scrupulo ad sextulã, in qua sunt scrupula quatuor.idem est enim scrupulum quod gramma,quarta & vicesima pars vnciæ,& sextula sexta pars.Porro à sextula trãsitum facit ad siciliquum,id est scrupula sena.nam drachma geminata siciliquum efficit. quare siciliquus quarta pars est vnciæ:à siciliquo ad semunciam progredi- G
tur,in qua scrupula duodecim.ita ad vnciam, & ab ea ad sextantem, deinceps ad quadrantem trientémque & quincuncem vsque dum ad assem,id est iugerum perueniat.hic est eorum verborum ordo sursumversus, & viceuersa deorsum,id est ab asse ad semiscrupulum.Vncia autem à Boethio non pro duodecima iugeri parte,sed pro digito ac triente digiti accipitur, quem pollicem nostri vocant.huiusmodi autem vncia pedem habet pro asse:& eam non agricolę,sed mensores & geodętæ secuti sunt,quorũ olim apud Romanos ars fuit celebrata,& vocabula artis propria, quanquam ea sit alioqui ratio horum vocabulorum,vt omne corpus & res omnis deni- H
que in assem eiúsque partes diuidi possit.siquidem Vitruuius lib.iii.architecturæ,senarium numerũ in has partes diuisit,his verbis, Mathematici verò contrà disputantes,ea re perfectum esse dixerunt numerum qui sex dicitur,quòd is numerus habet partitiones eorũ rationibus sex numero conuenientes:sic sextantem vnum,trientem duo, semissem tria, bessem(quem dimœron dicunt)quatuor,quintarium(quem pentamœron dicunt) quinque,perfectum sex. Ne autem scrupulosa hæc magis quàm necessaria horũ verborum enarratio videatur, veniamus ad exempla, vt ex iis intelligatur citra huius rei explanationem auctores linguæ latinę perfectè intelligi non I
posse:magnũq; lumẽ rei literariæ accedere hinc posse,&(vt spero)accessurum.Columella libro.xiii.Ad prædictum autem modum musti adiici debent hi odores,myrrhæ quincunx,calami pondo libra,cassiæ selibra,amomi pondo quadrans,croci quincunx.Plinius libr.xiii.de citrinis mensis lo
Cap.15. quens,Qua in re non omittendum videtur Tyberio principi mẽsam quatuor pedes sextante & siciliquo excedentem,tota verò crassitudine sescunciali,operimento cochylii & laminæ per medium vestitam fuisse. Quibus verbis Plinius mẽsam eam quatuor pedes longitudinis habuisse significauit,& duos præterea pollices, & pollicis quadrãtem: crassitudine verò ses- K
quipollicem æquauisse. Idem ibidem, Magnitudo amplissima adhuc fuit vnius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo,quatuor pedũ & semipedis per medium ambitum,crassitudine quadrantali:maiúsque miraculum in ea est artis latente iunctura, quàm potuisset esse natura solidæ. item à Nomio Tyberii Cæsaris liberto cognomen trahentis,tribus siciliquis infra quatuor pedes, totidémque infra semipedẽ crassitudinis.Plinius crassitudinem quadrantalem dixit, quæ quatuor esset digitorum.longitudini autem quaternũ pedum tres pollicis partes,id est dodrantem

Sicilíquus

Geodęsia. Res ois in assem eiusque partes diuiditur.

A dodrantem pollicis defuisse significat,qui vnus est digitus:& tantũdem semipedali crassitudini.Idem libro.xxvii.Asplenum sunt qui Hermionium vocant,foliis triẽtalibus multis,radice limosa. & rursus eodem libro, Inter omnes hærbas lithospermo nihil est mirabilius,alii ægonychon vocãt,alii diospyron. hærba quincuncialis ferè, foliis duplo maioribus quàm rutæ. Quincuncialem hærbam appellauit minorem semipede, & septenũm ferme digitorum.sequitur enim pòst paulò: Iacere eam atq; humi serpere auctores tradunt.Idem lib.xxxiii.de lapide lydio loquens, Sunt autem modi-
B ci,quaternas vncias longitudinis, binásque latitudinis non excedentes. Vitruuius lib.iii.Crassitudines autem graduum ita finiendas censeo, vt neque crassiores dextante,neque tenuiores dodrãte sint collocatæ. sic enim durus non erit ascensus. Dodrantẽ appellauit duodecim digitos,dextantem decẽ pollices.Idem libro.v.Supérque laterculis bessalibus pilę struantur,ita dispositæ,vti bipedales tegulæ possint supra esse collocatæ. Bessales dixit laterculos,qui octo pollicum longitudinem habent.Liuius lib.v.ab vrbe cõdita,Terna iugera & septunces viritim diuiserunt. Septunces dixit pro dimidiato iugero,& duodecima parte iugeri. Tertii Regum septimo, Cras-
C situdo autem luteris,trium vnciarum erat. Pro quo secundi Paralip. quarto legitur,Porrò vastitas eius habebat mensuram palmi. Palmus autem,vt alibi diximus,quatuor digitorum est,& quadrans appellatur: licet palmus pro dodrante interdum vsurpetur.Hoc glossularii illorum librorum diuinasse magis quàm intellexisse videntur: quippe cum diuus Hieronymus in præfatione libri Iob ita scripsisset: Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis auro argentóque descriptos,vel vncialibus (vt vulgò aiunt)literis onera magis exarata quàm codices.Hæc inquam cum enarraret interpres,vnciales literas esse dixit auri vnciam appendentes,vel auri vncia con-
D stantes,ignarus videlicet horum vocabulorũ significationis. vnciales enim literas Hieronymus intelligi voluit pollicis crassitudine exaratas.Pari ignorantia & illa eiusdem præfationis verba imperiti transmittunt : Obliquus enim(inquit ille)etiam apud Hebræos liber hic fertur,& lubricus, &(quod Græci rhetores vocant)eschematismenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit. Quod verbum primæ literæ aphæresi acephalum factum est. vulgò enim e præcisa,schematismenos in exemplaribus lectitatur.Nicolaus Liranus Huguitionis auctoritate fretus, mirificè hoc verbum enarrauit:veritas tamen hoc habet,vt eschematismenos liber Iob ab eo auctore eleganter di-
E ctus sit,qui figuris verborum sententiarúmque variatus & quodammodo velatus atque adeò vestitus sit. Schemata enim,id est figuræ,duorum sunt generum,id est dictionis,& sententiæ:sed quæ sententiarum dicuntur, maximè in oratorio sunt instrumento.Schemata enim à Græcis dicũtur quasi gestus quidam & configurationes habitúsque orationis:quæ omnia propemodum Cicero in.iii.de Oratore enumerauit,sed simplici contẽtus nomenclatura,vt qui oratoris magis personam,quàm rhetoris & sophistæ,in iis libris suscepisset,quomodo & in libro de Oratore perfecto. quapropter Fabius quasi Ciceronis enarrator,luculenter & copiosè ex Ciceronis præ-

Cap.5. Cap.11.

Quincuncialis hærba. Cap.8.

Vnciales literæ.

Eschematismenos.

Schemata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 1. scripto de figuris disserui. Ex cuius verbis lib. ix. quid sit schema, discere facilè poterimus. Sed si habitus quidam (inquit ille) & quasi gestus sic appellandi sunt, id demum hoc loco schema dici oportebit, quod sit à simplici ac in promptu posito dicendi modo poeticè vel oratoriè immutatum. sic enim verum erit aliam esse orationem aschematiston, id est carentem figuris (quod vitium non inter minima est) aliam eschematismenen, id est figuratam. hactenus Fabius. Ex cuius verbis intelligimus diuum Hieronymum vt literarum bonarum non ignarum, sic plerunque non dissimulatorem, librum illum eschematismenon, id est figuratum ideo appellasse, quòd non simplici ac vulgari sensu res diuinas, & in vera germanáq; philosophia reconditas posteritati tradiderit: sed figurato stylo, atq; à sensu cõmuni alieno & abhorrente: vt mirari non debeamus si arcanæ abditæque doctrinæ sensum quilibet non capiat, quem Hieronymus obliquum ac lubricum appellat ob dialogorum ambagẽ. Cum autem sint poematis genera tria (vt ferè auctores tradunt) dramaticum, id est actiuum vel actuosum: exegematicum, id est enunciatiuum: & quod est inter vtrũque anceps mictum, id est ex vtroque mixtum: dramaticum est in quo personæ agunt solæ absque vlla poetæ ipsius & auctoris interlocutione: cuiusmodi tragœdiæ sunt, & comœdiæ, & quædam Vergilii bucolica. Exegematicum autem genus est in quo poeta omnia narrat sine vlla personarum interlocutione. In hoc omnia didascalico more & simplici traduntur, vt georgica eiusdem Maronis. Is igitur liber qui Iob inscribitur, vel id poema potius (vt auctor est Hieronymus) dramatico & mimetico, id est imitatiuo, charactere conscriptus est. siquidem in eo personarum actus videmus velut in scenam quandam prodeuntium, non popularibus oculis, sed philosophicis inseruientẽ. Porrò cum schemata exornandis poematis & orationibus inuenta sint, eũ etiam præbent vsum, quòd magis iis multo afficimur & permouemur, quæ figuratè nobis, quàm quæ simpliciter & communi sensu tradũtur: propter quod Fabius de vi figuratæ orationis loquens, Nam si frons (inquit) oculi, manus, multum ad motum animorum valent: quanto plus orationis ipsius vultus, ad id quod intendimus conficere, compositus? Est enim figura, sicut nomine ipso apparet, conformatio quædam orationis remota à communi & primùm se offerente ratione. Tranquil. in Vespas. Amicorum libertatẽ, causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam leuissimè tulit. Figuras Tranquillus appellat obliqua dicta, quæ non recta & simplici sententia, sed obliqua prætextáque imperatorem ipsum taxabant. Idem in Domiti. Hermogenem Tarsensem occidit propter quasdam in historia figuras, librariis etiam qui eam describerant, crucifixis. Ruffinus cõtra Hiero. scribens, Nam & sanctũ (inquit) Ambrosiũ episcopũ qualibus figuris laceret, qualibus obtrectationibus secet, in iis ipsis in quibus laudet Origenẽ, ex præfationibus eius edocebo. & Hieronymus ad Ruffinũ, Iã tuæ moderationis erit, & tuorũ, nullã occasionẽ impatiẽtibus dare, ne nõ omnes similes mei inuenias, qui possint figuratis laudibus delectari. Et apud eũdẽ figuratæ controuersiæ in eundẽ sensum intelligẽdæ. Martialis lib. iii. Epigram.

Aschematistos.

Eschematismenos.

Poematis genera tria

Dramaticum opus.

Exegematicum.

Figura.

Figuratæ laudes.

A Schemate nec dubio, sed apertè nominat illam,
Quam recipit sexto mense superba Venus.

Schema.

Vt ad rem longiuscule digressi redeamus, res omnis in assis partes facilè diuiditur. Plinius libro secundo Lunam haud dubium est lucere dodrantes semuncias horarum, ab secunda adiicientem ad plenum orbem, detrahentémque in diminutionem. Cuius dicti subobscuri huiuscemodi sensus est, lunam cum à coitu (quod interlunium dicitur) emergit, id quod fit secunda statim die: lucere primùm tres partes vnius horæ nocturnæ, & insuper B quartam & vicesimam horæ partem, seu mauis, vndeuiginti vicesimasquartas horæ: à secunda deinceps ad plenilunium die quolibet tantundem incrementi lucendo adiicere: & rursus à plenilunio eadem ratione eodemq; modo decrementi lucere minus minúsq; quotidie vsq; ad intermestrem lunam, quo tempore cum sole coit. Idem libro. xviii. de eadem luna loquẽs, Supra terras autẽ erit quãdiu & sol, interlunio, & prima tota die: secunda, horæ noctis vnius dextante siciliquo: ac deinde tertia vsque ad quintamdecimam, multiplicatis horarum iisdem portionibus: quintadecima, tota supra terras noctu erit, eadémque sub terris tota die: decimasexta, ad primę C horæ nocturnæ dextantem siciliquum sub terra aget: easdémque portiones horarum per singulos dies adiiciet vsque ad interlunium: & quantum primis partibus noctis detraxerit, quòd sub terris agat, tantũdem nouissimis ex die adiiciet super terram. Dextantem & siciliquum decem esse vncias cum quarta parte vnciæ, nemo est qui ignoret. ita quod Plinius lib. ii. vndeuiginti quartas & vicesimas horæ dixerat crescenti lunæ quotidie accrescere, amplius deinceps ampliúsque lucendo, & viceuersa decrescenti ratione eadem modulóque eodem decedere: ipse libro. xviii. quasi eorum immemor quæ secundo volumine dixerat, viginti quartas & vicesimas & D semis præterea dixit, id est vnam quadragesimamoctauam. dextans enim viginti vicesimasquartas valet, & siciliquus vnam duodequinquagesimã: vt suspicari subeat Plinium vtrobique non eundem auctorem eandémque obseruationem secutum: quanquam in nõnullis aliis quoq; locis, vel amanuensium culpa, vel propria hallucinatione (vt fit in varia ac multiplici lectione) lapsus est: tametsi id fidem excedere videtur, virum vsqueadeo & ingenio acrem, & industria accuratum, apertis interdum in rebus lapsum esse: ac ne id quidem modò, sed eidem etiam obliuionem antedictorum obrepsisse, præsertim cum ad principem scriberet, & obseruari præterea se E acribus obtrectatorum oculis, captarique non nesciret: id quod facilè intelligimus ex librorum præfationibus interdum amarulentis. Proinde apologiam Plinii licet quis meditetur, qui hæc & huiuscemodi diluere se posse speret: ego (quod ad me attinet) non vsqueadeo sacrosanctam Plinii auctoritatem, ac ne cuiusquam quidem antiquorum, debere esse censeo, vt non præsentissimum Veritatis numen fuisse semper foréque apud æquos bonósque iudices meminerimus: cuius vt sacerdotes multi olim fuerunt, sic Plinius ipse antistes mihi fuisse videtur. nõ enim tantum maioribus ipse tribuisse comperietur, siquis animaduerterit, vt eorum quaque in parte cul-

Cap. 14.

Locus Plinij aliquot annis dignus.

Cap. 32.

Plinius interdũ memoria defectus est.

Plinij laus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pam vllam obruendam silentio censuerit posteritati dispendioso: nedum vt cuiusquam errata quo iure quáque iniuria tueri institerit. In quo mihi nostræ memoriæ homines doctissimi absurdula quadam religione obstrinxisse æqualium suorum & posterorum iudicia videntur, qui quidem ipsi eorum exemplo antiquitatis nomen nudum, venerãdum esse numinis instar duxissent. Ego verò antiquos quoque illos, homines vt nos fuisse puto, & aliqua etiam scripsisse quæ parum intelligerent. nec ita annosi æui prærogatiuam sequor, vt non in opus hoc Plinianum, eximium omnino & rerum propè omnium vt digestione consertum, sic varietate distinctum, errores quosdam irrepsisse, affirmare præfidenter ausim: quos nemo quantumuis acer, modò non impudens quoq; sit, defendẽdos recipere sustineat. siquidem vt nunc mittam ea quæ in stirpibus, quæ in hærbis, quę in medicinis ex Dioscoride & Theophrasto docti quidam & diligẽtes harum rerum obseruatores adnotauerunt, in quibus sæpe Plinius nunc exemplariũ vitio, nunc æquiuocatione falsus est, dum vel opus immensum lectionisq; multiplicis vrgeret, vel iudicium ipsè certum iis rebus describendis adhibere nequiret, quas aut oculis non subiecerat, aut non satis meminerat: Vt igitur illa mittam, quæ culpæ magis quàm crimini dari possunt, neminem esse arbitror eorum qui Plinii studiosi sunt, qui Plinio patrocinari in eo velit quod lib. iiii. de Hyperboreis dixit. Pone eos (inquit) montes vltra Aquilonem gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellauere, annoso degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq; siderum ambitus, semestri luce & vna die solis auersi: non (vt imperiti dixere) ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis soles, brumaq; semel occidũt. & lib. ii. In Britannia lucidę noctes haud dubiè repromittunt, id quod cogit ratio credi, solstitialibus diebus accedente sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu, subiectæ terræ continuos dies haberi senis mensibus, noctésq; è diuerso ad brumã remoto: quod fieri in insula Thyle Pytheas Massiliẽsis prodidit. Quæro quonam modo hoc dictum tueri possemus, etiam si ab Eudoxo dictum esset: cum ratio sphærica haud dubiè deprehendat eos qui polum Arcticum pro vertice habent, etiam æquinoctialem habere pro circulo finitore? At qui æquinoctialem pro finitore habent, eos necesse est nullam noctem habere, sed diem perpetuum quoad sol fertur per signa septẽtrionalia: id quod fit ab ariete ad libram, id est ab æquinoctio verno ad alterũ æquinoctium. & viceuersa perpetuam noctem, quoad sol per signa australia viam facit, id est à libra ad arietem: ita vt illis annus vertens semestri luce & æquali nocte transigatur, vnico per annum ortu atque occasu solis. At hoc Plinius non ab æquinoctio verno ad autumnum, sed à solstitio ad brumam fieri locis illis contendit: qui rursus lib. iiii. quasi parum sibi in ea re constans, ita inquit, Vltima omnium quæ memorantur, Thyle: in qua solstitio nullas esse noctes indicauimus, cancri signum sole transeunte: nullósque contrà per brumam dies. Hæc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Ex quibus verbis coniicio, quod Pytheas Massilienſis de solstitio

Plinij erratum. Cap. 12.

Cap. 75.

Cap. 16.

solstitio & bruma dixerat, id est de duobus tantum diebus, id Plinium de senis mensibus dixisse: propterea quòd sphærici auctores rationibus id demonstrant. quare in hoc hallucinatus esse videtur, qui quod ab æquinoctio in æquinoctium fit, à solstitio ad solstitium fieri scripsit. Strabo libro septimo de Sauromatis loquens, qui & Sarmatæ dicuntur, λέγε δὲ καὶ πρὸ ἄγνοιαν περὶ τόπων τόπων οἱ τὰ ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς ὑπερβορέους μυθοποιοῦντες, λόγε κέξωνται, καὶ πυθέας ὁ μασσιλιώτης καπηλεύσασθαι τοῦτο τὸ γένος παρέφασε λέγων, πρόχ ήμασι γνώμονος τῇ σκιᾷ τὰ ἀφάνια καὶ τὰ μαθηματικὰ ἰσοσκελῆ. Propter horum autem (inquit) locorum ignorantiam, ii qui Riphæos montes & populos Hyperboreos fabulati sunt, in hominum existimationem venerunt, & ipse Pytheas Massilienſis mendaciter hæc scripsit, quæ ad Oceani littus pertinent, illo vsus prætextu, quòd cælestium & mathematicarum rerum historiam scriberet. Martianus (quod miror) Plinium in hoc sequutus est, his verbis in sexto: In Britãnia (inquit) noctes decem & septem horarum: solstitiali verò tempore cum cæli verticem sol inuectus, subiectas lævorsum terras perpetui diei continuatione collustrat, itémque brumali descensu semiannuam facit horrere noctem: quod in insula Thyle compertum Pytheas Massilienſis asseruit. Pomponius Mela de his loquẽs libro tertio ita inquit, In Asiatico littore primi Hyperborei super Aquilonem Riphęosque montes sub ipso siderum cardine iacent: vbi sol non quotidie vt nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demum óccidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem aliis nox vsque continua est. Si verum est Plinii dictum, necesse est vt Mela auctor probatissimus ignarus sphericæ rationis fuerit, & vnus eorum quos Plinius imperitos appellauit. Enimuero in supradictis lapsum esse Plinium per rerum mathematicarum ignorantiam, vt persuadere mihi nolim, sic nequeam si velim. non enim rudimenta tantùm mathematicarum artium perdidicisse Plinius videtur, id est sphericæ disciplinæ rationem, quam necessariam esse de situ orbis scribentibus Strabo nobilis geographus libro primo docuit: sed etiam astronomiam ipsam non leuiter attigisse: eiusq; asseclam diopticam. nam absque harum rerum peritia quonam modo stellarum erraticarum circulos, cursus, stationes, retrogressus, accessus terræ citimos, recessũsque vltimos, res omnino perplexas, explicare inaudita breuitate quiret? Adde triplicem vmbrarum rationem luculenter ab eo scitéque expeditam. nam solis lunæque magnitudinem, & eorum deliquia, ecquis enarrare expeditius aut docere potuit? Ambages certè lunares, & desultorii sideris mitificas vicissitudines, nec elegantius quisquam priscorum, nec explanatius totidem verbis complecti potuisset: tametsi rursus in magnitudine Lunæ etiam suo sibi testimonio reprehenditur: quum mucrone vmbræ terræ luna in deliquio obscuretur eodem ipso auctore, & ipse tamen lunam maiorem esse terra dixerit: quæ duo dicta colliduntur inuicem. sed sic sunt res mathematicæ. Neque verò legitimam ipsam harum rerum scientiam nouisse tantùm Plinius videtur, sed etiam genethliologorum commenta non ignorasse: id quod ex libro eius septimo intelligere possumus, quo in loco de spatiis vitæ longissimis loquens, Poscere (inquit) videtur locus ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

sideralis scientiæ sententiam. Epigenes centum viginti duos annos impleri negauit posse, Berosus excedi centum & septendecim. Durat & ea ratio quam Petosiris & Necepsos tradiderunt, & trimorion appellant, à trium signorum portione: qua posse in Italiæ tractu centum viginti sex annos vitæ contingere apparet. Negauere illi quenquam nonaginta partium exortiuam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi, & eas ipsas incidi occursu maleficorum siderum. Quo in loco non trimorion, vt male emendatum est, sed tetartemorion lego, ex antiquis exemplaribus in quibus artemorion legitur. Est autem tetartemorion græcè, qui latinè quadrans dicitur, id est quarta pars signiferi circuli, hoc est tria signa. Ad cuius rei intelligentiam sciendum quòd numerus duodenarius & astronomicis & Genethliacis familiaris & accommodatus est: vnde & aspectus quadrantales obseruant, & trientales, sextantésque: hos duos extremos trinos & sextiles vulgò vocant. Quadrantalis aspectus, qui quadratus etiam appellatur, fit per trium signorum interstitium, & gradus nonaginta: ob id nonagenarius appellatus. Plinius libro secundo, Martis (inquit) stella, vt propior, etiam ex quadrato sentit radios ab nonaginta partibus, vnde & nomen accepit. Is motus primus & secundus nonagenarius dictus ab vtroque exortu. Triétalis est aspectus, qui in quatuor fit signis, hoc est in tertia parte signiferi, quæ constat centum & viginti gradibus. Hunc triquetrum Plinius vocat. Sextans autem fit in sexta parte signiferi, hoc est sexaginta gradibus, & signis duobus: ob id sexagenarius dictus. Semissis aspectus est qui fit per diametrum, id est per lineam circuli dimetientem. Hanc radiationem mathematici, id est Chaldæi, minacem malignámque esse dicunt. hæc fit à signo vno ad aliud signum quod ab eo ordine sit septimum: vt ab ariete ad libram. Triquetrus aspectus, id est trigonus, qui trientem signiferi capit, quinto signo fit: vt (verbi gratia) in duobus signis quæ tãtum inter se distét, quantum aries & leo. huiusmodi radiatio læta felixque esse dictitatur. Tetragonus, id est quadratus, fit in quarto ab eo à quo incohatur signo, id est ab horoscopo, vt ab leone in scorpium. Hanc radiationem tristem putant. Hexagona est quam sextantem diximus, quæ fit in tertio signo, eadem benignitate cum trigona prædita. Propterea Plinius de sexagenario aspectu loquens, Hic numerus (inquit) sexangulas mundi efficit formas. Antedictis quatuor, Genethliaci etiam cardines quatuor addunt, ortum scilicet & occasum, & mesuranium, quod & mesuranema dicitur (vocabulum vbique in Firmico deprauatum) hoc est locus medii cæli, & huic oppositum locum quod hypogeon dicitur, hoc est punctum subterraneum inter ortum occasúmque medium. Vt autem as ipse mathematicus impleatur, & omneis suas partes habeat, addunt & alia quatuor loca, quæ pigra deiectáque esse dicunt: quòd nullo ferme radiationis fœdere cum ortu, id est cum horoscopo coniungantur. Hæc sunt in secundo, sexto, octauo, & duodecimo ab horoscopo signo. Horoscopus est ea pars cæli quę geniturę tempore ab orientali parte cæli emergit in hemisphæriũ nostrum,

Plinij loc⁹.

Tetartemorion.

Aspectus quadrantalis.

Nonagenari⁹ aspectus.

Trientalis aspectus, q & Triquetrus.

Sext⁹ aspectus.

Sexagenarius.

Semissis aspectus.

Quadratus & Tetragonus aspectus.

Hexagon⁹ & Sexagenarius.

Cardines mathematici.

Mesuranium.

Hypogeõ.

Horoscopus.

A nostrum, & ortus appellatur: quam ex Cicerone natalem horam & natalitiam appellare possumus: ex cuius obseruatione natalitia prædicta fiunt, vt ipse loquitur. Possumus etiam ex Plinio exortiuã horam vocare. Græci horoscopum ab horæ natalis notatione appellauerunt. Huic pars per diametrum opposita in septimo (vt diximus) signo in occidua cæli parte, occasus appellatur. Ea autem pars cæli quæ triginta partibus ab horoscopo distat, in secundo signo existens ab eo in quo horoscopus incohatur, anaphora appellatur, & interdum epanaphora, quasi pars iamiam emersura.

B Quæ autem pars signiferi totidem partibus in demersu occiduum punctum signiferi præcesserit, quot partibus in emersu anaphora ab horoscopo relinquitur, ea pars cæli à mathematicis epicataphora dicitur: quod significat præcipitem locũ cæli in octauo ab horoscopo signo. reliqua duo loca nomina habẽt malæ fortunæ & cacodęmonis. Hęc tametsi vanissimè à mathematicis diuinis disputãtur, ideo tamen vtilia sunt cognitu, quòd & aspectuũ radiationumq; adnotatio, astronomiæ etiam cum genethliologia communis est. Vt autem ex antedictis apparet, non trimorion, quod nihil

C (vt arbitror) apud Græcos significat (trimœron enim græcum est, non trimorion) sed tetartemorium legendum esse: ita verba illa Plinii supradicta intelligere me non potuisse fateor: Negauere illi quenquã nonaginta partium exortiuam mensuram, quod anaphoras vocãt, transgredi. Hermolaus Barbarus neutrũ hulcus attigit. Proinde cum Plinius huiuscemodi multa & scitè & concinnè de rebus mathematicis scripserit, nec candidi profectò est, nec recti iudicii, ob vnum & alterum incommodius dictum, dicam ipsi imperitiæ velut ad tribunal Rhadamanti scribere, aut quanuis aliam formulam intendere quæ tantæ auctoritati ignominiosa esse possit. Petita tamen venia cum eo agere præscriptis (vt ita dicam) verbis honorem præfan-

D tibus licet: ne iure nostro cedamus asserendæ veritatis, cui nec temporis spatio, nec auctoritate cuiusquam nominis præscribitur. Nec enim ætati huic nostræ literarum interpolatrici hanc legem promulgandam censuerim: Quod Plinius, quod prisci, quod primi meriti scriptores dixerint, scripserint, quã rem cunq; inter monumenta sua reliquerint, eiusce rei æterna ac sacrosancta auctoritas esto. qui huic velut consecratæ sententiæ derogauerit, abrogauerit, obrogauerit, is ob eam rem intestabilis, & sacer esto: eũ literati omnes ex cõuentu certatim exigunto. Illam enim potius legẽ ipse

E suaserim: Qui discendi cupidi sint, iuratissimi cuiusq; scriptoris maiestatẽ comiter cõseruanto. quod secus (vt sunt humana) dictũ in eorũ cuiusq; libros irrepserit, obrepserit, fefellerit: qui de eo dicto indagãdæ veritatis ergò addubitet, addubitauerit, quæstionem referat, retulerit: quod eorũ ab vno quoque absq; dolo malo aut liuore animi factũ sit, eius rei mulcta ne sit, nec bonorũ offensio, quod instar est extremi supplicii. Proinde adnotatis tãtũ locis hærendũ esse cẽseo, vt eorũ more philosophorũ qui Ephectici dicũtur (nos cũctatores appellare possumus) iudicium sustineamus potius, q̃ vt quicq̃ arrogantia critica statuamus de classicis authoribus, citraq; controuersiam receptæ authoritatis. Sunt qui Plinium multa in mathemati-

Hora exortiua.

Anaphora & Epanaphora.

Epicataphora.

Præscriptis verbis agere, verbum est iũris.

Legis forma, quam non fert.

Ephectici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis non intellexisse affirmant,quæ quidē ex Græcis transcripserit, quale est illud quod de signifero dicit cap.xvi.secūdi lib.quod omnino explanatius dici debuit,etiā si verè dictū esse videtur & acuté.id quod vix mihi persuaserim.Eiusdē notæ cū superioribus,si dicere fas est, illa entelechia Ciceronis est,cuius hæc sunt verba in pri. Tuscul.Aristoteles lōgè omnibus (Platonē semper excipio)præstans & ingenio & diligētia, cum quatuor illa genera principiorū esset complexus,è quibus omnia orirentur: quintā quandam naturā cēsēt esse,è qua sit mens.cogitare enim & prouidere, & discere & docere,& inuenire aliquid,& tam multa meminisse,amare odisse, cupere timere,angi lætari,hæc & similia eorū in horū quatuor generū nullo inesse putat. Quintū genus adhibet vacans nomine:& sic ipsum animū entelechiā appellat nouo nomine,quasi quandam continuatam motionem & perennem.Entelechiā Cicero continuū motū intellexit, quasi Aristoteles endelechiā per d literā scripserit, id est continuationem, & non entelechiā potius,quam actū & perfectionē doctissimi Grecorū interpretantur.ob id Ciceronē à Græcis accusatū non magnopere miror: vtpote quos & orationibus suis exagitare non desinit, q̄q̄ ab ipsis præclara illa ingenii ornamenta philosophiā & oratoriā facultatē accepisse se nō dissimulat. Quare si verum fateri volumus,eloquentiæ latinæ princeps parensq; à Plinio iure ac meritò dictus, diserti nonnunquā magis viri q̄ oratoris officio functus esse iudicādus est, si quidē eius ipsius auctoritati credimus, oratorem eum esse non posse,qui non idem vir bonus sit.Viri autem boni esse persuadere mihi nequeo,non modò Græcos viros, sed etiam græcam ipsam linguā latinæ eloquentiæ auctorem, vt inopem & ieiunam conuitiosè vocitare, & latinæ linguæ veluti exuberantem copiam præ illius inopia admirari. Nisi verò credimus Ciceronem recta fretum conscientia, & ex animi sui sententia id dixisse,& non planè auræ populari Romanorum suorum inseruiisse:cuius populi gratia nullum vnquam numē præsentius esse credidit.Calumniæ igitur Cicero excusari non potest, quasi ita existimauerit. nam præterquam quòd græcam omnem facundiam pernouerat,vt vel eo nomine græcis ipsis æqualibus admirandus esset: si cui etiam eloquentiæ græcę elogia ex eius scriptis colligere vacet & libeat, eum aliter censuisse haud dubiè iudicabit.Fabius lib.x.de comparatione Demosthenis & Ciceronis loquens,Cedendum verò in hoc(inquit)quòd & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronem quantus est fecit. Nam mihi videtur M. Tullius cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis,copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Idem lib.xii. Latina mihi facundia, vt inuentione, dispositione,consilio, cæteríque huius generis artibus similis græcę,ac prorsus discipula eius videtur: ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum.Si igitur teste Fabio, penè altero Cicerone,lingua latina discipula & imitatrix linguę græcæ,cum se totam ad præscriptum parentis suæ componere effingeréque instituisset, in ea parte artis oratoriæ à qua eloquentia nomen accepit, imitationem implere non potuit, id est in eloquendi magnificentia & sublimitate:

Entelechia.

Cicero meritò à Græcis accusatus.

Latina lingua discipula linguæ Græcæ.

te: quonam modo præferendam hanc illi M. Tullius vtriusque peritissimus existimare potuit? Ceu verò siquam Protogenes tabulam ex nobili illa Apellis Anadyomene effingere statuisset, omniáque lineamenta ad præscriptum ducere, túque id apographum præstantius esse exemplari suo contenderes: non aut improbus esse aut ridiculus viderere? Atenim Venere nos Græci,& verborū suauitate,non etiā copia superauerunt.Hoc rursus iudicandum ad Fabium reiiciamus: apud quē libro eodem sic legitur:Itaque tanto est sermo græcus latino iucundior, vt nostri poetæ quoties dulce carmen esse voluerunt,illorum id nominibus exornent. His illa potentiora,quòd res plurimæ carent appellationibus,vt eas necesse sit trāsferre,aut circūire.etiam in iis quæ denominata sunt, summa paupertas, in eadem nos frequentissimè reuoluit. at illis non verborum modò, sed linguarum etiā inter se differentiū copia. Quare qui à latinis exigit illam graciam sermonis Attici,det mihi in loquendo eandē iucunditatē, & parē copiam.quod si negatū est,sententias aptabimus iis vocibus quas habemus. Quàm pugnantia sint hæc verba Fabii cum verbis Ciceronis, nemo non videt: qui etiā(si diis placet) alibi vociferatur omnia per se melius Romanos & sapientius q̄ Græcos inuenisse,aut ab eis accepta,meliora fecisse. Et rursus,Vt omnia(inquit)Græcorum perquiras, quid sit ineptus,non inuenies:& innocentiæ verbū græcè dici non potest.Equidem præter ἀνάρμοστον, etiam ἀπειρόκαλον apud illos tam significans esse puto,q̄ apud nos ineptū. nec minus fortasse ἀπίθανον καὶ σκαιὸν ἢ μᾶλλον, ἢ ἄφυτος, καὶ ἀπειρόκακος: & innocētem non meliorē acaco esse iudico, quo verbo Areopagita & literæ sacræ vtuntur,atq; etiā Demosthenes in oratione ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ. Et rursus,ἔστι ἀγνοοῦντας τότε, ἀκάκους ἡγήσασθαι καὶ ἀπροάγμονας ΟΥΤΩ. & ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ,ἐλεήσασθε αὐτὸν ὡς ἔοικεν ἤδη πολὺ ἀκακίαν τῆ τόπῳ. Nisi si scrupulosè ita discernentes dicamus, ἄκακον simplicem & fraudis nescium significare:innocentem autem,eum qui cum secus agere possit,intra fines tamen æquitatis se continuerit.Nam ἄκακος apud Demosthenem circunscribendi ignarū significat,& cui impostura non ægrè fieri possit. Verùm esto vt acacos ad verbum magis innocenti quàm ad significationem respondeat:ἀγνώμων, ἀδιαλλάκτους, ὅσιος, καὶ θαρρῶν, καλοκἀγαθος, χρηστὸς, ἀνόητος,innocētis significationem non implebunt? Atqui ego hæc plenius aliquid & exuperantius innocentia significare puto. Meliora etiam fortasse his alia Cicero apud Græcos inuenisset,si Græcorum partes tuendas suscepisset. Has ob causas & alias huiuscemodi viuus adhuc (vt auctor est Fabius) obtrectatorum sermonibus sæpe exagitatus fuit. Ingrati profectò est animi, cum Græcia Latinos non modò disciplinis, sed etiam suis verbis locupletauerit,eáque adhuc teneant: nec beneficium nos, nec debitum agnoscere, præsertim cum Græcia id nunquam repetitura sit mutuum, quod vsu nostrum fecimus. Mihi autem videtur (ingenuè enim proloquar) lingua græca ad latinam relata, poetæ,id est tragici auctoris aut comici rationem habere: latina autem actoris tantum scenici,qui fabulam à poeta inuētam,& emodulatè scriptam, artifici ac numerosa pronunciatione in theatralem con-

Lib.1. de orat. ad Q.fr.

Ineptº græce & innocens.

Acacus.

Græca qd latinę præstat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Politiani conatus.

sessum profert. Quid enim aliud & poetę & oratores nostri q̃ poesi & oratioui ciuitatẽ(vt ita dicam)Romanam dederunt,latinæq; linguæ suffragio ornauerunt? A Græcis igitur neotericis entelechiæ interpretatio Ciceroni criminose obiecta est,idque meritissimo:cuius defensionem Politianus ad sui magis ostentationem suscepisse mihi videtur, quàm diluendi criminis fiduciam habuisse. Nam vt in omnia sese versetur Politianus, causam haud dicere poterit,quin si Cicero ita verba scripta reliquit,vt nunc in exemplaribus leguntur,lõgè ipse ab Aristotelis sentẽtia aberrauerit: id quod vt intelligatur,age Aristotelem ipsum auctorem entelechiæ testem dicti nostri laudemus. hic autem in principio statim secundi voluminis de anima ita inquit,λέγομεν δὴ ἓν τι γένος τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν,τοῦτο δὲ τριχῶς, ὡς ὕλην.ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι.ἔστω δὲ,μορφὴν καὶ εἶδος,καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι.καὶ τρίτον,ὃ ἐκ τούτοιν.ὅδε δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις,ὁ δὲ εἶδος ἐντελέχεια.id est· Dicimus igitur vnum genus entium esse substantiam:hæc autem partim materia est,quæ per se quidem ipsa non est hoc aliquid.altera pars,eius forma & species,secundum quam iam dicitur hoc aliquid.ab his tertium est quod ex ambobus consit.porrò materia potentia est,forma autem entelechia.Idem libro eodem ostendere clarius volens quid sit anima: διὸ ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει.τοιοῦτον δὲ ὃ ἂν ᾖ ὀργανικόν. ideo anima est entelechia prima corporis naturalis vitam habentis potestate.tale autem est quodcunque organicum est. Potestate vitam habens appellat,quod actu vitam nõ habet, qualis est dormiens,qui habitum tantum habet. plus est enim actu habere, qualis est vigilans.& paulo inferius, ἁπλῶς τι κοινὸν ἐπὶ πάσης ψυχῆς λαβεῖν λέγομεν, ἓν μὲν ἂν ᾖ πρώτη ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ. Quòd si commune aliquid in omni anima dicere oportet,erit quidem prima corporis entelechia corporis naturalis organici. Entelechiam vbique pro perfectione & actu ponit. Duo enim sunt in rebus,actus,id est entelechia,quæ etiam interdum ab eo energia appellatur:& dynamis,id est potentia. Organicum appellat corpus, quod ad aliquid conditum est, vt oculus ad visum, & auris ad auditum. Naturale autem dixit ad differentiam opificialis, & manu facti. Summa igitur antedictorum hæc est,vt ex Themistio Aristotelis clarissimo paraphraste intelligi facilè potest, animam, primam esse perfectionem corporis,id est entelechiam: quod quidem corpus potestate in actum prodeunte vitam habeat.atque id quod ex duobus conditum est & concretum, iam integrum factum,animal est. Forma enim,id est entelechia , licet in materia edatur, non tamen materiæ forma est: sed eius forma est quod græce σύνολον dicitur,id est ex ambobus concretum.omne enim tale simul atque in aliquam speciem formatum est, hoc aliquid esse cœpit. Id vt facilius intelligeretur,hoc(inquit Aristoteles)speculari partium exemplo conuenit. Esto igitur vt oculus sit animal. animam eius esse,id est entelechiam, aspectum oportebit: cum sit visus,sua oculis substantiæ ratio,id est forma & perfectio.sic enim appellare solet rationem substantiæ. εἰ γὰρ ἦν ὁ ὀφθαλμὸς ζῷον, ψυχὴ ἂν αὐτοῦ ἦν ἡ ὄψις. αὐτὴ δ' οὐσία ὀφθαλμοῦ ἡ κατὰ λόγον. At verò oculus,materia est visus. quo defectus oculus, iam non est oculus, nisi æquiuocè, quomodo oculus

Entelechia. Dynamis. Organicũ corpus.

A oculus lapideus aut pictus.ὁ δ' ὀφθαλμὸς ὕλη ὄψεως. ὡς δ' ἐντελεχείας ἔχει ὁποῖός ἐστιν ὀφθαλμός, πολλῷ ὁμωνύμως. Proinde Aristotelis entelechia perfectio est & forma, cum corpus naturale à potestate,id est à materia nuda in actum prodiit, & animal esse cœpit,vel viuum esse.quare entelechia etiam brutorum est,& stirpium etiam,eorumq; corporum quæ vegetabilia sunt. estq; entelechia non continua motio,sed perfecti corporis comprehensio,id est ἓν ὑπλῶς σωοχή. hoc enim etymum eius verbi significat.Quare liquidò(vt arbitror)constat verba illa Ciceronis de animo humano nõ esse consentanea cũ entelechia
B Aristotelis.Quid illa quæ alio loco eiusdẽ libri subdidit,diuinitatẽ animis humanis asserere volens? Sinautem est(inquit)quinta quædã natura ab Aristotele inducta,primùm hæc & deorum est & animorũ. Hanc nos sententiã secuti,his verbis in cõsolatione hęc expressimus: Animorũ nulla i terris origo inueniri potest.nihil est enim i animis mixtũ atq; cõcretũ, aut quod ex terra natũ atq; fictũ esse videatur: nihil ne aut humidũ quidẽ,aut flabile, aut igneũ.His enim in naturis nihil inest quod vim memoriæ,mentis, cogitationis habeat,quod & præterita teneat,& futura prouideat,& cõplecti possit præsentia,quę sola diuina sunt:nec inuenietur vnquã vnde ad homi
C nem venire possint,nisi à deo.Sigularis est igitur quædã natura atq; vis animi seiuncta ab his vsitatis notisq; naturis.Ita quicquid est illud quod sentit, quod sapit,quod vult,quod viget,cęleste & diuinũ est:ob eamq; rem æternum sit necesse est.Hæc vt pręclarè dicta sunt à Cicerone de immortalitate animæ,ita referri nequeunt ad ea quæ Aristoteles de anima dixit, quam entelechiam appellat:sed ad ea potius quæ de intellectu vel mente Aristoteles mirificè disserit in.iii.de anima. quæ mens ab eo non entelechia, sed Nũs dicitur.Entelechiam enim suam.i.animam Aristoteles interituram esse credidit.Quapropter Iustinus philosophus idem & martyr in parænetico
D loquens de placitis philosophorum,ita inquit· καὶ ὁ μὲν πλάτων, ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος, κἀγὼ λέγω. Ἀριστοτέλης δὲ ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνομάζων, οὐκ ἀθάνατον, ἀλλὰ θνητὴν αὐτὴν εἶναι φησί. καὶ ὁ μὲν ἀκίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει, Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον αὐτὴν εἶναι φησὶ, κατὰ πᾶσαν κίνησιν προαγομένην. Et Plato quidẽ animã omnẽ immortalẽ esse non tã dicit q̃ clamitat. Aristoteles autẽ entelechiã ipsam nominans, non immortalẽ,sed mortalẽ ipsam esse vult. Rursus ille nunquã non mobilem eam esse tradit,Aristoteles etiam immobilem:licet ad omnem motum præeuntem. Plutarchus in quarto placitorum· πλάτων ἀκίνητον τὴν ψυχὴν, νοῦν δὲ καὶ
E κίνησιν τὴν μεταβατικῆς κινήσεως. Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχὴν, πᾶσης κινήσεως προηγουμένην: ἔτι δὲ καὶ συμβεβηκὸς μετέχειν, καθάπερ τὸ εἶδος τὴν σωμάτων. Plato(inquit) nunquã non mouentem animam existimauit: intellectum autem immotum duntaxat transgressili motu. Aristoteles immobilem animam esse censuit, & eandem motus omnis auctorẽ:& motionis tamen accidentariæ non exortem,quomodo & formas corporum. Eum librum cum verteremus, aliter hunc locum traduximus,aliud exemplar secuti. Verùm his auctoribus planum fit,illud Ciceronis dictum non posse ad Aristotelem referri,qui entelechiam pro anima & forma, non pro mente & animo intellexit : nec entelechiam perpetem quandam motionẽ significare : cum Aristoteles im-

Nus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mobilé entelechiá esse dixerit motu suo & proprio. Idem Plutarchus eodem in libro hoc verbum interpretans ab Aristotele de anima prolatum ita subdit: πῶ δὲ ἐντελέχειαν ἀκατάληπτον ἀντὶ τῆ ἐνεργείας. Entelechiam autem pro actu exaudire oportet. De quinta autem natura ab Aristotele inducta Laërtius ita inquit: ἔστιν δὲ παρὰ τὰ τέτταρα στοιχεῖα τὴ ἄλλο τέμπτον, ἐξ οὗ τὰ ἀιθέρια σωμάτα εἶναι. ἄλλοίαν δ' αὐτῶ πῶ κίνησιν ἔστιν. κυκλοφορικῶ γάρ. καὶ πῶ ψυχῶ δὲ ἀσώματον, ἐντελέχειαν ὅσαν πῶ πρώτῳ σώματος φυσικῶ καὶ ὀργανικῶ δυνάμει ζωὴ ἔχοντος. Esse autem præter quatuor elementa & aliud quintum censuit, ex quo ætheria omnia constituta sint. Sed & eius alium esse motũ, vtpote circularẽ. Animam etiam incorpoream esse voluit, & entelechiam primã corporis naturalis organici potestate vitam habẽtis. Ex quibus verbis apparet entelechiã non esse ab Aristotele in quinta natura positam. Id autem de intellectu & mente censuisse Aristotelem melius dici posset. de quo cum multifariam ac subtiliter Aristoteles & Themistius disseruerint, vnum ex vtroq; locum assumã, quî id planum fieri possit: ne si iusta disputatione id probare conemur, in tædiũ abeat longior hæc multo digressio, q̃ initio destinaueramus. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ οὐ ἁπάσῃ τῇ φύσει ἐστί τι, ὃ μὴ ὕλη ἑκάστῳ γένει, τοῦτο δέ, ὅτι πάντα δυνάμει ἐκεῖνα. ἕτερον δέ, ὃ αἴτιον καὶ ποιητικόν, ᾧ ποιεῖν πάντα, οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πεποίηθεν, ἀνάγκη καὶ ὡ τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν τοιάτας τὰς διαφοράς. καὶ ὅδε ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς, ᾧ πάντα γίνεσθαι. ὁ δὲ, ᾧ πάντα ποιεῖν, ὡς ἕξις τις, οἷον τὸ φῶς. τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα, ἐνεργείᾳ χρώματα καὶ ἔστιν ὁ νοῦς, χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. Locus hic vnus est eorum quos Aristoteles offusa caligine obscurasse dictus est, vt à suis tantum intelligi posset: nos tamẽ quàm poterimus explanatissimè vertemus. Quoniam verò (inquit ille) vt in vniuersitate naturæ est aliquid, cuius altera pars vnicuique generi materia sit, eaq; idcirco sic est, quòd omnia illa est duntaxat potentia: altera pars est, quæ causa est & effectrix, vt quæ omniá faciat, cuiusmodi rationem ars ad materiam obtinet: necesse est in anima quoque has differentias esse. estq; intellectus quidam huiusmodi, vt omnia sit: alter verò, vt omnia faciat: qui velut habitus aliquis est, perinde ac lumen. Siquidem modo quodam lumen actu colores efficit, qui potentia colores sunt: & sic intellectus abstractus, & nulla cõcretione permixtus impatibilisq;, substantia sua actus existens. & paulo inferius ἀλλ' οὐχ ὁτὲ μὲν νοεῖ, ὁτὲ δὲ οὐ νοεῖ. χωρισθεὶς δέ ἐστι μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστί. καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀίδιον. Sed nec interdum intelligit, & interdũ non intelligit. separatus verò id est demum quod est, & hoc solũ immortale est & æternũ. Hæc verba paraphrasticè enarrans Themistius lib. eodẽ ita inquit, Quum enim statuisset Aristoteles in omni natura alterũ pro materia haberi, alterum pro forma mouente perficienteq;: necesse (inquit) est easdẽ differẽtias in anima reperiri, & talem aliquẽ intellectum adesse, qui pars animæ rationalis præstantissima sit. Atque hoc quoque ex illis verbis clarissimè innotescit, quorũ pauloante mentionẽ fecimus, De intellectu (inquit) & vi ea quæ cõmentatur cõtẽplaturq;, nihil adhuc liquet: sed videtur diuersum animæ genus esse, solúq; id abiũgi & separari cõtingere, tanquam perpetuũ à morticino caducoq;. Hactenus Themistius. Hoc vltimũ dictũ ideo addidimus, primũ vt planũ fieret,

fieret, id quod Cicero entelechiæ tribuit, Aristotelem non animæ, quam formam, id est substantiæ rationem esse vult, sed intellectui tribuisse, duntaxat agenti, qui ab intellectu potentiæ differt, vt ars à materia. & hunc impatibilem esse immortalemq;, animam autem mortalem: siue Aristoteles intellectum & mentem, partem esse animæ diuinam præstantissimámque intellexerit, siue aliud ab anima formalem rationem obtinente, quam entelechiam vocat. Prisci enim differentiam inter animum & animam posuerũt. Animus est (inquit Nonius) quo sapimus, anima qua viuimus. Sine animo anima est debilis. Varro, In reliquo corpore ab hoc fonte diffusa est anima: huic animus ad intelligentiam tributus. Pli. lib. xxii. de iracundia loquens, Ergo & animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur. Verumenimuero inde maior illa quæstio existit, vtrum intellectum illum singulorum esse hominum Aristoteles ita existimauerit, vt homo post obitũ suum immortalis futurus sit, quod mihi non videtur: an vnum esse intellectum vniuersorum, quem φοικτικὸν vocat. Ita enim hoc implicuisse disputationum ambage ipse existimatur, vt ingenia studiosorum torserit potius, quàm certũ aliquid fixumq; reliquerit: de quo Alexander vt de mente ita inquit, οὗτος δὲ ὁ νοῦς ἢ μόνος ἀνὴρ τὸ θεῖόν διοικεῖ πρὸς τὸ τῶν θείων ἀναφορὰν, ἀνὴρ τῆ δυνάμει τῶ δημιουργῶ. ἢ μᾶλλον τὸ τῶν ἀρχικῶν διατάκτου κινήσεως. οὐδὲ ἡ ταύτης γένεσις τῇ πρόσθεν καὶ ἀφθάρτῳ τῆ ἀιδίῳ. Sunt tamen nihilo secius qui existiment entelechiam duplicem esse. vnam illam quam diximus ex sententia Themistii, Laërtii & Plutarchi, quæ nomen est animę non modò rationalis atque irrationalis, sed etiam physicæ. & hæc à corpore naturali organico inseparabilis est. Alteram dixerunt à corpore ita seperabilem, vt à naui nautam, animam scilicet rationalem: quę cum aliud sit à corpore, nec sit corporis forma, corpus ipsum, id est subiectum, componit & moderatur, perficitq;, & ita regit vt nauẽ nauta. ἔστιν ἐντελέχεια ἕτερον ὅσα σωτάτῃα τῇ ὅλῃ κόσμῳ καὶ πλεῖστον ἀποκάμνουσι· ὅταν οὖν λέγῃ τις πῶ λογικῶ ψυχῶ ἐντελέχειαν, ἐ κεχωρισμένην εἴδους τῆ σώματος λέγει. Secundum hoc nonnulla ex parte Ciceronis dictum defendi posset: qui fortasse quod apud aliquem philosophũ legerat de entelechia, hoc Aristoteli tribuit eius nominis auctori, vt surrepere solet scribentibus obliuio. Themistius in secundo de anima cum dixisset animam esse inseparabilem à corpore, quatenus sic est corporis totius entelechia, vt in secuti ferri forma est entelechia, subdit, ἐμῶ ἀλλ' ἴσως τις, ὀφεῖν κωλύει τὴν μορφὴν τῆ ψυχῆς, δύνασθαι καὶ χωρίζεσθαι τῆ σώματος, ὅταν μήτε ἕλκη τῆ σώματος, μήτε μορφῶν τινῶν, πιάντων ὄντων σώματος τινος ἐντελέχεια ἄρα τοιάντη, ὥστε ἀχώριστος εἶναι, ἢ ὥστε χωρίζεσθαι, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης τῆ πλοίῳ. δοῦλος γὰρ ἐντελέχεια μᾶλλον, ἀλλὰ χωριστή. Hac ratione animus huiusmodi est entelechia, vt à corpore separabilis sit. quod de intellectu actuoso intelligẽdum: cuius multa mentio apud eundem in tertio: & ab Aristotele φοικτικὸς appellatur, & deo similis hic esse ab ipso ostẽditur. Hunc Alexander in secundo de anima θεῖον νοῦν, καὶ θύραθεν εἰσιόντα appellat: qui longa & subobscura disputatione ostendit quonam modo ab Aristotele ἄφθαρτος εἶναι dictus sit. Vtcunque, quiduis potius comminisci par est, quàm vt inter reos

Animus. Anima.

Entelechia duplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

insciтæ sententiæ, eius nomen auctoris à nobis recipiatur, qui extra omnẽ ingenii aleam,id est extra omne discrimẽ iudiciorum,Plinii maioris sentẽtia positus est,iudicis ingeniorum summi. Addam & alium locum admonendi gratia. Idem Cicero in secundo de natura deorũ, fabricam humani corporis non modò felici & perspicua,sed etiam accurata & artifici facundia describens,Ex intestinis autem (inquit) & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur,permeat ad iecur per venas quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris. Sic enim appellant ductas & directas vias quæ pertinent ad iecur,eiq; adhærent. Medium intestinum Cicero dixit, quod Græci mesenterion appellauerunt,& in primis Aristoteles:quod tamen intestinum non est,vt ex Aristotele apparet,qui de ea parte ita inquit, ὡσαύτως δὲ καὶ ὑπέρων ἐστὶ μεσεντέριόν ἐστιν.ὑμενῶδες δ' ἐστὶ τοῦτο καὶ πολὺ καὶ πίον γίνεται. Supra intestina autem mesenterium est, membranaceum, latumq;, & pinguescens. Mesenterium ad verbum Cicero medium intestinum transtulisse videtur, cum græcè ex eo(vt puto)dicatur,quòd media intestina complectitur. Ab eo autem venæ & fibræ permultæ sursum deorsumq; ad intestinorum posituram ferunt,cum ipsum principibus venis maiori & aortę adnexum sit, vt Aristoteles tradidit: id quod Cicero significare haud dubiè voluit. Nam portarum iecoris appellationem Cicero ab eodem auctore mutuatus est, qui pylas hepatos vocat,his verbis: προσπέφυκε δὲ τῇ μεγάλῃ φλεβὶ ἡ πύλη. τῇ δ' ἀορτῇ ἡ κοινωνία.ὅλῃ γὰρ τῇ πύλῃ διήκει ἡ ἀπὸ τῆ μεγάλης φλεβὸς φλὲψ, ᾗ αἱ καλούμεναι πύλαι εἰσὶ τῆς ἥπατος. Adhæret enim magnæ venæ iecur,nulla parte cũ aorta cõmunicans. Siquidem vena illa quæ à magna proficiscitur, per medium iecur pertendit ea parte qua portæ iecoris situm habent. Proinde Cicero mediũ intestinum pro mesenterio dixit,in ea etiam parte elegantissimi libri,in qua Aristotelẽ ipsum exquisita descriptione superasse videtur. Theodorus Gaza vir Græcus,non modò latinè doctissimus, sed etiam medicus,lactes pro mesenterio dixit: quo nomine ab Hermolao Barbaro & aliis reprehensus est,quasi eo in loco hallucinatus sit,vel in eo potius verbo. At ego consultò eum id feciisse censeo,vt qui in eo verbo Plinii auctoritatem sequi nollet. Lactes enim non tam intestina significãt,quàm pingue illud quod ambit intestina. Trãquil.de patina Vitelliana,In hac(inquit)scarorum iecinora,phasianorum & pauonum cerebella,linguas phœnicopterorum,muræNarum lactes commiscuit. Quare immeritò Hermolaus hoc verbum vt licenter vsurpatum in Spartiano notauit. Nostrates piscium lactes lactentias appellant. Verùm vt notæ & Ciceronem & Plinium eximimus,idq; meritissimò,sic humana Minerua nõ diuina scripsisse eos meminisse debemus, aut numine quodã instinctos:ne Musas insectatus esse videatur si quis eius notæ auctores semel atque iterum ad disquisitionem huius iuris consultorum candido proposito reuocauerit. Nec mihi ob id videor litem meam facere,quòd controuersiam tanto auctori intentatam, veritatis indagandæ studio commemoraui: cum mihi Angelus Politianus vir egregiè doctus obtulisse se huic liti,non tam iuris cauſæq; fiducia, quàm Tullianæ maiestatis præiudicio visus sit. Quid autem mirum,Ciceronẽ eloquentiæ magistrum

Mediũ intestinum.

Lactes.

Cicero & Plinius humana scripsere minerua.

A gistrum & principẽ,in sententia philosophica,vel in dictione potius hallucinatũ esse,cũ ipse Aristoteles in quarto Auscultationis philosophicæ in verbo etiã physico atque philosophico lapsus sit,vt qui vniuersum moueri per accidẽs dixerit,quod per partes moueri constat: tanquã vtroque verbo idem significaretur.qua in re,quod mireris, secũ ipse pugnare cõuincitur. qua de re Themistius,ἀξ οὖν ὅλον κ] συμβεβηκὸς κινεῖ. ἀριστοτέλης μὴ ὕυπω βέλτιον, ἢ οἱ ἐξηγηταὶ συγχωρῆσαι. φησὶ δὲ, τὰ δὲ κ] συμβεβηκὸς κινεῖται, ὡς ἡ ψυχὴ, ἢ ὁ ἀργυρός. ἐπὶ δὲ ἀποφῶ πῶς ἂ μαχροῖο ἀν πεὶς ἑαυτὸν, νῦν μὲν κ] συμβεβηκὸς τοῦτον ἡγούμενος ὦ κ] μόρια. tamB etsi Aristotelẽ nititur excusare postea, varia verbi interpretatione, vtiq; veritus inuidiam reprehensionis tanti viri,præsertim cum eius esset operum enarrator. Cæterùm Ciceronem rudem aut imperitum fuisse philosophię, mihi persuaderi nõ potest, cum & Philonem Academiæ principẽ Romę audierit: & Theodorus Stoicus, à quo dialecticã edoctus est, apud ipsum Romæ commoratus & mortuus sit: quibus philosophis diligenter & attentè operam dedit,vt ipse in Bruto suo testatur. Quibus argumentis accedit studium Platonis dialogorũ,cum admiratione summa,singulariq; profectu:vt qui etiam in oratore suo contestetur non se è rhetorum officinis C ad eloquentiæ studium exercitationemq;,sed ex Academiæ spatiis extitisse. Sed redeamus tandem ad institutum opus. His nominibus antiqui non solùm vsq; ad assem,sed etiam vltrà vsi sunt. Columella lib.iiii. Auarius quidam dipondio & dodrante altum sulcum,latum pedum quinque faciunt. Dipondium & dodrantẽ dixit pro pedibus duobus & digitis duodecim. Et lib.iii. Ab ipso arboris crure pedale spatium intermittito, deinde sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dipondium semissem latum cum feceris, patiere minimè duobus mensibus eum tempestatibus D verberari. Vtuntur etiam historici,vt Liuius lib.viii.ab vrbe condita, Latinus ager & Phalernus, qui populi Campani fuerat vsque ad Vulturnum flumen,plebi Romanæ diuiduntur. bina in Latio iugera,ita vt dodrantem ex Priuernati complerent,data,terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. Columel.lib.ii. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur.nam commodè proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante.in liram statim redigitur quadrante operę. Dodrantẽ operæ pro tribus partibus diei artificialis dixit,vt quadrantem pro quarta, hoc est pro nouem horis,& pro tribus. Pli.lib.xviii. Iustum est proscindi sulco dodrãtali iugerum vno die,iterari sesquiiugerum,si sit facultas soli.si minus,pro- E scindi semissem,iterari assem:quãdò & animalium labori natura leges statuit. Quadrantem Græci τεταρτημόριον dicunt, & τριτημόριον trientem, ἥμισυ μόριον dimidium, ἑξαντημόριον sextantem ἑκτημόριον. vnciam δωδεκατημόριον Plato vocat lib.vi.de legibus. ὃ δὴ τῆ παντὸς ἕκτημόν δωδεκατημόριον. Sũt & hæc vocabula signatæ pecuniæ nomina, vt docet Varro. As nummus erat libralis, dupondius nummus bilibris,sestertius nummus duarum & semis librarum, dictus quasi semistertius,Græcorum imitatione, qui τρίτον ἡμιδραχμον dicunt duas drachmas & semis,& τρισημιωβόλιον pro talẽtis sex & semis. Herodotus in primo,τέλεων ταθμὸν τρισημιωβόλιον. Pollux,τρίτον ἡμιδραχμον δὲ δύο

Τεταρτημόριον. Τριτημόριον. Δίμοιρον. Τρυμοιρον

Τρίτον ἡμιδραχμον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἡμιτάλαντα δραχμαί, id est pendens sex talenta & semissem. & apud eundem πλ- F
ταρτον ἡμιτάλαντον, id est quartum semitalentum, pro eo quod est tria & se-
mis talenta. Denarius, decem librarum nummus erat, cuius quarta pars ses-
tertius, eo tempore scilicet, quo denarius decussi valebat. Erat autem dena-
rius argenteus nummus quatuor & viginti siliquas pendens. Apud Prisci-
num ita legitur, Siliquæ tres obolum faciunt, duo autem oboli scrupulū,
tria scrupula drachmam. ita duodeuiginti siliquæ in drachma. sic quatuor
drachmæ in tribus denariis, hoc est duæ & septuaginta siliquæ. Hactenus a-
pud Priscianum legitur. Quadrans etiam nummus erat, vt apud Iuuenalē, G
Cædere Syluano porcum, quadrante lauare.
& centum quadrantes sæpe apud Martialē. Sic etiam sextās nummus erat,
cum populus Romanus in funere Menenii sextantes contulisse dicatur à
Valerio & Plinio. Sunt & vasorum nomina, vt apud Persium,
- Calidúmque trientem Excutit è manibus. -
Sunt & ponderum. Pli. lib. xxvii. Bibitur ad dolorem vuluæ & vitia. ma-
cerari oportet in sextariis tribus quadrantē radicis tusæ per noctem & diē.
& lib. xxviii. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere, in
vini sextariis tribus. Idem, Ad hoc vitium immittitur butyrū heminis qua- H
tuor cum rhesinæ terebinthinæ sextante. Nec mirum est tam latè verborū
istorum significationem patere, cum cognata sit & connexa ponderum ra-
tio cum mensurarum ac numerorum rationibus: & vt aiunt illa carmina
quæ Fauini esse dicuntur, si pondus mensuræ componimus, eadem est pars
cyathi in sextario, quæ est in libra vnciæ. & vt in ponderū minutiis ad scru-
pulum peruenimus, sic in mēsuris ad cochlear. Quinquuncialis autem or-
dinum ratio in arbustis & vineis, & in quinqūncem arbores disposita cur
dicantur, comminisci non potui: quid tamen sit, ex Fabio facilè intelligi- I
mus, apud quem hæc verba lib. viii. legūtur, Nullús ne etiam frugiferis ad-
hibendus decor? Quis negat? nam & in ordinem certaq; interualla redigam
eas arbores. Quid illo quinquunce speciosius, qui, in quācunq; partem spe-
ctaueris, rectus est? Sed protinus in id quoq; prodest, vt terræ succū æquali-
ter trahant. Cicero in Catone, Cum autem miraretur Lysander & proceri-
tatem arborum, & directos in quinquuncem ordines, & humum subactam
atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur è floribus: tum eum di
xisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius. Columel-
la lib. iiii. Hæc in quinquuncem vinearum metatio, expeditissima ratione
conficitur. Hoc Demosthenes in ea oratione quæ πρὸς νικόστρατον inscribi- K
tur, ita expressit, καὶ τὰς ἀναπεπτοράδας ἰξικνεῖτε, καὶ φυτοπόεια ἐλαιῶν περιστίχων κα-
τέκλασε. Arbustiuas vites excidit, & oliueta in versus quoquouersum digesta
confregit. Quod verbū Suidas assequi non potuit. Xenophon ipse, ex quo
Cicero transtulit, ita scripsit, ἐπεὶ δὲ ἐθαύμαζεν ἀνὴρ ὁ λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δέν-
δρα εἴη, εἰ ἴσα δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ σίχοι πᾶσι δένδρων, διῶδοι δὲ πάντες καλῶς εἶεν.
Cum autem locum consitum miraretur Lysander, quòd decoræ essent ar-
bores, & stirpium consitarum æquabilis series ita in versus directos confi-
gurata videretur, vt ad angulos rectos pulchrè exacta essent omnia. Ex qui-
bus

Denarius. Sestertius.

Siliqua.

Quadrans nummus.

Sextans.

Vasorum nomina. Triens & Quadrās.

Quiquūcialis ordinum ratio. Arbores i quinquūcem digestæ.

A bus verbis cum Ciceronis collatis cōiicere statim possumus quid sit quin-
quuncialis ordo, etiam si nondum intelligimus cur ita appellatus sit. For-
tasse autem antiqui sic quinquuncem appellauerunt exactam plantarum
metationem, vt decussem exactam spatii diuisionem. Theodorus Gazes Ci
ceronis interpres directos in quinquuncem ordines græcè ita expressit, καὶ
τοὺς ὀρθοὺς εἰς πεντάδα διατεῖναι στίχους. obseruato scilicet Xenophonte, Ciceronis ver
ba vertens. Eo anno quo hæc scripsi, vineam habebam sterilem, & multis
iam annis decoctricem. Huic cum auctionem diu (vt fit) minitatus essem,
B nisi in posterum paria saltem cum expensorum ratione faceret, nec impen
siorem ipsa culturam sentire videretur, proscripta etiam emptorem nō in-
ueniret (male enim ob id ipsum audire cœperat, quasi non damnosam vi-
neam nunquam emancipaturus essem) ad extremū eousque damnatæ suc-
censui, vt in ortum eam transformare meditarer arboribus consitum, non-
dum tamen extirpatam. Hoc cum primùm in mentem mihi venisset, arbo-
ribúsque eam ad soli naturam accommodatis conseruissem, frugi me ho-
minem existimabam, omniq; religione ac superstitione solutum. nam vlti-
mi anni calamitate perculsus, tot superiorum annorum sterilitatem exci-
C piente, temperare mihi nō potueram quin præcipiti iureiurando negarem
vnquam me postea teruncium in eius vineæ culturam impensurum. Quo
iureiurando satis me defungi posse interpretabar, si ortum eam magis fa-
ctam quàm adhuc vineam colerem, præsertim cum nullus inueniretur tam
aduerso Mercurio natus, qui sibi eam indicari peteret. Sic autem rationem
impensæ subduxeram, vix vt viginti francicis eam mihi rem staturam exi-
stimarem. at consitoris solertia quæstuosa eò me sensim perduxit noua in
dies comminiscendo, visendumq; operis absoluti decorem speciemq; pol-
licendo, vt à tenui illo & simplici primordio iustum tandē pomarium in-
D stituerim iugerūm paulo minus quatuor. In quo mihi ita euēnit, vt qui au
ctionem facere prius prædii mei meditabar, & nummo propemodum ad-
dicere paratus eram, idem subinde liceri magno cogerer particulas confi-
nium agrorum, ne instituti pomarii modulatio, ambulationumq; meta-
tio aliquo loco non quadraret. Intra id villam ædificabam, simul & ipsum
muro vndenūm plus minus pedum cingebam crassitudine in summo ses-
quipedali, in medio atque imo pro portione emodulata. Hoc Sammauria- Sammau-
E num prædium mihi futurum instar amœni cuiuspiam Tusculani sperabā, rianū Bu-
quarto ab vrbe lapide situm, in quo liberiores solutioréque congressus cū dæi.
dilectissima mihi philologia exercens, mecum ipse sæpius commodiusq;
viuerem. Hoc faciēs, didici duplicem quinquuncialis ordinis rationē esse.
Alteram nostrates scacariam, quasi alueolatā appellāt. sumpsit enim formā
à postica parte aluei in qua scrupos hodie lusitantes promouēt & reducūt.
altera ratio reticulata dici potest, non in quadras vt prior, sed in rhombos
eōformata, ea forma qua specularia apud nos plerūq; videntur in fenestris
lumē vitro transmittentibus. Ego quadris vsus sum pedum quoquouersus
quaternundenūm. Huiusmodi ordinū obseruatio Normannis solennis est
instituendis pomariis: quorū arboratores è seminariis plantulas trāsferen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes,ita stellatim decussare norunt ordines, vt in quácunque partem te ver- F
ses,rectam semper seriem videas,nusquam obliquante prospectu in longin
quum. Hæc habui de his vocabulis quæ strictim primùm dicerem,quæq;
velut proœmium huius operis esse vellem. Itaque quandò de integro ser-
monem instauraturi hac eadem de re sumus, vt eorum vocabulorũ vsum
magna ex parte obsoletum latinitati reddamus(sic enim futurum spero) fa
cturum me operæprecium existimaui, si non modò rem hanc totam latis
per se satis finibus patentem prosequerer & absoluerem, sed etiam si dispu
tationem aliam ad hunc locum nonnihil pertinentem,& veluti cognatam G
adiungerem,tametsi iam alto situ obscuritatis erroriscq; squalentem, vix vt
nitorem pristinũ lingua latina hac in parte receptura videretur.Cum enim
de asse & libra pondoq; & rei nummariæ vocabulis multa ab enarratori-
bus neotericis dicta sint,antiquorũq; monumenta iisdẽ vocabulis scateant:
nondum (quod scire aut suspicari potuerim)à quoquam scriptorũ nostræ
aut auorum longeq; superioris memoriæ deprehendi potuit quem modũ
pecuniæ his verbis statuere debeamus. Proinde ita tulit animus,vt rem per
se subobscuram, & cum multa ambage auctoritatum implicitam,tum ve-
rò glossulariorum errore perplexiorem factam, simul corruptis exempla- H
ribus propemodum comploratam, explicare nihilo secius improbo insa-
nóque(vt dicitur)labore aggrederemur. siquidẽ scitum illud comici poetę
memineram,nihil tam difficile esse, quin quærẽdo inuestigari possit.& di-
gnam rem prorsus existimabam in quã toto pectore incumberẽ. Atqui cũ
ad hanc ætatem, ex quo post tenebricosa secula literis sensim lux affulgere
cœpit,eò iam profectus labores eruditorum hominum euaserint,vt ad lin
guæ latinæ instaurationem perpauca desiderentur: nemo tamen(vt spero)
inficiabitur hanc operam prorsus adhuc desideratam esse. Planum enim fa
cturum me confido,neminem intra octingentos annos,ac longè plures for I
tasse,rectè hæc vocabula intellexisse, duntaxat eorum qui commentarios
ediderũt,qui in vulgus emanarint, aut aliâs innotuerint. An autem id asse-
cutus sim quod anxiè perquisiui,lectorum erit iudicium,non tamen quo-
rũlibet. Verumenimuero eam à me suspicionem longè amoliri velim,qua-
si aut ingenii singulari quodam acumine fretus,aut reconditæ doctrinæ fi-
ducia eam rem totam susceperim, quam viri tot doctissimi ne primoribus
quidem digitis sine noxa tractauerunt:id quod mox apparebit. Iure autem
meritoq; facturum me arbitror,si in ordinem lautiorem literis studentium
admittendum me censeam : quibus aliquando ipsis liceat post emerita au- K
diendi vel legendi stipendia (non enim tam fortunatus fui, vt in hac disci-
plina vocalem præceptorem haberem)stylo specimẽ sui facere. Proinde cũ
aliorum scriptis his in rebus adiutus sim, quas ipse per me assequi non po-
tuissem,& in id videam literatos ferè conspirasse,vt velut symbolam quis-
que quàm posset lautissimam in medium conferret,quasiq; in musæo do-
narium aliquod posteritati visendum consecraret: commotus & ipse sum,
& æmulationis stimulis vsqueadeo exagitatus(neque nũc primùm) vt im-
pensiore studio eum locum inter scribentes tenere posse non diffiderem,
quem

A quem multi aut ingenii præstantia freti, aut ingenti aliquo studiorum ad-
miniculo subnixi,certatim sibi asserere quotidie videbãtur. Itaque alteram
iam aleam iacimus, quandoquidem prior illa(de Annotationibus nostris
loquor quas in Pandectas edidimus)non incommodissimè cecidit, tametsi
incursura ipsa in primorum ordinum offensionem videbatur. Quippe rem
per se inuidiosam, ferocius quàm par erat,in iudicium quasi in theatrum
adduximus scribendi tyrocinio:id quod tum demum sensimus, cum iam
opere edito(quod domi simul nostræ,& in officina chalcographaria cude-
B batur)qui inferbuerat animus,paulatim deflagrauit.& hactenus tamen im-
pune ferre nobis cõtigit ab iis etiam ad quos ea res maximè pertinebat, ne-
dum ab illis hominibus quibúscum necessitudo nobis humaniorũ literarũ
nomine intercedit.quanquam impunitatem mihi stolidè fortasse promit-
terem,nisi etiam gratiam me inisse iisdem ab ipsis iuris peritissimis experi-
mento didicissem.vsqueadeo quod candido atque ingenuo proposito sus-
ceperis, etiam si in eo transigendo (vt est humana conditio) secus nonnihil
imprudens admiseris,non solet id ferè non bene tandem vertere.nisi si for-
san id est veritatis numẽ, vt rem principio inuisam, aduersoq; rumore ex-
C plosam, ad extremum etiam popularem reddere plausibilemq; potuerit.
Quorum enim hominum odium inexpiabile contraxisse musteo adhuc
opere videbar,eorum nunc occursum vix fero, de pollicitatione me reli-
qui voluminis conuitiose appellantium. Quorum auctoritati tantum tri-
buo,vt rem depositam nescio an abiectam, retractare denuo coactus sim.
In qua ipsa cum occupatus essem,animi causa(vt fit) auocamentum quæ-
rentis,parergon hoc arripui, initio quidem modulis diuerticuli destinatũ:
rerum autem serie perpetua aliam atque aliam deinceps commentationem
ingerente, eousque progressum me esse sensi,vt ex parergo,id est operis in-
D stituti diuerticulo, plenum opus factum sit, vt Græci dicunt, ὥστε καὶ τὸ πάρ-
εργον ἔργον γίγνε. Hæc satis ad exteros Italos, & alios vbicunque gentiũ
literatos,quibúscum sacris iisdem initiati sumus. Quibus quidem ipsis in
musei cella contigit incubare, non etiam qui ex pronao (vt aiunt) Musas
salutauere. Eorum enim nullum ex albo reiicimus: quandò id fieri non
posse putamus,vt qui literarum humaniorum studio sint expoliti, non ii-
dem quoque sint iudices nobis æqui. Ab nostris autem metuendum nihil
erat,nisi quosdam homines primariæ auctoritatis aut dictitare aut mussi-
tare comperissem,cum vnum tantum genus hominum literarum bonarũ
E studio aptum, atque etiam natum esse, tum verò nos operã & oleum per-
dere,qui in eo vitæ instituto ingenia exerceamus:non aliter ac lienosos qui
instituantur ad cursum. Hoc quum nostratium quidam rescissent, primũ
mirari auctores, deinde eo magis succensere, postremò re planè intellecta
fremere. Sed reliqua(vt arbitror)silentio nunc premenda, vt omnia in po-
testate habeamus si forte illi æquiores esse cœperint. Nisi verò obscurum
esse potest,cur homines Franci externa ingenia sese exosculari dictitẽt, nec
stomachi sui doctos in Gallia vidisse. Quos si veritati inseruire potius, q̃
animo suo indulgere existimarem,aut ea esse eruditione, vt latinè loquen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicēdi facultas Gallis olim vernacula.

tes intelligere sine magistri opera & præitoris possent: facilè (nisi fallor) o- F
stenderem cur adhuc factum sit vt dicendi facultas olim vernacula Galliarum, literis iādiu in Italia illustratis, in Galliam non reuersa sit, transalpinarum ipsam rerum plus quàm & par est & vtile cupidam. Qua (malum) opinione fallere se in re tam clara hominum iudiciū credunt, qui ne in iis quidem fefellerunt, quæ integumentis omnibus cōpositi vultus speciosiq; sermonis egerunt? Vsque adeò enim omnes hominum sensus iam innotuere in vulgus, vt fidem quidam non faciant vel si aram vtraq; manu tenentes ausi sint sanctissimè deierare. Itá ne verò si Franci quidam homines aut ma G
lè obsequiosi, aut ex ingenio suo viuentes, nec per istorum genium iurare didicerunt, nec solitis hac ætate lenociniis eorum se potentię venditare: satis digna causa fuit quamobrem calcata charitate patrię, odio trāsuersi aut liuore raperentur? mihi certè non videtur. Atqui si ingeniorum ipsi & doctrinæ (quæ nos quoq; in externis mirificè agnoscimus) admiratores veros credi sese volebant: benignè igitur vel exteris facerēt, idq; eo nomine, vt intelligeretur cur viros ipsi doctos præmiis adsciscerēt. Sic enim eloquentiā & poeticam & literas elegantiores patriæ dicerentur vel dedisse, vel reddidisse. Nunc cum id non faciunt, videant quæso ne externis verba dare po- H
tius, quàm nobis facundiam optare videantur: immò (vt planè loquar) ne subdolam mentem prodant, aut certè maleuolam, qui priuato vel studio vel odio instincti (nam quam aliam causam coniicere quisquam possit?) suggillationem patriæ inurere nō timeant. De qua quàm bene alioqui sint meriti, publica fama viderit. Sed criticam seueritatem cognoscere in homi nibus imperitis precium est operę: Galli omnino homines nec ad poeticā artem nec ad oratoriam nati. Quis hoc iudicium facit? homines germana in Francia nati, in sinu Franciæ aliti & educati, & nunc in gremio eiusdem hoc dictitantes. Qua igitur tandem fiducia hoc iudicare præsumunt? age I
quid tum postea? qui à patria honestissimum quodq; decus meriti, immeriti tulerunt. Egregios ciues, & patriæ amantissimos! Audiamus porrò, Solis hominum Italis hæc studia capessere iure ac moribus licet: sic enim fert cæli soliq; natura, vt infantes etiam illic disertè numeroseq; vagiant. O acre iudicium hominū, quibus tamen ipsis inter classica recitanteis Italos exaudire tantum vacauit. Siccine Frācos homines pituitosum fel habere ad iracundiam putant, & crassa quoq; ad studia præcordia, eorum vt stomachū improbitate tanta prouocare gaudeant? quanquam latius patet hæc contumelia, quàm vt in literarum studiosis consumatur. Ad eos enim etiam per- K
tinet, qui literarum ipsi imperiti, ingenioſos tamen liberos & spei magnæ genuisse se arbitrantur. Porrò etiam patet. solis enim Italis doctos esse licet ac disertos per iudices istos nostros, Musarum (credo) & Apollinis sanctissimos antistites: qui ea fiducia vtriusq; facultatis, atque etiā linguæ vtriusq; iudicium præsumunt, quòd vt Ascræus olim poeta ex tempore factus ad fontē Pegasęium creditur, sic se anno vno aut altero cum doctis super mensam loquitando, vberem harum rerum scientiā hausisse credi volunt: quippe qui nasci in Italia doctos, non studio annorum triginta & amplius fieri

putent.

A putent. En quibus te approbes, si Mineruæ suffragio doctus haberi velis. Heu miseram conditionem nostram, qui intabescimus literis, hasq; indignitates exorbere ac vorare cogimur, quàm concoctu difficiles stomachis æstuantibus & biliosis! idq; eo magis, quòd ius nobis non est ad primores aut principem prouocandi, quorum isti ignorātiæ impostaram ex animi sui sententia factitant. Illa autem illa singularis est temeritas vel amentia, obtrectationis (vt ita dicam) tragulas in vniuersos intorquere, si quosdam forte priuatim incōmodos atque inuisos obstinarint ferire. Illi ne vt irato
B animo tantum indulgēdum putent esse, vt propter vnum aut alterum expungendos, à caluo (vt dicitur) ad caluū è numeris eximant? vel, quod quidam eorum huius calumniæ architecti dictitant, se, cum omnia studiosorum diuersoria lustrauerint, adhuc tamen quod quærunt, extra gentem Italam desiderare? Ecquod igitur capitalius verbum vllum hoc verbo esse potest? Quasi verò quisquam ignoret sic eos bonos doctósque cis Alpes inquirere, vt qui diuersissima via congredi cum hostibus festinant. Deus te perdat simultas, quæ oculis clausis in hominum obtrectationem impingis, & velut mente capta propositum maleuolū tuum prodis. Tu vt tuorū
C ingenia damnes, quorum partim nec periculum feceris, nec alium feciſſe quenquam noris? partim ne facere quidem tu animo offirmaris, nec facien dum curare, cum tu id si velis facere fortasse nō possis? tum deinde exteros (si diis placet) commendatione inani quassaq; prosequare, vt licentiore calumnia possis in quos velis desæuire? Hic hic nigræ succus loliginis, vt le- Horat. ser-
pidè inquit poëta. Cedo igitur cui vnquam doctrinæ nomine benignè tu- mo. lib. x.
te feceris, aut cui omnino non tua causa bene tantum cupieris? Heu candor Mecœnatum eorum quos & videre nobis & obseruare contigit: qui simul & studiosis sunt & Reip. desiderati, insigni ad posteros inclinatione
D rerum. Superi immortales, quantum inter animos hominum interesse dicemus? Illos vt heroicis annis editos, nihil appositius quàm viscera charitatis appelles. ita vniuersas cogitationes suas ad homines nostros iuuandos contulerant. Isti huiusmodi animum rebus nostris exhibent, vt ad delendū Francici nominis splendorem incubuisse videantur: quos tamen & ipsos non adeò liuidos esse crediderim, vt nisi trāsalpinis rebus oculos cupidius adiecissent, premendi nostrum gratia in cælum laudibus ferrent exteros. Quid enim consilii eos cepisse dicas? an vt eloquentiæ ac literarum gloriā desperare nos cogant? quid id eorum refert? quandoquidem huius ætatis
E decreto, nihil cum literis aulico comitatui. an vt gratiam ab Italis ineant? Sed quò inter Gallos ab Italis gratiam? Restat igitur vt aut priuatis studiis indulserint, aut non modò proterui, sed etiam propemodum amentes iudicentur. Equidem libens ab ipsis audierim, vtrúm ne studia literarum bonarum hodie flagrātissima quamlibet iniquo tempore, restinguere illa sua obtrectatione sperarint, an oblectandi sui gratia potius ingenia prouocarint. Illud certè obtinere nulla auctoritate possunt, vt oratorum vel poetarum & historicorum libros nobis è manibus vt prophanis excutiant, quas bonis iādudū auctoribus contrectandis inauguratas habemus. Nam qui fa

Universidad de Deusto
Biblioteca

mæ dudum per ora hominum iure vel iniuria obstrepẽti moderari nequiuerunt quo minus in circulis, in ambulationibus & sobriis & basilicanis, pro castris, pro concione, nusquam non denique actus eorũ obtrectarent non cauillabundè modò, sed etiam tumultuosè: ecquid se illi iuris habituros putant in eorum Mineruam qui literas didicerunt? Scilicet hoc illud est, hominibus venustis cupido incessit gallicum stylum prouocãdi, à quo sibi metuendum nihil putant, vt quem hebetem esse & plumbeũ dictitent. Nempe hac fiducia illudunt, Francicamq; Mineruam vt infantem & inermem despicantur, nec ægide terribilem. At ego vt Italos Francis ingeniorum acumine præstare nunc inficiari nolim, sic non facilè concesserim vt præstent etiam docilitate. Quippe vt primis omnium Latinorũ Italis post annos centum licuit stylum suum ad cotem priscæ venæ exacutum, scribendo dicẽdoq; explorare: sic nostris obuium est, vt omnibus, & antiquos & recentiores scribendo auctores æmulari. Nam salem eodem nobis precio quo Italis præberi, docere istos potuerunt actores theatrici, qui satyricis eos salibus totos sæpe perfricant, queis acriores non puto vltra Alpem aut Pyrenem inueniri. Atenim innocentia succinctis omnium rerũ securis esse licet. Equidem hoc fatebor, si intra vallũ innocentiæ statiua se semper habuisse rebus gerendis administrandisq; contenderint. Dicere igitur hoc audeant, & ego illis ordines omneis iudices feram, ni constantis famæ testimonio reuincuntur, vt ne ad populum quidem prouocare audeant. Quare ego suaserim eis potius (si me auctorẽ non respuant) vt infenso animo vel alioqui malè affecto vsqueadeo ne obsequantur, quin sese suumq; etiam fastigium respiciant, rationem anteactæ vitę habeant, nec in extremo summoq; actu sub persona primarũ partium indecorum aliquid aut proloquantur, aut agant. Etenim quum sint eorum nonnulli præteriti temporis continentia & grauitate ita obstricti, vt peccare ne tantulũ quidem sine crimine maximo nequeant: ii meminisse debent vitæ suæ cursum non ad amussim popularem exigi, sed ad eam quam sibi ipsi in mediocri fortuna præstituisse creduntur: vt si à pristinæ probitatis & integritatis orbita ingressum quoquo modo detorquere videantur, quicquid rectè ac præclarè antè fecerũt, protinus non virtutis fuisse, sed ambitionis existimetur. Nam qui aliis moribus viuere prouecta iam ætate, & ad instituta transire videntur vtilitati seruientium: vltimùm vtique saluasse recta consilia & honesta creduntur atque dicuntur: perinde atque ii solent qui ad temporariam modestiam bellissimè cõpositi, simul ac se euasisse ad res secundas sentiũt, tanquam emeritis simulationis stipendiis, ambitum & cupiditatem profiteri perfricta fronte obduratáq; non verentur. Aut igitur sibi posthac imperent studiosos Galliæ non odisse, procul ambitione summotos: aut si male loqui pergant, & vtcunque doctis incommodare, quosdam etiam expectent iusto dolori tandem obsecuturos. Nec sibi eo nomine blandiantur, quasi in sinu Iouis positi malè audire nequeant, aut quasi dolorem animo quantumuis inustum Gallica ingenia stylo exigere non possint. Qui enim Aristarchos se orationis latinæ aut etiã architectos intulerunt, quum minimè

minimè ipsi esse didicissent artifices dicendi, Gallicæ fortasse doctrinę, Italicę discipulæ, extremam propediem manum accessisse sentient, quum ex atrio Libertatis, suis ipsi maledictis respondentes audient. Neque enim ex vno aut altero opere debuerunt omne genus structuræ omniumq; æstimare. Sed quid hoc ego crimen persequor, quum iidem ipsi qui literas Gallis adimunt, non iam scientiam nobis elegantiorum artium, sed etiam prudẽtiam omnino quasi sensum communem abstulerint? Quæ contumelia nõ ad vnum tantum eundémque neglectum ordinem, sed ad singulos vniuersosque pertinet. Notum est enim quòd eius societatis mancipes, quam minimè decebat, nihil pensi habere dicuntur quo minus errata sua luculenta clauo ductitando admissa, ignominia patriæ obliterare nitantur. Pròh supreme seruator! Nonne satius erat nos culpã agnoscere quę negari non potest, quàm clauum (vt dicitur) clauo protrudere, & culpam crimine expungere? Antiqui Romani dixerunt maiestatem in populo, auctoritatem in Senatu esse: inde crimina maiestatis appellata læsæ, aut imminutæ: at nunc inuenti esse dicuntur, qui non contenti Remp. non iuuisse, imminuere etiam maiestatem clarissimæ gentis cupiant: & qui doctos posse Gallos fieri cum negauerint, insuper prudentes in Gallia nec reperiri contendant, nec inueniri. Qui quum hæc dicunt, inexpiabili se inuidia flagrare non animaduertunt. Quasi verò cuiquam persuaderi possit quæstionem decretam de viris bonis & prudentibus hoc tempore fuisse, quos velut Optiones sibi in rebus transigendis constituendísque cooptarent. Verùm hos paulisper mittamus, quibúscum ex æquo non licet hanc iniuriam expostulare, ac videamus cuiusmodi Homerus poetarum sapientissimus Achillem suum finxerit, vt ex eo scire possimus an res nostra publica rectè atque ordine hoc tempore constituta sit: & mirari homines desinant, quòd per hosce annos primùm hominibus Francis animus cum re simul concidisse visus est. Ille igitur rerum humanarum perspicacissimus æstimator, quum sub Achillis persona fortem ac strenuum militem eundémque ducem formare statuisset, deam illi Mineruam instantem identidem finxit, quasiq; condocefacientem monitione postica, nonnunquam cæsarie reprehensantem cum præcipitem eum ferri, atque ira excandescere sensit. Achillem autem suum inducit inter iram ratiocinationémque alternantes, Mineruæ tandem monitis obtemperantem, strictum ensem in vaginam ira suppressa edomitáque condentem. Videre est illam quidem imperiosè vetantem, hunc autem iram obsequiosè prementem. Illa, ni pareat ipse numini, vindictam interminatur: hic ponit vim animi, ne non paruisse dicatur. Memorabile figmentum, ac memoria etiam atque etiam tenendum: quo quid aliud poetam significasse arbitremur, quàm animæ duas partes, iram, & rationem? Siquidem ille furorem iræ ac ferociam animi ratus circa præcordia grassari, rationis principatum, ac moderamen animi in parte summa capitis sedere censuit & vigere, velut speculatorem à natura præfectum, qui omnia circunspectaret, atque vt auriga quadrigis, sic

Achilles Homeric⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

feruori ipse animi atque alacritati moderaretur. Proinde quum ille poëta fons ingeniorum dictus,talem strenuum militem,eundemq; ducem fortissimum inducat,vt nusquam ita destitutus, ita deprehensus sit, quin præstò consilium & rationem habeat(hoc est enim Mineruam velut præstitem habere vel astitem)planum fit vtique, qui sapientia & prudentia careant, res ab iis maximas nec bello nec pace geri posse. Porrò prudẽtia ipsa aut summa dote naturæ datur,aut literarum cognitione cum sapiẽtia comparatur: at vtrunque nobis adimunt,qui nobis nec natura imbui, nec studio instituí concedunt. Caput verò erroris est,quòd nobilium natio indecoram esse literarum cognitionem claris penatibus ortis,semper existimauit. Hac enim opinione effectum est,vt rerum nostrarum summa in tenebris plerũq; densissimis hallucinetur. Nam quum primores procerum,ignorantiam literarum percupidè sibi vendicent,ac nihil sui muneris esse in pacis artibus credant:euenit vt plurima aulæ consulta ex paucorum commodo fiãt, qui in rem ipsi suam suarumq; necessitudinum concipere edicta principis cõsultaq; didicerunt. Sic fit vt regio nomine paucorum regimen obumbretur: nomen olim inuisum apud eos qui respublicas in populis & ciuitatibus condiderunt. Atenim quosdam regibus subseruire necesse est,qui iis muneribus fungantur, quę per se reges obire iam nequeunt. quis negat?Sed si eo amplius legitimum iam & regium esse cœpit,illis omnia credere ac delegare,quibus ab latere & auribus principibus esse contigit: sint sanè omniũ potentes, quandò eò deliciarum ventum est, & inertiæ immunis & feriatæ: sed sint eiusmodi, qui optimates vocari & cupiant & debeant, quíque latus principis cingentes, maiestatem eius augustiorem faciant. Nec dicatur vnum omnium Regem maximum,solo corporum stipatu quasi adminiculo subnixum,non animi virtute ac scientia niti. Delectum modò hominum principes habere instituant,literísque & ingeniis & industriæ fauere:sic fiet vt nec doctorum Francia nec prudentium inops reperiatur. Sed enim eo tempore doctos & sapientes necesse est latere & secedere,quo tempore dissimiles iis homines in lucem prodiere. Huius igitur mali causa est nobilium institutum, qui res consentaneas, & mutua ope nixas, generis claritatem, literarúmque peritiam, collidi inter se & dissidere putant:quo errore factum est,vt disciplinæ olim ingenuæ appellatę,ad plebem iamdiu transierint,non tantum à nobilibus, sed etiam(o mores perditos)à sacricolis repudiatæ,ne non satis generosus esse & lautus antistitum ordo præsulúmque putaretur. Inde autem illa extitit indignitas, non tantum incommoda,sed memoria nostra etiam ferè dira,quòd principes natura boni, sed blandimentis incuriæ capti atque immunitatis, cui à pueris insueuerunt, auctoritatem regiam,rectè,perperam,dignè,indignè factis accommodant, quandò semel omnia amicis permisere. Qui si literas scirent ipsi, gentilésque sceptrórum:nec sacrosancta vtique nomina inuidiæ opponerẽtur, nec tam licenter ob oculos principales cercopũ præstigiæ ludificari pergerent, quarum semper impunitas moribus nostris fuit vel à iurisdictione summa.

Procerum ignorãtia.

Nobilium culpa iacent literę.

ma. Adde quòd Senatus ille selectorum prætorianus & castrensis,interpres principis placitorum, paucissimis sæpe viris, hominibus haud ita multis constat,partim literarum nescíis, partim iuris sui magis quàm publici consultis: vnde visi sunt aliquando turbines ex caligine densa consiliorum oborti,latè spes popularium fortunásque percellere,nequicquam superũm hominúmque fidem populo implorante. Quid?illud quale est, quòd cum omnia pro protestate arbitrentur,cum ita comitiis nostris præsint, vt sine eorum auspiciis pauci renuncientur:non satis eorum quidam habuisse dicuntur,meritos & graues permultos, & secundo rumore commendatos, aut aliquo virtutis specimine cognitos, præterire, nisi etiam capitali conniuentia transmissos,aut ignominia afficere conarentur, aut huiusmodi esse omnino scire se inficiari? Præteriisse dico? Quid si etiam obnũciasse cõstat,quasi latens aliquod vitium obuenisset? siue id simultati datum est, siue vt ii tantùm præficerentur, quos eis commodum fuit. Qui si de cœlo seruassent,vt existimari volunt,pernicíosas sæpe renunciationes disturbare potuissent. Quantam autem indignitatem homines haurire coguntur, cum certo certius sit,nihil sapere principi posse, quod his præguſtatoribus non antè placitum sit & probatum? Quin igitur vrgemus vt confessionem ab inuitis exprimamus? Necesse est enim vt vel linguam palatúmque stupentia se habere fateantur, vel certè amori odióque seruientia, qui insulsos à sapientibus internoscere vel nolint,vel nequeant. tametsi huiusmodi hominum conatum non magis improbum esse quàm irritum puto, si quidem studii ardorem restinguere premendo, aut secundæ famæ splendorem obscurare nituntur. Nam vt palma arbor in pondus attolli dictitatur, sic virtus suppressa, studio maiore erigitur. Opinionem autem non vanis rumusculis collectam, sed claris industriæ documentis emanantẽ,quis inhibere potest? Splendet enim, splendet, solidæ & expressæ virtutis existimatio, etiam relictæ in vmbraculis, aut procul ab ambitu remotæ: vt viceuersa,in quibusdam fulgor adumbratæ virtutis aut sapientiæ, obruitur plena luce, cum illustri magistratu gerendo,tanquam ad radios ipsi solis aut ad fasces admouentur. Equidem (vt ad eos redeam quos interim omiseram) libens ipse suaserim, aut etiam postularim,si qui sunt ex ea secta Philoxeni superstites, qui rerum Gallicarum transactores ideo in Italiam petendos esse duxit, vt nostrates homines rerum actu summoueret, non quòd eorum solertiam præ nostrorum admiraretur: commodis ipsi vt immodicis comiter ornamentisq; perfruantur,quæ nostrarũ rerũ clade quęsita nullus est qui non norit:externosq; ita suauientur si placent, vt Francos nõ despuant. satius enim id esse censeo, q̃ offirmata iniquitate eorũ abrumpere patientiã, qui res tacendas effari stentorea voce possint. Neq; verò negauerim sæpe è re Gallica fuisse, in rebus transalpinis externorũ operam experiri. Quosdam enim adscititios nouimus non modò industrios,sed & exploratæ fidei,qui egregiam & singularem operam & in quietis consiliis & in bellicis rebus nobis nauasse dicun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Sed si in rebus domesticis non modò externo milite, vt iam fieri cœ- F
pit, sed etiam in omni parte Reipublicæ externorum operam adsciscendam censebimus, magis id adeò vt paucorum commodis seruiant, quàm vt publicè prosint: quæ tandem nostrorum erit functio, aut quando suæ tutelæ Francia restituenda dicetur? O tempora! ô mores! Francia quæ olim sibi, aliisque, & summæ rei Christianæ superesse visa est, nunc degener & infans, ne suis quidem rebus satis est vel agendis, vel eloquendis. Rem suapte natura indignam, auctores eius etiam fecerunt atrocem, in- G
digni omnino ipsi qui vel intra verba peccarent, nedum vt viris studiosis omni ope incommodarent, quos suffragio suo (vt scimus) prærogatiuo benignè subleuare debebant. Quòd si homines innocenter industrios testimonio suo fraudasse, viri boni existimatur officio non conuenire: quid causæ est quin magnum in sese dedecus admisisse videantur, qui etiam cupidè fecerunt vt odisse crederentur? Vtinam autem fieri posset, vt cæcæ nostræ querelæ in eos tantum impingerent, qui culpæ auctores ipsi, aut affines esse dicuntur: liberius omnino nobis destomachari liceret: nunc autè vereri subinde mihi succurrit, ne aberrante hominum coniectura, in eos vis doloris incumbat, in quos minimè vellem. Sunt enim in quibus H
ne guttam quidem criminis huius hærere velim, quanquam eorum culpa tolerabilior quàm aliorum esset. Sed & eiusmodi nonnulli feruntur, vt si stomachum rursus mouerint, patientiam omnino tibi imperare non possis. Quo fit vt rem spinosam tractare vix innoxiè queas, & tamen tanta vis est numinis ad stylum manum vrgentis, vt periclitari malis, quàm rumpi degeneri patientia. Næ ego satis admirari nequeo quorundam hominum amentiam, qui in rebus ipsis secundis famæ suæ consulere vel negligunt vel nesciunt. Nos tres viros vidimus, qui ad magnos honores assumpti, cœlum nostrum impleuerunt nominum suorum celebritate: I
quorum duo tum æquales, tum simul in actu summo rerum Francicarum fuerunt. Hos ita inter se iunctos diceres, vt aërem & ætherem. Quicquid enim potentiæ alterutri accedebat, alteri id omnino decessisse videbatur: vt inter illa duo elementa ea est vicissitudo, quicquid alteri deperit, in alterum vt infernè supernéque transeat. Verùm æthereus ille tum summa quæque sibi vendicans, tum ad cœlum hominum voce obseruantiáque elatus, tam proximè etiam olympum euaserat, vt quicquid Iunoni Iupiter inter suauia diceret, latere eum vulgò non putaretur. Quum autem ille alter fastigio fortunæ inferior, libramento tantum suo staret, do- K
ctrina scilicet & industria ac maiestate, summo paribus magistratui: hic vi maiore fati supra omnium aspectū sublimè ferebatur. Qui cum votis tantum non suis Parcarum fusos conuolui existimaret ac confideret, arrectissimas quasq; ceruices submitti sibi volebat. Cum autem ille alter eruditione Varro, animo irrequieto & versatili Porcius, libertate nō obnoxia Cato, superioris magis illius succumberet impotētiæ, quàm animo satis æquo cedere videretur: id ad huius felicitatem fortunæ deesse tandem videri cœ-

pit, vt

A pit, vt ille velut obex è medio tolleretur. Id quod decimo magistratus anno obitu eius fortuito quum euenisset, fatis iam haud dubiè nobis malè cogitantibus: ibi ille Seianus, vt videbatur, gaudio immodico perfusus (quod alacritate futili & gestiente prodebat cum suo comitatu) omnia iam infrà suprà nutu verti suo volens, suffecit statim hominem in locum demortui, quem iamdiu designatum habebat siquid illi contigisset, ex cohorte obseruantium. quo facto cum in omneis sese partes liberè versare institisset (nullum enim Catonem esse superstitem sciebat, cuius supercilium
B suprema sors aulæ vereretur) inde iam apertè domus eius, cupiditatis, ambitionis, obseruantiæ clientelaris diuersorium fuit. Cernere erat omnium ordinum non colluuionem (nam id tolerabile esset) sed quicquid penè in quoque ordine decoris esse videbatur, certatim sese addicentes aut spei alicuius certæ, aut repræsentati præmii auctoramento, aut admissæ noxæ metu, si non assiduè ille cultus contemni videretur: quæ vt minima numero, ita potissima pars erat. Nam qui omnia in potestate habebat quæ tunc erant amplissima, is vnus omnibus sufficere posse meritò credebatur.
Quem autem plus iure ac legibus homines posse non dubiè intelligebant,
C extra eius præsidia agenti, securo vix esse hominū opinione ius erat. Quin cousque inualuit hominum opinio, huius vt impotentia, atque illius obitu, aculei seueritatis, summæ etiam iurisdictioni excussi esse viderentur. Habuit pro cohorte prætoria non modò candidatos principis, sed etiam miniatos, quorum stipatu se maximè vir clarus mirabatur, frementē ipso Ioue Tarpeio hominum sacrosanctorum miniatore, qui sibi eas operas à Briareo exprimi ægerrimè ferebat. id quod cum ipse vidi audiuiq; in Vrbe dictitantem fremebundè, cum apud eum essem. quę res in exitium tandem penè vertit dominicæ familiæ, euentu primordiis congruo. Quis enim ne-
D scit velamenta illa beata non tam cocco imbuta quàm cruore fuisse? O caram semper Francię mercem, & bellorum preciis comparatam. Et sic quoque (si diis placet) nunc licemur, licebimúrque semper natalitia, vt videtur, sceptrorum nostrorum necessitate? Verùm in eo ipsius in reliquóque comitatu literatum nullum hominem agnouisses, nisi siquis erat forte vnus inter externas clientelas. tam procul enim id genus hominum ab eius vestibulo summouebatur, quàm ipse longè aberat ab eruditione iusta & liberali. Et alioquin nullus ei fermè eorum cordi erat, quos ille vi egre-
E gius de medio sublatus fouisse visus erat. Quippe vt ille virtutis & doctrinæ columen, iis fauerat præcipuè, qui aut ceruicem non obnoxiam, aut indolem ingenii præ se ferre videbantur: ita hic interioris aulæ manceps & dictator in comitatu regio, in deliciis nūquam visus est eos habere quos meritorū prærogatiua magis quàm suffragio aulicæ obseruantiæ frētos esse ac commendatos suspicabatur. Etenim cum prostitutæ frōtis homines in fidem ferè libens recipiebat, sicut amare & scortari à lenone sunt qui iucundius esse putant, tum omnia beneficentiæ suæ accepta ferri volebat, vir cætera egregius (ne meritis eum laudibus fraudem) & in primis cōmendabilis animi sublimitate, sordibus auaritiæ, atq; omni obscœna volu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptate maiore, dignusq; qui viam verã intelligeret assequendæ gloriæ, tantiq; F
fastigii sustinendi & perferendi, quod regium penè æquauit arbitriũ: cæterùm soliuagus accipiter (vt est in hominũ prouerbio) nec in prædatu sociabilis, vt qui in rerũ actu collegam ferre non posset. nam qui genesim summam habere se arbitrabatur, nullum non fastigium sibi secundum esse censuit. Hic cum fortunam perpetuo sibi fauore aspirantem multum iam fatigasset, tandem grandioribus inceptis obrutus, quàm quibus par esse posset (& neminem solitarius rerum arbiter, vt dictum est, in consortium admittebat) ipse quoque fato cõcessit: vnus (vt arbitror) omnium quos ætas G
nostra meminit, æstu perpetuo iactatus inusitatæ ante se felicitatis: quare præter omnium ferme opinionem accidit quòd ei fortuna summã manum negauit, fauoriq; colophonem, destituta tot hominum spe, & præsertim cohortis miniatulę iam ad comitia honorum fastigii verticisq; properantis, quæ longius ipsa expectatione hominum prorogata sunt. Tantæ autem potentiæ non vnum aut alterum, sed complureis successores reliquit, ex sinu tamen suo ante mortem productos. Nullus enim adhuc posthumus successor mortuo agnatus est: tametsi eorũ vnus fortunæ se litasse confidens, cuius alumnus erat, velut solus summi rerum arbitrii creuisset H
hæreditatem, tantos repentè spiritus sustuliſſe visus est, vt præter insolentiam in vultu eminentem, ferociam quoq; territãtem loquendo exhalaret. Is in summo magistratu dissimillim⁹ sui factus, vsqueadeo omnia sibi suscipere permisit, & ad extremum tueri quicquid ipse susceperisset fouẽdum, vt dignos indignos, quos sibi morigeros semel expertus esset, in omni parte Reip. præficiendos curarit. moratos verò perinde ac morosos inutiles Reip. existimãs, quàm potuit longissimè in secessus ablegauit. vtrisq; enim iratos superos esse credebat. Videlicet fortunæ indulgentia corruptus, atq; immemor personæ quam gerebat, quod virtuti debebatur, illiberali obse- I
quio dandum esse censuit. Ex quo factum est vt quam existimationem primis & secundis vitę actibus collegerat, eam ipse in vltimo eodémque summo actu totam effudisse videatur. Aliquandiu autem auctoritate grassatus asseclis suis promouendis, quum orbis formam nouam mundo stupente cœpisset architectari, subita manus iniectione vim Parcarum expertus est: vir (vt omnes arbitrantur) summo magistratu dignus, si summum semper magistratum expectauisset, ac nunquam adeptus esset. vsqueadeo in secunda ei sorte consenuisse, & vita perfunctum esse præstabat. Sed qui fortunæ omnia tribueret, vt cuius præsentissimũ numen in rebus humanis esse exi- K
stimabat, ne extremum quidem fortunæ obsequiũ remittendum esse censuit. Hic est ferè eorum exitus qui modum non nouerunt adhibere felicitati. Verũ ille quoq; mortuus est, cum summi honoris conuulsa maiestate, tum verò summæ curiæ lacessita seueritate, seminibus earũ rerũ iactis, quæ insigni nostrarũ rerum clade postea expiatæ sunt: & ea tamen morte felix existimatus. Horum verò omniũ obitus, vt successorum gaudio, ita secũdi & vltimi, risu & cauillis omniũ exceptus est, veluti ludos sibi fortuna nobisq; factitante. Nam primus ille & summus, vita suo tempore non etiam nostro

A nostro excedens, orbam non dubiè rempublicam nostram reliquit & destitutam, alios vix statuas vtrum ex rebus ipsorum prosperis raptos, an potius dedecori impendenti exemptos esse dicas. Tametsi secundus eo nomine desiderium sui non modicum reliquit, quòd eam rerum inclinationem quę secuta est, morari videbatur: etiã si ipsum eius fundamenta primũ iecisse concusso orbe nostro omnes opinabãtur. Sed tamen vtcunq; interat superstitem eum esse. eo enim veluti tibicine fultas res nostras creditũ est, quanuis inclinatas impulsasq;, tamen nõdum sic collapsuras fuisse. Ac-
B cedit quòd grãdiora incepta sic reliquisse videbatur, vt Apelles Venerem, quæ manum non inuenit operis incohati præscriptum exceptura. Verùm, ô fluxam rerum humanarũ memoriã: hic cum totum occidentem nominis sui vel gloria, vel strepitu, vel elatis spiritibus impleuisset, sic anima repente cõcidit exhalata, vt nullius propemodum nunc in ore, ac ne in memoria quidẽ versetur. In quo mihi post hoc regnũ conditum homo maximè falsus esse opinione visus est. Nam qui cedrina familiæ suę stemmata quęsiuisse sperabat & confidebat, ne sui quidem memoriã nisi exilem atq; fugacem reliquit posteritati. Sed scilicet cõmuni principum primorumq; C
Galliæ errore in quærendæ veræ gloriæ curriculo ipse lapsus est. Nam qui beneficentia & suffragatione ingenia literatorum excitare debebat, atq; ad omnia publicè cõmoda honestaq; toto pectore incumbere, vt rerum præclarè gestarum veluti quibusdam gradibus in cælum (id quod exoptabat) hominũ ore ferretur, monumentisq; ęternis scriptorum post mortem conderetur: is vt Aspendius ille citharistes, qui omnia sibi intus ceciniſſe dicitur, in libera penus amplissimæ dispensatione, sibi suisq; prolixissimè frã-
D gens; publicæ opulentiæ dispendio se suosq; augendos esse cum cohorte amicorum asseclarumq; ratus est. Atque etiam (ô stultum hominem) libens fecit, vt ornandis assentatoribus, ac supprimendis viris doctis & grauibus, auctoritatem, & extruendis insanis ac portentosis prætoriis opulentiam vanissimè consumeret, illam quidem (si superis placet) ex donatiuis venialibus exuberantem, vacationibusque diuenditis sacrosanctorum munerum. Eorum non absimilis, qui ex materia carioſa & vermiculante statuas sibi erigentes, prorogare iis sese in æuum, suique memoriam arbitrantur. Sic Bagoarum apud Persas immodica potentia, nihil post obitum eorum præter memoriam solam eunuchorum relinquebat. Deus immortalis, quantum interest inter hominum cogitationes, actus, & instituta! Pri-
E mus ille tot ingenii dotibus instructus, in muneribus obeundis remissus & compositus (nisi si iracunda seueritas vitio ei data est) ita se in magistratu gessit, vt in eius funere summi honoris maiestas, Francicique nominis splendor & claritas, elata fuisse videantur: cuius rei opinionem auxit secuta rerum inclinatio. At contrà secundus incitatus & vibrans, tertius eo amplius præceps, eo maximè nomine memoriam sui rebus Gallicis inusſere, quòd felicitati & gloriæ Frãcicæ funus indixisse existimantur. Hæc est enim omnium opinio, hic sermo, quem fama tumultuosè his annis circuntulit. Cui opinioni etsi iudicium meum non interpono, me

Cedrina stemmata.

Aspẽdius citharistes.

Donatiua venialia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen ipsorum miseret, qui cum essent in loco præcelso conspicuóque F
positi, in sese non inquisiuerunt ipsi, nec obseruari se omnium oculis
tunc meminisse potuerunt. Viri alioquin commendabiles, si ferendo ipsi
oneri maioris fati fuissent. Certè alter eorum, qua erat animi præstantia, er-
rore magis quàm proposito lapsus videri potest. Præclarum enim sibi esse
vir literarum nescius existimauit, cohorte millenaria futilium hominum
stipato vltro per Alpes citroq; commeare, quos partim annuis congiariis à
rationario publico principisq; donare instituerat, partim optimo quoque
præmio virtutis testatissimę sacro profanoq; ornare. Qui si memoriam sui G
perpetuam cupiebat, monumentis vtique præclarè rerum gestarum eam
fulcire debebat & stabilire. Ad eiusmodi autem monumenta condenda ar-
chitectorum manus adhibendas esse intellexisset, nisi planè nescius libera-
lis doctrinę atque elegantis fuisset. Heu vana hominum opinio, qui eorum
sortem suspiciunt vt beatam, qui rerum potiuntur in aula strepitu plausi-
bili, quum nullam aut exilem ipsi sui relinquāt memoriam post vnum aut
alterum quàm moriuntur diem. Ego quidē vel miserabiles esse puto, præ-
sertim quum inclinationes temporum & momenta rerum velut Tantali
saxum capiti principum ac fortunis eorum impendeant. Quin & imperiū H
ipsum quid est quod tantopere admiremur, vt numeris omnibus felicitatis
ac beatæ vitæ coagmentatum, nisi principes ipsi sibi memoriæ posteritatis
inseruiendum esse censeant? quum postridie funeris inter regem verum
perpetuumq;, & diurnū ludicrumq; nihil interesse putem, quales sunt aut
personati reges in theatro, aut qui in peruigilio Epiphaniæ quum regalia
agimus, regnum ad sesquihoram fabæ lusu sortiuntur. Refert igitur non
quantum quisque potentiæ assecutus sit, aut quàm numerosis hominum
cultus sit clientelis: sed quid in vita memorabile gessisse, quos mores, quos
homines fouisse ac promouisse prodatur. Enimuero si & principes & re- I
rum potientes hoc intelligerent, tantum interesse inter vtrunque fungen-
di vel principatus vel honoris institutum, atque si per vitæ agendæ cur-
riculum hos quadrigis albis sublimes, atq; ingenti plausu trāsuectos fuisse,
illos plebeia & humili rheda, nec secundo populo, cursum peregisse dice-
remus: credo, vt est Gallorum animus gloriæ cupidissimus, nihil vtiq; an-
tiquius habituros fuisse, quàm vt bonorum & grauium existimationi ap-
probare se possent, & posteritati in alia atque alia secula ostentare, quę ho-
minum ipsa iudicium nec per sordes facere nec per ambitionem solet. Ec-
quem enim esse vel principem, vel à principe proximū aut secundum pu- K
tamus, qui si germanæ gloriæ speciem intueri ac perspicere posset, eamq;
regni vel potentiæ præmium vnicum in hac vita propositum esse intelli-
geret, in flexu vel ætatis vel inclinationum rerum quoquo modo hæreret,
ac non ad extremam vsque metam sibi semper instaret? Equidem nullum
nec regum esse arbitror, nec in aula præpotentium, duntaxat eorum qui si-
miles sunt animo antedictorum. Age verò si id quoque scirent, rerum ge-
starum præmium solidum perpetuumq; esse non posse, nisi ab iis decretū
constitutumq;, qui dicendi præconio laudes ducum clarissimorum pro-
nunciare

A nunciare didicerunt: num etiam tum Galliam literatis & facūdis fuisse ca-
rituram putamus? Ego certè ita existimo, nostros vt alios quoque nihil nō
assequi posse simul vt cœperint assequi velle: & rerū suarū prędones Fran-
ciā, nō quoslibet, sed etiā Talthybiadas editurā, si modò hoc principes in-
tellexerint, priscorū regū clarissima gesta ideo in obscuro iacere, quòd rite
initiatos eloquentię scriptores non inuenerint ipsi, nec æqualeis, nec poste-
ros. Quū autē per literarū ignorantiā incuriamq; hoc principibus scire vel
B intelligere nō liceat, fit vt quālibet sublimes ipsi & erecti, hoc præstare ne-
queāt, quin à recto cursu felicitatis gloriæq; exorbitent. Etenim cū habenas
ferè ignaris rectoribus cōmittāt, illiq; in temonē peritos admittere rarò in
animum inducant: quî fieri tandem potest vt inoffenso cursu plaudendoq;
ad metam perueniant? Simul illa res alioquin illustres infuscat deformatq;
indignitas, quòd in currum sæpe assumptos huiusmodi videmus, qui si res
rectè atq; ordine procederēt, pedites ipsi quidem ad frenos adambulare de-
berent. Vtinam autem ex eius officina quem superius diximus, vt ex equo
quondam Troiano, primores omnes viri heroicis animis visendi prodiis-
sent. Quidam enim eorum arduos eius spiritus, & liuore auaritiaq; maio-
C res, aliasq; eius virtutes non æmulati, vt est natura humana docilis in sini-
stra, vitium illud eiusdem imitati sunt. Etenim vir ille animi nimius, admi-
ratione summi apicis captus, quum externarum tribuum suffragia immen
sis pollicitationibus liceri instituisset, hirudines illas bellorum ærario nostro
admouisse compertus est, quæ exanguem ipsæ rei Francicæ opulentiā su-
ctu iugi sorptuq; reddiderunt. Olim autem elusus cum peteret vt Cæsaris
candidatus, didicit vti foro, vt tempora tum ferebant. Quam cupiditatem
nulli non notam, vt tamen prætextu aliquo obtegeret vel perlucēte, quum
emissarios emerendis obsequio centuriis ad capita classium dimittere sta-
D tuisset, tum demum externos admirari, & præmiis adscitos prę ferre nostris
omni ope institit. Ex quibus internuncios, & sponsionum sequestres præ-
properè delegit, quosdam ita futileis, vt qui strophis maximè inclaruissent,
eos ipse appositissimos transigendis negociis arbitraretur. Nec nunc fando
audita narramus. Oculis enim hanc indignitatem in Italia & in vrbe hau-
rire nobis cōtigit, cum minimè videre putaremur quod nulli non oculato
patebat: & præterea irridenteis videbam Gallicam simplicitatem homines
peracutos, qui hominum delectum habere nō nossemus tum etiam quum
copia ingeniorum domestica non careremus. Et nos miramur iterum nos
E repulsam verticis honorum sacræq; dictaturæ tulisse? Ex eo iam tempore
motorios omneis actus atq; etiam turbulentos vidimus in theatro ditionis
Francicæ. O beatā futurā te Francia, si intra te tantum felix esse voluisses.
Nam ex quo tempore extra fines auitos prosilire tibi visum est, cum cha-
rissima pignora longissimè amandasti, ad te nunquam reditura, tum velut
abdicatis tuis, alienis sinum pandere destinasti. Quòd si in rem atque existi-
mationem tuam futurū videbatur, vt ad te aut gente aut cognatione po-
tentatus pertineteis omni ope reposceres, idq; quandò nisi Marte disce-
ptante atque arbitro cōsequi nullo modo posses, virium tuarum specimen

Talthybiadæ, posteritas Talthybij præconis Agamemnonis, quorum meminit Herodotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere extra fines oportebat: oportuerit sanè, quandoquidem arduum est F
rebus temperare prosperis: Sed quis te superûm infensus ita præposteram
egit, vt choragis pastophoris pyrrhicham saltare præclarum esse duceres?
videlicet nondum intelligebas nec rei nec famæ tuæ ita rationem habituros, quin quo iure quáque iniuria corollarium illud belli assequi conniterentur, primùm venerandissimum (vt vocãt) & ad extremum beatissimum:
nullisq; cancellis iudiciorum ambitionem perditam coerceri in iis homi-
nibus posse, quos fretos vertice sacrosancto videmus iudices prouocare
digitis argutulis. Verùm ille primore impetu retroactus, quum vi maiore G
rem aggredi statuisset, omnesq; iam tribus aut laturus aut ablaturus videretur (& erat tum Argyraspidum cohorte succinctus, præter alas obequitanteis) ibi tum repéte (ô lubricum gradum felicitatis) à fortuna destitutus, vel
iis potius plagis indutus (vt est mens cæca mortalium) quas ipse texuerat,
anxietati animi par esse non potuit, vt multi opinãtur. deprehésa enim felicitas citò curis grauioribus angentibusq; succubuit, quarum insolens erat.
Hic & alter immatura morte rapti, hoc lucri feciſſe dicuntur, ne actuum
suorũ catastrophen viderét patriæ luctuosam. Vtinam autem eius sequaces,
quorum ad stomachum Gallica non facit oratio, non magis Italiam quàm H
Italos adamarent, aut certè Italicam doctrinam cum Italia: literæ (vt opinor) bonæ ex Italia non modò ad nos venissent, sed etiam propemodum
in Franciam cõmigrassent, & iam Franci homines essent capaces eloquentiæ. Sed quoto cuique vnquam in Francia stipendium datum est duntaxat
non pudendum? Amicos ipse ex Italia habui, à quibus non sine lachrymis
diuulsus sum, quum prouincia paucorum crimine ingrata facessere se dicerent. Neque verò, neque inquam Gallorum ingenia ad literas perdiscendas sunt inepta: sed quia literæ lautiores nihil ad rem ampliãdam patrimo-
niaq; factitanda hodie pertinere noscuntur, elegantiæ suæ frugem homini- I
bus quæstuariis atque ambitiosis approbare nequeunt. Rem autem facere,
quàm res gerere, aut gestas res scribere, maioris multo artificii, magisq; expetendi, apud nos esse creditur. Quò igitur tantopere Italos, si non ad eruditionem Gallorum? At res ipsa clamitare videtur, nõ Italicam doctrinam
ex Italia, sed commoda, sed ornamẽta, sed quod dicere nunc mussito, paucis hominibus quæri, quorum hianti cupiditati fortuna quanuis profusa
satisfacere nequit. Habeant illi sanè sibi omnia, quod absque captione nostra fiat: abstineant modò verborum contumelia, & alium prætextum cõsiliis suis inueniant. Sed quàm præclarè natura, quæ simulationi sedem in K
fronte, sermoni in ore dedit! conspicuo vt in loco diu fallere ne possent. fit
enim perrarò, frons vt ita sermoni subseruiat, aut verba fronti congruant,
quin malè tandem conscia mens quoquo modo prodatur. Scitum etiam
illud aiunt, diu neminem personam ferre posse. Verumenimuero quandò
ad cardinem huius causæ peruenisse me sentio, atq; ad id aperiẽdum quod
in aliud tempus reseruandum esse duxi, vela iam querelæ mihi contrahẽda sunt. Qua de re enim agitur, explicare amplius nõ statui. Ignosci autem
dolori nostro (cui nonnihil datum esse non nego) ab omnibus æquum est,
qui vel

Choragus chori magister, qui & præsul & chorostates dicitur, & choriphæus.
Pastophori sunt insignia sacerdotalia gestantes.
Digitos argutos & crepitãtes præferre solent ij qui despicari se dictitãt.
Argyraspides, argẽteis scutis insignes sunt milites: ij nomine quæstores & præfecti ærarij significari vidẽtur hoc in loco.
Alæ sunt equtes Frãci quib⁹ ille tũ erat comitatus.
Catastrophe, exitus est fabulæ, & rerũ cõuersio.

qui vel patriæ iusta charitate ducuntur, vel quos omnino non pœnitet A
quantum in literis discendo profecerint, vel certè qui ingeniosos liberos
sperant sese genuisse, olimq; gentem illustraturos. Egóne vt patrię, quæ me
genuit, quæ me aluit, quæ me vtcunque docuit, denique cui obsides liberos dedi, ignominia affectæ, non condolescerẽ? non iis natalibus ortus sum.
Calumniam passæ, non patrocinium qualecunque præstarem? haud ita ad
hęc studia incubuisse visus sum. Immo verò quum in patria literas didicerim, non actione populari potissimùm experirer an vsui patriæ & ciuibus
esse possem? Ecquę autem tandem popularior esse potest actio, quàm quæ B
suum populi ius tuetur? quæ ignominiam popularem singulorumq; propulsat? Equidé sic contendo: qui ingenuis ipse parentibus natus sit, auumq;
ac proauum ciere non ignobilissimos possit, nec se in seruitutem aliquando abduci à plagiariis hominibus passus sit, vt inter venalitios in catasta illiberalis obseruantiæ seruili precio indicaretur, idemq; iis ornamentis quæ
nec virtute nec ingenio, sed potentibus in aula supparasitando quæruntur,
literarum studium antiquius duxerit, si nec aduersa Minerua hoc se facere
confidat, dicendíque stipendia non grauetur implere: illustrandi quoquo C
modo nominis sui ius ei esse debere, si quid ipse fortasse in medium comminisci & prosequi stylo possit: neque ea spe illum prohiberi citra iniuriã
posse. Hoc ius sit sanè Italorum ciuile aut proprium, modò nobis eo velut
trãslatitio liceat vti: quanquam reliquæ ferè gentes melius de se meritæ, id
ius non magis Italicum esse quàm prouinciale contendunt. At Italorum
extant opera quæ priscam literarum elegantiam instauraſſe nobis ac retuliſſe iure creduntur. Quid tum? num per eos qui iam scripserunt, consumptum omne argumentum ostentandi ingenii putamus? aut num Itali quia primi hoc certamen instituerunt, ideo solis eis gloriam hanc sperare D
iure occupationis licet? Ego verò quod ad hoc pertinet, sic propemodum
censeo, Italos hactenus meruisse vt iure (vt ita dicam) suo, literis lautioribus
studere videantur. neque inuitus fecerim vt Italiæ alumnis velut maiorum
gentium scriptoribus sedendi in Orchestra huius theatri ius tribuam: sed
quis iam omni gradu atque in quintam classem deiectos aut summotos
Gallos esse patiatur? aut quisnam est eorum qui edicto quidem ignauioris
metus non prohibeantur postulare, quiq; iniuriarum possint reos vel in tyrocinio quoquo modo insimulare, qui libens hoc committat, vt ad se delatam certis auctoribus contumeliam, transmittens silentio, socordi etiam
animo remisisse videatur? tametsi quod ad me pertinet, absit vt quenquam E
ea de re reum deferre velim aut postulare, eorum quidem quos aliis nominibus & veneror & probo, si tamen secum agi ciuili animo pati sibi persuaserint. Nec nunc eos mihi videor postulare, sed insignem iniuriã apud
eos ipsos expostulare: si quidem audire ipsis vacat, & exaudire nos possunt.
Verùm esto (quod tamen pace dictum aliarum prouinciarum velim) Itali
hominum soli hactenus hoc nomine in cœlo esse dicuntur aliarum gentium opinione, hoc est enim Italos hodie omniũ ore celebrari: sed si Herculem & Liberum & Castores in cœlum ingentia merita subuexisse tra-

Experiri actione est rem cõtrouersam in iudicium deducere. Hic autem ancipitẽ significationẽ habet. Catasta obseruãtię illiberalis, aulica est obseruãtia eorum qui se rerũ potientibus venditant.
Indicare est venditantis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duntur,cur non possint olim & alii scribendi industria parem & similem F
Italis laudem mereri,atque adeò ius ipsum sperare Quiritium? Neq; enim
maiorum illi dii gentium,quos etiam selectos antiqui vocauere,cõscriptos
illos deos meritorum suffragiis in cœlum admisere: Itali in doctorum or-
dinem laudemq; adoptare grauabuntur, qui ingenii aut doctrinæ cõmen-
datione videbuntur inclaruisse. Sed etiam mediusfidius etiamq; vereor ne
ineptire videar,qui tanquã ad palum magno sudore depugnem. Quis enim
aut Italus aut alius quenquam vnquã aut Gallum,aut alium ex iure manu
consertum vocauit ob id quòd hanc spem laudis vsurpasse diceretur,quasi G
in alienam possessionem temerarius inuasisset? Nostrum est hoc crimen,
qui etiam nullo vindicante,ius omnibus commune, Francis abiudicamus.
etenim externis quàm nostris iustioribus vtimur, quos tamen vt iudices
iniquos,ita minimè infestos aduersarios in re ipsa disceptanda experiemur,
vt spero. Nam quibus ingenia nostra probare nõ possumus,si in certamen
dicendi veniretur, ii ne velitari quidem & lacessere pugnam Latino more,
nedum pugnare iusto marte possent ac certamine: nisi si eorum fortasse
quispiam hastas(vt dicitur)amentatas à comitatu suo mutuaretur.quo mi-
nus nobis anxiè hæc causa agenda fuit. Apud hos enim si quid vel scitum H
dixeris vel non insulsum,stupida id aure vt fatuum deuorant & transmit-
tunt. Enimuero hæc actio etsi ita mihi competit quasi caput & fortunas
meas,vt & omnium Gallorum,in ea agi putem: tamen ita occupaui, non
vt cupidè anteuerterim, sed ita res nata tulit, primæ vt essent meæ partes,
non etiam vt posthac amplissimæ futuræ. Erat & alioquin si cuiusquam,
certè meum,in hanc causam quoquo modo descendere, qui in his studiis
bonam partem ætatis iam contriuissem,nullius spe aucupii lucriq; prouo-
catus. Proinde ita existimari ab omnibus velim, tantum non integrã à me
causam relictam esse successoribus, vt ne libatu quidem magnopere præ- I
florata videatur. Nam neque mihi ipsi ita præscribi potest, quasi omnem
aquam meam dicendo consumpserim,vt si reos eosdem, aut alios repetere
olim in mentem ipsi venerit, non multæ iterum horæ indulgeri mihi de-
beant. Cum enim sic agendum duxi,ne rei cardinem attingerem,tum verò
sic temperandum,ne iugulum causæ quoquo modo peterem. nam quos &
merita & fasces alioquin reuerendos faciunt,eorum tartam(vt aiunt)& te-
ctam esse existimationem decebat. Tametsi quî fieri potest vt styli modum
teneas,qui etiam hominum patientia iritati, nihil sibi videntur reliqui fe-
cisse(in hac re quidem)quo nocentiores fiant? Quotus autem quisque fa- K
ceret,vt à quibus alioquin læsus,publico etiã nomine iniuria affectus esset,
nec se hilum profecisse modestia ac silẽtio intellexisset, ab iis gratiam inire
turpi patientia cuperet? atque iniuriam propulsare quum posset, cõmodis
ipse suis potius quàm existimationi patriæ consulendũ esse duceret? Equi-
dem ipse eousque Aristippeus esse non possim. Proinde vt sit penes eos ar-
bitrium quo quisque in numero in Francia esse debeat: malim tamen
non nescios literarum oderint quàm despiciant. Quid enim agas vbi tute
aquam fluere tibi noris,& aut crimen agnoscere, aut respondere cogaris?

Atque

A Atque equidem propè est vt dicam tanti esse in Gyarum ablegari, aut in
Seryphum,dum aculeo dimisso libertas intereat. Qui si indignatione iusta
orationis meæ vela implere voluissem:rerum dicẽdarum copia facundum
me fortasse vt quemlibet,indignitas etiam reddere vehementem potuisset.
Quin & libertatis fines bono & populari principe tam latè patère quàm
veritatis puto:intra quos tanquam intra liberius præscriptum expatiari li-
cebat, nisi reorum magis quàm rei rationem mihi habendam esse memi-
nissem. Nec verò fortuna quamlibet improba tanta se flagrare inuidia diu-
B tius sustinebit,tantã vt in magnis viris iniquitatem fauore immodico pro-
sequi non desinat, si illi in posterum incommodi ac molesti esse pergant.
Aderit enim aderit votis euocata Nemesis: cui animaduersionem eorum Nemesis
antiqui consecrantes, qui rebus secundis insolescunt, Adrastian cogno- Adrastia.
mento quasi ineuitabilem vocauerunt. Interim nos æquitate animi fretos,
suaui secundarum rerum aduersarumq; condimento deuoratas omneis in-
dignitates concoquere oportebit, nec à laudabili vitæ instituto hominum
iniquitate aut temporũ absistere. Huiusmodi enim stomacho eos esse con-
uenit,qui ad literarum studia amore sapientiæ, non quæstus gratia incu-
C buisse se dicunt. Quippe huius vitę in seipso versatur institutum:nec aliud
extra se inuitamentum maius habere potest, quod quidem ab hominibus
pendeat,aut à fortuna. Is quidẽ certè studiosi nomine indignus est, qui sese
frui in studio non arbitratur optabilius esse,quàm se in ius ditionemq; for-
tunæ atque istorum per ambitum permittere. Proinde hæc & huiuscemo-
di non Catonis animo(vt aiunt)sed Ciceronis stomacho ferenda sunt. Ita
autem mihi superos omneis propitios esse velim(nulla enim religione ma-
iore adstringere fidem meam possum)vt rerum indignitate, non cuiusquã
odio incensus,hactenus stylo indulsi. Quare in primis eam mentem poren
D tibus atque auctoritate preditis dari opto, vt in vniuersum prodesse velint,
ac singulis non obesse. Nihil enim nec generosius velle nec innocẽtius pos
sunt. Sin(quod absit)id fieri nequit, id nobis diuinitus dari, vt aut ne pos-
sint studiis nostris incommodare,aut certè incommodando ne possint nos
ab æquanimitatis gradu quoquo modo deturbare, in quo hactenus secu-
ritate felices acquieuimus. Erit tamen aliquando (interim enim ariolari iu-
uat)principum prouidentiæ,cauere,ne eorum nomina factiosè supprimã-
tur,qui publicè aut honorifici aut vtiles esse possunt: & prudentiæ, videre,
fiquę familiæ ciuile fastigium præpetes excesserint, vt in classes, circuncisis
E (vt dicunt)alis, in ordinesq; redigantur. Nunc perorationis loco ingenia
Gallorum qualia sint,antiquitatis auctoritate docebimus, solertis æstima-
tricis ingeniorum gentium:ne Gallomastiges Franci nimium posthac sibi
placeant,quasi soli inter nescios iudicio præditi. Quo citius autem hoc do
cumento perfungar,vnum tantum eius rei auctorem laudabo, nec Italum
ipsum,nec Gallum,& classicum alioqui testem, ne à quoquam refelli tan-
tum elogium possit. is erit potissimũ Strabo,genere Cappadox,eruditione Strabo.
Grẽcus,iudicio priscus,cõuersatione incolatuq; Romanus,terrarũ multa-
rũ peragrator,vt ex geographia eius patet:in cuius lib.iiii.de Gallis loquẽs

Gallorum elogium.

ita inquit, ἡ δὲ σύμπασα φῦλον ὃ νῦν γαλλικὸν καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρεμάχαιόν ἐστι καὶ θυμικόν, καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἄλλοτε ἀπλοῦν καὶ ὁ κανόνιος. Διὰ ταῦτ' ἰρεθιστόν τε μὲν, ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀντῶντας, καὶ φανερὸς, κ' ὁ μὲν σκέψεως. Vniuersa autem (inquit) natio eorũ hominũ qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis studio flagrãs, animo est strenuo & celeri ad cõferenda prælia: alioqui mẽte cãdida & simplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque iniuria lacessiti, conferti coëunt in certamina, apertè, nulloq; periculi adeundi respectu. eam ob rem tractabiles se præbent primo cuiq; stratagemate vincere eos volenti. Idem inferius, πολὺ βίας καὶ τόλμης ἐστὶν ἔχοντες & συναπονιζόμενοι. παραπαίσιοι δὲ θυμοειδῶς εἰσὶ πρὸς τὸ χρήσιμον. ὥστε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι καὶ λόγων. Præter vim & præsentiã animi nihil ad certamina adhibentes. Quòd si quid temere susceperint, facilè vtilitati cedunt. ob quod & doctrinæ institutionem, & literarum studia capessunt. Et rursus de gymnasio Massilienſi, οἱ δὲ ἔξω παρόντι κ' τὸν γνωμοτάτους ἑωμαίων ἀντὶ τ' ἀς ἐθνῶν ἀπεδημίας ἐκάσε φοιτᾶν φιλομαθᾶς ὄντας. ὁρῶντες δὲ τότε οἱ γαλάται, καὶ ἄμα ἀρήνιν ἄγοντες, πολὺ σχολὴν ἄγοντες μᾶλλον πρὸς τοὺς ζώστους διατρίβοντες βίους, ὁ κατ' ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. σοφιστὰς τοῦ ἀποδέχονται, τοὺς μὲν ἴδια, τοὺς δὲ πόλις κοινῇ μεθύμενοι, καθάπερ καὶ ἰατρούς. Hæc autem Massilienſium institutio, Romanorum hodie nobilissimum quẽq; pellexit adeò, vt pro peregrinatione quam studiorum causa Athenas pridem suscipiebant disciplinarum cupidi, nunc illuc se conferant. quorum æmulatio Gallos quoque excitauit, vt pace per Galliam composita, ipsi ocium à rebus bellicis amplectẽtes, ad discendi institutum animum appellerent, non viritim modo, sed etiam vniuersim per vrbes: quippe qui dicendi magistros (quos Sophistas appellant) priuato publicóque impendio oppidatim suscipiant, salarium illis statuentes perinde ac medicis. Nec literas Gallis Strabo, nec animum studiis liberalibus aptum promptumq; negat, etiam si eis ad prælia animos gestientes tribuat. Quanto igitur nostri maligniores, qui Francos præcipuam Gallorum partem in orbem barbariæ redigentes, studiosorum industriæ summissim obtrectant? fidẽ apud vulgus comitatus regii facientes, quod ne nomina quidem disciplinarum vnquã suspicari potuit. Quòd si olim Galli literis apti fuerunt, quæ tandem inuidia est, nũc quoque in Gallia literarum bonarum studium cum successu excitari, si quidem publicè nunc honos facundię vt quondam habeatur? Nisi verò Strabonis ætate, quo tempore hominẽ deus induit, fieri id potuit, Gallis adhuc semiferis: id nunc non poterit, quo tempore gens nulla moribus aut manſuetioribus aut elegãtioribus viuit. Quibus si ipsis disciplinarum expolitio, & naturæ præstantis cõdimentum adderetur, vndiq; certè & lauti Franci & perpoliti fuissent. Ex illo autem prisco Galliarum instituto emanauit illud Satyrici poetæ,

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Galli olim facundiæ studiosi.

Notum est etiam certamen græcæ latinæq; facundiæ Lugduni olim institutum ad aram diuo Augusto consecratam: ad quam idem Satyricus alludens in prima Satyra inquit,

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Proinde nunc quum totus Graias Latiasq; habet orbis Athenas, digna tantum

A tum merces artibus statuatur, & spondebo non modò oratoriam & poeticam in Galliam, sed etiam Gallogræciam postliminio redituram, & istos futuros ridiculos, qui nullum exemplum esse contendunt hominis Franci in literis latinis priscisq; eruditi. Qui siquando quis existat vtraque lingua se scire profitens, Anacharsin (vt opinor) in Scythia esse dicent, aut etiam prodigiosum, indictisque supplicationibus procurandum & expiandum. Hos vix statuas vtrum ignorantiæ damnes, an potius temeritatis, qui se nobis Aristarchos tam fidenter ingerãt. Quis enim præter eos ignorat linguæ
B olim Græcæ studium tam solenne in Gallia fuisse, quàm nunc est linguæ latinæ? Cuius rei iterum eundem auctorem citabimus, his verbis de Massilia scribẽtem, καὶ φιλέλληνας παρασκευάζει τοὺς γαλάτας, ὥστε κ' τὰ συμβόλαια ἑλλησὶ γράφειν. Eadem vrbs Massilia Gallos linguæ græcæ studiosos fecit, & eousque amantes, vt contractus & conuenta apud eos Græco sermone concipiantur. Hæc Strabo auctor grauissimus de maioribus nostris scripsit. Quòd igitur nec eloquentia nec studia elegantiora atque humaniora in Gallia hactenus celebrata magnopere fuerunt: nec cœlo imputari clementissimo, nec naturæ omnino Gallicæ eidemq; humanissimæ debet, sed quorundam ho
C minum rusticitati, aut potius iniquitati, qui primos ordines in rerum nostrarum administratione duxerunt: eorumq; qui hoc dicunt, ignorantiæ, vel (vt Græci appellant) apirocaliæ, quod vitium est eorum qui nec bona sua nouerunt, nec eorum vsu acquiescunt qui seriis in rebus operam bonã ac strenuam nauare didicerunt. Neque verò quo nomine appellem, nunc habeo, quibus nihil non accersitum placet: nisi si mirari non debemus iis omnia vernacula sordere, quos Transalpina commercia nimium iuuare fama est, nec iuuare tantum, sed etiam adiuuare. Habet nimirum quippiam externorum admiratio, quod nec frõte promi videtur, nec ore ab istis laudando fascinantibus: quod vtinam in rem tandem nostram atq; existimationem exeat. Cæterùm illi mihi vehementer falli videntur opinione, qui cordatos viros in Gallia ideo desiderari putãt, quòd innata in arma alacritas, parum prudentiæ in consiliis agitandis habeat. Hoc quum vulgò nostrates homines dicunt, euenta rerum considerantes, tum dogma iam esse cœpit ab eadem secta cum superiore constitutum. vtrũq; enim adstruere maximè refert eorum. Quasi verò natura dissidium inter cor & manus ingenerarit. Ego verò in vtranque partem vires animorum valere puto, quũ rectè animi ipsi formantur doctrina & institutis, & præsertim in iis gentiE bus, quæ naturæ plena dote præditæ, & corpora & mentes ad omnia versatiles habent: cuius rei quum Gallis Strabo testimonium præber, tum vsus ipse docet. Argumentum huius rei validissimum afferre possem ex Græcorum Romanorúmque imperio. nam & Macedones inter Græcos adnumero. Vtrunque autem imperiũ non minus animis excolendis, quàm corporibus exercendis quæsitum est, & retentum. quippe idem numen Palladis & Mineruæ, & Martios animos loricatis pectoribus, & togatis præcordiis aut palliatis vim iudicandi censendiq; inspirare creditum est: neque id quidem modò, sed etiam studiosis vim illam numerosa solutáque oratio-

Philhellenes Galli, id est linguæ græcæ cupidi.

Apirocaliæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Enthusiasmos.

ne dicendi. Quare antiqui Enthusiasmum appellauerunt vim dicendi scribendiq; diuinitus inferuefactam. Eodé id pertinet quod à Catullo & Virgilio dictum est, ciuitatũ arces Palladi esse sacratas. Vrbes enim prisci tam prudentia & literarum scientia,quàm robore & fortitudine capi retinerique, hoc figmento significare voluerũt. Aegyptii verò in iis quæ Hieroglyphica apud eos dicebantur (id est sacra quædam monumenta, non literis vocabula, sed scalptis rerum animaliumq; figuris significãtia) Mineruam hemisphærio cœli superiore, Iunonem inferiore intellexisse dicũtur. Macrobius etiam auctor est priscos summam ætheris partem, quam ætherem dicimus,Mineruã appellasse, ex qua mundi parte solari virtute homini prudentia ingenerari putatur:propter quod Palladé Iouis capite editam poëtę fabulati sunt. Ex quo intelligimus prudentiã & sapientiam veluti iure suo cæteris vel rebus vel hominibus eminere. Quî igitur fieri potest,vt ampla imperia, quæ supra modum vlnarum inimicis nos complecti videmur, manibúsque non consertis, quæri & retineri sine prudentia possint? Prudentia porrò(vt Græci dicunt) est ἀκρίβεια νῦ, mentis consummatio, seu mentis exacta constitutio. Aristoteles,ἡ μὲν γὰρ σοφία ὅλη περὶ τὰ μὴ ἀποδείξεως, ἡ δὲ ἀεὶ ὡσαύτως ὄντα. ἡ δὲ φρόνησις ἡ περὶ ταῦτα,ἀλλὰ περὶ τὰ οὐ μεταβολῇ ὄντα. Sapiẽtia,inquit,versatur in iis quæ demonstratione constant, & semper eodem statu manent:prudentia non item, sed in iis quæ vicissitudinem admittunt. Et rursus,ἔτι δὲ χείρων φρόνησις τῆ σοφίας. περὶ χείρω γὰρ ὅλην. ἡ μὲν σοφία περὶ τὸ ἄϊδιον καὶ θεῖον, ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὸ συμφέρον ἀνθρώπῳ. Sapientia autem(inquit) præstãtior est prudentia,vtpote quæ circa æterna diuinaq; versetur: quum prudentia circa deteriora occupata sit, scilicet circa ea contemplanda quæ homini commoda sunt. Et rursus,αἱ γὰρ ἀρεταὶ παῦσι πρακτικαί εἰσιν, ἡ δὲ φρόνησις ὥσπερ ἀρχιτέκτων αὐτῶν ὄϛιν. ὅπως γὰρ ἄντη προσέϛει, ὅπως αἱ ἀρεταὶ καὶ οἱ κατ' αὐτὰς πράξουσιν. Cum autem virtutes omnes sint administratiuæ,prudentia illis architecti vicẽ præbet. nam quo modo illa agendum iussit,sic ipsæ administrant,& qui secundum eas agunt. Ex dictis satis liquet sapientiam & prudentiã cognatas esse virtutes,prudentiámque aliarum virtutum moderamen tenere. Quo fit vt omnia nobis tollant,qui ciuilium disciplinarum scientiam nobis cum iudicio vtilitatis negant. Hoc est enim tollere sapiẽtiam & prudentiam, quas ciuitatum conditores vno nomine complexi sunt eloquẽtiæ. Nisi verò nobiscum eos agere benignè ob id putemus,quòd velut vecordi Galliæ strenuam manum gestientémque cum gladio relinquant. Quid enim est aliud Gallos ad prælia promptos dictitare, bellis autem gerendis aut opportunè suscipiendis consilium ipsis non suppetere? Quod ipsum quid est aliud q̃ hominem(vt dicitur)ex homine tollere? Nonne si animæ principem partẽ à corpore humano sustuleris:quæ remanebunt, communia cum simiis nobis erunt? Equidem vt heroum olim gesta memorabilia non sine Theseo facta fuisse dicuntur,id etiam apud Græcos prouerbio attestãte:ita sine sapientia & literarum peritia contendere & asserere non dubitauerim nullos vnquam populos rerum potitos esse. Siquidem nec Assyrii Chaldæis, nec Persæ Magis, nec Macedones literis Græcis, nec Alexander Aristotele præceptore

Arces ciuitatum Palladi sacræ.

Hieroglyphica.

Minerua Pallas cur fingatur cerebro Iouis nata.

Sapientia.

Prudentia.

Memorabilis locus.

Alexãder

præceptore,caruisse memorantur:qui etiã ipse Homero quasi puluino indormire gaudebat,capiteq; incumbere eius poesi: eiusdémque Iliadem gloriæ armis assequendæ instrumentum esse dictitabat,& viaticum. Eant igitur illi quouis gentium,nec patriæ sese posthac imputent,qui humanarum rerum intelligentiam,earumq; dicendo explicationem, regno Franciæ explodunt,vltra Alpes & Pyrenen proteruè summouentes,tanquã ferre cœlum nostrum eximiæ illæ dotes humanæ mentis nequeant, sacrarum literarum tantum studio iurisq; accommodatum. vtrunque enim studium nobis homines benigni religiosiq; largiuntur. Atqui si verum fateri licet, huiusmodi elogia Gallorum, paucorum hominũ crimine inualuerunt, quorum maximè interfuit pauca consultò ac ciuiliter agi,quibus vt quidq; visum est ipsis,ita pro disceptato,consulto, decreto atq; etiam transacto habitum est plerunq;. Est autem artis aulicæ inuentum,in iis quæ paucis placita sunt,imperiosa placita principũ adumbrare. Ita fit vt quæ priuatim paucis conducunt, ea regni totius ceruicibus capitali licentia iniungantur, vt ne gemere quidẽ populo oneri succumbenti liceat. Hoc cum nunc omnes & sciant,& obscurè non ferant(mos enim iam noster & nostris & exteris innotescit)ridiculum est quòd acuti quidã homines fucum se facere perinde ordinibus vt plebi arbitrantur. Ego autẽ sic contendo,si acreis rerum consultos decretis aulicis faciendis adhiberi moris fuisset, & quidem bona fide adhiberi,nõ vt arbitri tantum oculati & spectatores essent rerum prę-iudicio sanctiore transactarum (id enim iamdiu translatitium esse constat) haud dubiè nõ magnopere cõsilio peregrino accersitoq; egeremus. Quod genus nonnulli homines graues festiuè amplecti feruntur,rei magis suæ(vt dicitur)quàm publicæ prouidentes. quod tamen ipsa viderit prouidentia. nunc enim earum rerum iudicium libens sustinuerim. Quanto verò deteriores priscis Gallis nunc sumus, quorum tantum fuisse studium audiendi attentè quicquid in medium cõsuleretur,auctor est idem Strabo, vt si quis censente alio committeret vt interfari vel aliter obturbare videretur, viator illico magistratus, minitabundus ense stricto in eum insurgeret? ἴδιον δὲ καὶ τοῖς σωφρόσιοις συμβαῖνον. ἂν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέγοντα καὶ ὑποκρούσῃ, πᾶσιν ὁ ὑπηρέτης ἐπισπεύδει τὸ ξίφος κελεύει σιγᾶν μετ' ἀπειλῆς. Sed tunc apud Gallos in medium cõsilia agitabantur,sicut & non ita pridem homines consulti censere in consessu liberè iubebantur:nunc mos inoleuisse fertur ita publica scita faciendi,vt in potentiorum sententiam omnes pedibus eant. Consilii(vt fertur) est vna mens,& eadem sententia:tanta est inter homines concordia & charitas, quandò in collegium nemo assumitur nisi à collegis adoptatus, in verbaq; collegarũ adactus,vel salutator ferentarius(vt vtar nunc verbo comico)vel vi fati cuiusdam mirifici admissus. Hoc siue verum fortasse,siue (quod malim videri)mendacio permixtum est,indignum certè est,quòd famam id circunferentem vltra Alpes & Pyrenen, compescere negligimus. id enim referre rerum nostrarum puto. Sedenim illud(vt aiunt) miro præconio dignum,omniq; memoria prædicandum,quòd paludatos duces vidimus rerum bellicarum callentissimos imperia à togatis accipere coactos,

Magnus Homeri studiosus.

Memorabilia Gallorum priscorum cõsilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui nunquam castra antè vidissent. Togatis dico? quid si etiam ab insulatis? adeo Martios omnes spiritus homines Franci gerimus. Euge memorabile exemplum, & insignem in omne æuum memoriam huius seculi factu rum. sed infensum Martis numẽ (vt exitu tandem patuit) præposterum ordinem rerum auersatum est, & tantam indignitatem secutæ euestigio clades expiauerunt. Ecquonã vnquam tempore post viuorum memoriã congruentius rerum euenta cœptis respondere visa sunt? Vt enim nil non prę posterè gestum est, ita nihil non exitum dirum habuit: vnde æterna nota (quod refero mœrens) patrię est inusta: satis certè, non nostris moribus imputanda: vt intemperiis actos tum fuisse nos putẽ, qui nec ius nec fas respiceremus, diraſq; imprecanteis oppressos obaudiremus. Eorum fortasse vicem dolere nos debemus, siqui sunt qui in communi crimine insontes, alie na inuidia vel flagrarint, vel afflati sint. Sunt enim & mortui & superstites quos variè fama premit eodem in reatu, ad posteros etiam non dubiè trãsitura. Quo magis mirum esse potest, quòd omnes nunc vultus nostri velut sordibus excussis ferocem etiam præferunt securitatem: nec de ore famæ componendo laborare quoquo modo videmur. Verùm hoc tempus mittamus, quod Tragicos penè euentus omneis habuit, & humana fortasse maiores prouidentia: quod vtinam ipsum eximi hominum memoriæ posset, ne tragœdias excitare libẽs rebus iam lætioribus videar. Quod enim bene cœptum est agi, spero deum approbaturum. Quo fit vt hilarius etiam nunc velut in portu naufragium commemorem, vt naufragi rasi ac pileati solent, præterito facti periculo loquaciores. Vtinam igitur fatalibus minis semel defuncti simus, nec versurã fecerimus (quod ominari nolim) mutato creditore. Qua in re si spes non fefellerit, & bene omnia eueniant, nullas mortalium partes consiliúque nostri omnino fuisse credam, sed omnia prouidentiæ supernæ accepta referenda censebo, quæ priuata (vt arbitror) pietate, non publica exorata, luxatam rerum nostrarum summam, molli (vt aiunt) & facili articulo nec opinantibus nostris reposuit in sedem. quip pe admoto tempestiui laxamenti fomento, tantisper vtrisque partibus respirare, quietisque consiliis animum intendere appelleréque licuit: tametsi nonnulli sunt qui obnixè & refractariè contendunt res Francicas non pos se in eodem cardine versari gloriæ atque felicitatis, si iisdem manibus vsura sit resurgens, quibus è gradu deiecta esse dictitatur. Quod si omnibus itidem persuasum esset, adiurandos per charissima pignora quosdam esse dixissem, vt paulisper istinc facessentes, validiores manus, ne dicam tersiores, habenas rerum tenere paterentur: præsertim quum quorundam aut ætas aut ratio vitæ receptui canere iamdiu videatur. Sed si eodem capite (vt speramus) iisdémque manibus dominus in gradum nos reponat: erit omnino cur diuinum beneficium grandius existimare possimus. Quare in eam spem sigillatim concipere vota debemus, quandoquidẽ ea publicè nuncupare non solemus: & fortasse præstat (quod aiebat Augustus) contentos esse hoc Catone, quandoquidem spes iam hilarior affulsit diuina benignitate. tanta est enim contagio in illo cercopum conuenticulo,

Sordes reorũ hic intelligi puto.

Contentissimus hoc Catone. i.

A uenticulo, vix vt inuenias qui fidem bonam illuc adoptatus agnoscat. alios confestim eosdem esse credas: ita sui dissimiles fiunt homines triduo versipelles: & quasi ad fluuium Lethen biberint, pristinæ suæ sortis omnino obliuiscuntur, immò verò humanitatis ipsius atque mortalitatis: hominum verò veneficorum atque fascinatorum conciliabulum dirum auersandúmque: vsqueadeo sensus omneis humanos afficere aulica illa delenimenta cernuntur, quasi venena Circeia atque magica, partim vt honestatis & officii, partim vt actus omnis liberalis obliti esse videantur. Quotus B enim quisque eorum qui in adytum semel illud beatum ascenderit, ad familiaris postea & ciuilis amicitiæ officia, aut omnino ad æqui boniq; intelligentiam descendit, priusquam præceps ruit, aut inde depulsus est? Tum demum autem placidos eos videas & mansuetos, vitam execranteis aulicã, seq; ipsos deuoueteis inferis, si vnquam impostrici pellaciq; remoræ crediderint, perditeq; tenaci, cuius olim visendæ cupido ignaris incesserat. videlicet quasi ab aula sibi exilium conscisscere præoptarint, quàm in ea con- C senescere morum atq; animorum certissima internecione, quum sciamus neminem adhuc eorũ quibus in eam nassam ambitionis penitus insinuasse contigit, ad quietem municipalem ciuiliáque instituta nisi retrogradum atque itidem restitantem reuertisse. Vnde ioci basilicani, vnde circulares conuiuialesq; in oppidis excitantur fabulæ: quum ii quos excuriatos vocant, velut ciuitate donati inter municipes cœpere profiteri. hos cernere est aulæ relictę desiderio vultuosos, animosq; conspicuè despondenteis, vt qui tabifico dolore ægrescentes, ad extremam maciem lenta tabe desiderii pereareſcant. Vtinam igitur ii magistratus qui rebus iam accisis in id tempus pertracti sunt, quo pacificatoriæ legationis & pronubæ mentio auspice (vt spero) prouidentia excita- D credendum est, qui omnia in vnum congruentia tempus appositè temperarunt) vtinam inquam iis magistratibus instinctu quoq; diuino veniat in mentem, nunc nobis omnia esse prona, si ad pristinam concupimus & contendimus reuolui felicitatẽ. hoc modo meminerint futuris benefactis prę terita errata esse obliteranda, vt velut in Telephio vulnere fabulantur, sic in nostrarum rerum clade eadem manus vulnifica medicaq; commemoretur fuisse. Sic enim per me licebit eis coronam quoque gramineã sperare: quo nullum honorificentius præmium esse potest. Est in antiquorum prouerbio, serò Phryges sapere. nos igitur ab iis (vt fertur) oriundi, serò saltem re- E sipiscamus. Sed per deum superosq; omneis inter cæsa (vt solemus) & porrecta, alias res agere aut nugari desinamus. Quisnam autem nostrum nouit an diuinæ satis misericordiæ iis cladibus litatum sit? At nos rei voti tanti pariter & damnati existimatione nostra sumus, nec exoluere animos religione in præteritum magnopere laboramus. Tum hoc Gallicum semper fuit eritque, accinctos statim vt discinctos gloriari, vt est in prouerbio consecrato. Hic me interdũ meticulus securũ esse nõ sinit, vt qui sciã ex propugnatoribus prima quaq; occasione oppugnatores futuros. Verũenimuero ne odiosus esse videar religione nimia & ominosa, præsertim quum

hac forma Reipubliçę administrandæ, & hoc rerum statu, ne in deteriorẽ incidam°, si noui homines succedant.

Adytũ, primã in aula auctoritatem intelligit, ad quã paucis accedere cõtingit.

Aula impostrix pellacissima, morũ animorumq; internecio.

Pronuba legatio in Britãniam missa est ob connubium Ludouici Regis cum sorore Regis Angliæ.

Suspicari aliquid incommodũ videtur ex aulæ innouatione.

Alias res agere, est curã omnẽ deponere eius rei q̃ instar, nec animũ aduertere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augurat̃ tertiam in Italiam expeditionem.

maioribus auſpiciis(vt fama eſt) & luſtratiore exercitu res geſturi poſthac F
ſimus,tandem ad inſtitutum cum ſpe noua reuertar. Iuuenalis Satyra.iiii.

- Mullum ſex milibus emit
Aequantem ſanè paribus ſeſtertia libris.

id eſt(inquit Merula)pendentem libras ſex pro numero ſeſtertiorum. nam mille nummos ſeſtertius valebat. Scribit enim Plinius Aſiniũ Celerem ſeſtertiis octo mullum emiſſe,quod precium fuiſſe octo millium nummûm Macrobius tradit.Comprobari etiam hoc ab Horatio poteſt, illo in loco,

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, Plebs eris. - G

Equeſtris cenſus.

Erat enim legitimus cenſus equeſtris, quadringentorum millium. Merula in hoc lapſus, ſingulos ſeſtertios mille nummos eſſe dixit. Tranquillus in Cæſare: Annuam etiam habitationẽ Romæ vſq; ad bina millia nummûm, in Italia non vltra quingenos ſeſtertios remiſit. Seſtertios quingenos pro quingentis nummis poſuit. Quo in loco Philippus Beroaldus, Interdum (inquit)hæc obſeruatio apud eruditos cuſtoditur, vt ſeſtertios genere maſculino vſurpent, ſignificantes minutulam ſummam: ſeſtertii verò neutro genere pro maioribus ſummis,vt quadringenta ſeſtertia pro quadringentis millibus capiantur, quæ ſumma eſt cenſus equeſtris. Sed hæc non ſem- H
per ad regulam(inquit)ſunt exigenda. Antonius verò Sabellicus quantum eo in loco addubitauerit, facilè intelliget qui eius commentarios legerit. Idem Tranquillus in Auguſto,Senatorum cenſum ampliauit,ac pro octingentorum millium ſumma duodecies ſeſtertium taxauit, ſuppleuítque non habentibus. Quo loco idem Sabellicus, Sic omnes(inquit) Tranquilliani codices,quos vidimus,habent:ſed minuere id fuiſſet cenſum,non augere, ſi ex octingentis millibus nummûm ad duodecies ſeſtertium contraxiſſet. Quare aut hæc noſtra,aut nulla (quod videam) alia quadrare poterit lectio. Erit igitur vera lectio, non duodecies ſeſtertium,ſed duodecies I
centies ſeſtertium:vt ex parte tertia auctus ſit cenſus. quod idem valet ac ſi dicas, Voluit Auguſtus vt ſinguli Senatores qui octingenta poſſederant ſeſtertia,mille & ducenta poſſiderent. Habuit enim ſeſtertium mille nummos. Hactenus ille: cuius verba Beroaldus diſſimulans, duodecies centies legit, & itidem vt Sabellicus interpretatur,vt ſit ſeſtertium pro mille nummis. Hæc eius emendatio cuiuſmodi ſit, poſtea viderimus. nunc ad reliquas auctoritates pergamus. Idem Tranquil.in Cæſ. Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit, donatúſque quingentis ſeſtertiis & annulo aureo ſeſſum in quatuordecim ex ſcena per Orcheſtram K
tranſiit. Quingenta ſeſtertia haud dubiè pro equeſtri cenſu poſuit, ſed quia auctus eſſet. Salluſtius in Catil. Ad hoc ſiquis indicauiſſet de coniuratione quæ contra Rempublicam facta erat, præmia decreuerunt ſeruo centum ſeſtertia & libertatem, libero impunitatem eius rei, & ducenta millia ſeſtertiûm. Vbi interpres, Laurentius (vt arbitror) Valla, ſeſtertium duas libras & ſemis ſignificare dixit, & nihil præterea addidit. Plinius libro nono: Duo fuere maximi vniones per omne æuum. vtrunq; poſſedit Cleopatra Aegypti reginarum nouiſſima, per manus orientis Regum ſibi traditos

A traditos. Hæc,cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu,vt regina meretrix,lautitiam eius omnem apparatúmque obtrectans,quærẽte eo quid adſtrui magnificentiæ poſſet,reſpõdit vna ſe cœna centies ſeſtertium abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius,ſed fieri non poſſe arbitrabatur. Et paulo inferius, At illa abſumpturam ſe ea in cœna taxationem confirmans, ſolámque ſe centies ſeſtertium
B cœnaturam,inferri menſam ſecundam iuſſit. Ex præcepto, miniſtri vnum tantum vas poſuere ante eam,aceti, cuius aſperitas viſq; in tabem margaritas reſoluit. Gerebat auribus tum maximè ſingulare illud & verè vnicum naturæ opus. Itaque ſpectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit,ac liquefactum abſorbuit. Sic in omnibus exemplaribus legitur. Iamprimum Plinius his verbis ſignificat centies ſeſtertium immenſam eſſe ſummam,vt quam Imperator prodigẽtiſſimus Antonius vna cœna abſumi poſſe non crederet,quanti vnio æſtimatus ſit toto orbe nobiliſſimus. Quomodo igitur credibile illud Tranquilli in Vitel. Indicebat autem aliud alii prandium eadem die: nec cuiquam minus ſinguli apparatus quadringentis millibus nummûm conſtiterunt? Sic enim ibi legitur, non
C quadragenis:vt in Nerone, Quadringentis in punctum ſeſtertiis aleam luſit. Plin. eodem lib. Lolliam Paulinam,quę fuit Caii principis matrona,nec Plinij loc⁹
ſerio quidem aut ſolenni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocriũ etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis margaritiſque opertam, alterno textu,fulgentibus toto capite crinibus ſpiris, collo monilibus,digitiſque: quæ ſumma quadringenties ſeſtertium colligebat, ipſam confeſtim paratam nuncupationem tabulis probare: nec dona prodigi principis fuerant, ſed auitæ opes,prouinciarum ſcilicet ſpoliis partæ. Hic eſt rapinarum exi-
D tus,hoc fuit quare M. Lollius infamatus Regum muneribus in toto orien tẽ,interdicta amicitia à C. Cæſare Auguſti filio, venenum biberet,vt neptis eius quadringenties ſeſtertio operta ſpectaretur ad lucernas. Ego ex antiquis exemplaribus non nuncupationem,ſed aucupationem lego, hoc ſenſu,Lolliam paratam ex tabulis domeſticæ rationis aui ſui probare quo ti- Aucupatio.
tulo Lollius vnumquẽque lapillorum vnionúmque comparaſſet. Aucupatio enim lucrum ſignificat. In antiquis etiam libris nõ ſpiris ſed ſpira legitur,id eſt crinium conuolutorum orbe. Cicero in Prætura vrbana, Dixi in prima actione me planum eſſe facturum,C. Verrem ſeſtertium quadrin Furta Verris.
genties contra legem abſtuliſſe. Atrocia autem furta Verris fuiſſe in Sici-
E lia,quam rapinis propemodum exhauſit, ex actionibus ipſis Verrinis licet planè coniicere:quorum tamen ſummam Cicero non vltra quadringenties taxauit cum omnia oratoriè augeret: quanti ſcilicet Plinius rapinas orientis in M. Lollio æſtimatas dixit: quod omnino diſſonũ eſt ab eo quod Tranquillus de cœnis Vitellianis dixit, & alea Neronis, ſi ſeſtertium quadringenties & ſeſtertia quadringenta idem eſſe intelligamus, vt Tranquilli enarratores voluerunt. Tranquil. de Claudio loquens antequam ad principatum aſſumeretur, Poſtremò etiam ſeſtertium octogies pro introitu no
ui ſacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris anguſtias décidit, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit. Vix hoc conuenire potest cum eo quod Sallustius dicit de centum sestertiis quæ ex præmio indicii seruo decreta sunt publicè, vt ducenta libero. Quid illud eiusdem Plin. lib. xxix. vbi de medicorum stipendiis loquitur? Quintus verò Stertinius imputauit principibus quòd sestertiis quingenis annuis contentus esset. sexcena enim sibi quæstu vrbis fuisse numeratis domibus ostendebat. par & fratri eius merces à Claudio Cæsare infusa est. Quingena sestertia annuam mercedem fuisse dicit medicis sub Romanis principibus: & quadringenties sestertium vt immensas rapinas in Lollium criminosè extulit. Quid illud Tranquilli de testamento Augusti, quonam modo explicari poterit? aut quid animi tandem eo in loco interpretes habuerunt? Legauit(inquit) populo Ro. quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium, prætorianis militibus singula millia nummûm, cohortibus vrbanis quingenos, legionariis trecenos nummos. Ex hoc certè loco admoneri illi debuerunt. Quomodo enim populo Romano satisfacere quadringenta sestertia potuissent(id est tertia pars census Senatorii) præsertim cum in singulos legionarios trecenos sestertios legaret? Magnum autem militum numerum tunc fuisse, ex eiusdem auctoris lectione nouimus, qui in eodem Augusto quodam loco sic inquit, Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit, classem Miseni, & alteram Rauennæ ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Hunc principem Orosius libro sexto scribit quatuor & quadraginta legiones habuisse ad tutamè orbis, id est imperii, Romani. Eusebius autem auctor est, censu sub Augusto acto, Romanorum capitum quadragies semel centena millia censa fuisse. Age transeamus ad reliqua quæ sequuntur in eodem loco Tranquilli: Reliqua(inquit) legata variè dedit, produxitque quædam ad vicena sestertia, quibus soluendis annuam diem finiit excusata rei familiaris mediocritate: nec plus peruenturum ad hæredes suos, quàm millies & quingenties professus: quàuis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepissent, quod penè omne cum duobus paternis patrimoniis, cæterisque hæreditatibus in Rempublicam absumpsisset. O dignum etiam atque etiam locum qui planè enarretur: quod hactenus factum non est. Idem de Nerone, Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret. Laudabat mirabatúrque auunculum Caium nullo magis nomine, quàm quòd ingentes à Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset: quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tiridatem, quod vix credibile videatur, octingenta nummûm millia diurna erogauit, abeuntíque super sestertium millies contulit. Quæro quonam modo consentaneum fuit, Neronem principem profusissimum Tiridati Armeniorũ regi in patriam abeunti non plus quàm mille sestertia dono dedisse, cum manenti diu in vrbe octingenta diurna pensitaret? Idem de Caligula loquens, Nepotinis sumptibus omnium prodigorũ ingenia superauit: in exstructionibus

Medicorũ stipendia.

Copiæ Romanæ

structionibus prætoriorum atque villarum omni ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Et paulò infrà, Ac ne singula enumerẽ, immensas opes, totúmque illud Tyberii Cæsaris vicies ac septies millies sestertium, non toto vertente anno absumpsit. Quò autem intelligere possimus immensam quandam pecuniæ congeriẽ his verbis significari, addemus id quod idem de Tyberio in vita eius scripsit, Procedente(inquit) demum tempore ad rapinas conuertit animũ. Galliarum & Hispaniarum Syriæq; & Græciæ principes confiscatos constat ob tam impudens calumniarum genus, vt quibusdam non aliud sit obiectum, quàm quòd partem rei familiaris in pecunia haberent. Quantæ verò pecuniæ ex iis confiscationibus exaggerari potuerint, vno patebit exemplo apud eundem in Caligula, qui Tyberii successor fuit: de quo in initio principatus cum optimum principem simularet, ita inquit, Si quibus regna restituit, adiecit & fructum omnium vectigaliorum & reddituum medii temporis, vt Antiocho Comageno sestertium millies confiscatum. quę quanta sit summa, mox fortasse constabit. Age verò porrò etiam etiamq; pergamus, & auctores alios linguæ latinæ percenseamus, vt & rei difficultas appareat, & huius suscepti laboris necessitas, ac precium operæ, si diuina tandem benignitate propositi compos euaserim, & huius ærumnæ(vt ita dicam) vmbratilis Hercules. Iamprimũ Tacitus lib. xii. Fixũ est ære publico Senatusconsultũ, quo libertinus sestertii ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur. de Pallante liberto Claudii principis loquẽs, cuius immodicas opes intelligimus ex illo satyrici loco Sat. prima,

- Ego possideo plus Pallante & Licinis. -

Et ex Tranquil. verbis in Claud. Libertorum ante omnes suspexit Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq; Senatus nõ præmiis modò ingentibus, sed & quæstoriis prætoriisq; ornamentis ornari libenter passus est. tantum præterea acquirere & rapere, vt querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurdè sit dictum, abundaturũ si à duobus libertis in consortium reciperetur. Eius autem Senatusconsulti in Pallantis gratiam à Senatu expressi meminit Plinius iunior ad Montanũ scribens, his verbis indignabũdus, Videbis, deinde indignaberis si legeris: quod nisi legeris, non potes credere. Est via Tyburtina intra primum lapidẽ, proximè adnotaui, monumentum Pallantis ita scriptum, Huic Senatus ob fidem pietatẽmque erga patronos, ornamenta prætoria decreuit, & sestertiũ centies quinquagies, cuius honore contentus fuit. Equidem nunquam sum miratus quæ sæpius à fortuna quàm à iudicio proficiscerentur: maximè tamen hic me titulus admonuit quàm essent mimica & inepta quæ interdũ in cœnum, in has sordes abiicerẽtur, quæ deniq; ille furcifer & recipere ausus est, & recusare. Tranq. rursus in Othone, Nec quicquam prius pro potestate subscripsit, quàm quingenties sestertium ad peragendam auream domum. de aurea domo Neronis loquens, qui iam sese interemerat. Et in Galba, Ad Neronis medium principatum in secessu plurimum vixit: ne ad gestandum quidem vnquam aliter iter ingressus, quàm vt secum vehiculo

Universidad de Deusto
Biblioteca

proximo decies sestertium in auro efferret. Idem Tacitus libro itidem supradicto, Eodem Nerone oratore Bononiensi coloniæ igni haustæ subuentum centies sestertii largitione. Cicero in Philippica illa nobili, Vbi est septies millies sestertium quod in tabulis quæ sunt ad Opis, patebat? funestæ quidem illius pecuniæ: sed tamẽ si iis quorum erat, non redderetur, quę nos à tributis posset vindicare. Tu autem sestertium quadringenties quod Idibus Martiis debuisti, quo modo ante Calend. Aprilis debere desiisti? Et rursus, Syngrapha sestertii centies per legatos viros bonos, sed timidos & imperitos, sine sua, sine reliquorum hospitum Regis sententia, facta in gynæceo. Ex syngrapha quid sis acturus, meditere censeo. Et pro Flacco, Vel quod ait Luceius L. Flaccum sibi dare cupisse, vt fide se abduceret, sestertiũ vicies: & eum tu accusas auaritiæ, quem dicis vicies voluisse perdere? Tacitus lib. xiii. de Nerone loquens, Sed nobili familię honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret. Aureo quoque Cottæ & Aetherio Antonio annuam pecuniam statuit princeps, quanquam per luxum habitas opes dissipassent. Quo in loco ne quinquagenis legendum putetur, Tranquillus de eodem, Senatorum (inquit) nobilissimo cuiq;, & à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdam quingena constituit. Et de Vesp. Expleuit censum Senatorum, consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentauit. Et rursus in Nerone, Pompeium Paulinum vectigalibus publicis prępositum cum insectatione priorum principum, qui grauitate sumptuum iustos redditus anteissent, se annuum sexcenties sestertium Reip. largiri. Et rursus, Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps, vt amissa vrbi reponerent. Et iterum, Bis & vicies mille sestertium donationibus Nero effuderat. vbi nõ mille, sed millies contra fidẽ exemplarium lego. Verumenimuero quandoquidem immensa ac caliginosa auctoritatu sylua restat apud iuratissimum quemque auctorum linguæ latinæ sparsarum, tempus iam versandi cardinem ipsum obscuritatis esse duco, & illud fortasse præfandi per parodiam,

Suetonij Io.

Pandite nunc Helicona deæ - ne si in densiores sensim tenebras insinuemus, nulla (vt sic dicam) face explicationis prælucente, interim lectores magis in hallucinationem inducere, quàm lucem aliquam afferre tenebricosis locis videar. proinde vt rem obscuram illustrare quoquo modo possim, lucem ab ipso capite rei accersendam habeo.

As nũmulus.

As igitur, qui & assis dicitur, vt antea dictũ est, libralis nummulus erat, quod nomẽ inditum est nummo iam inde ab eo tempore quo Romanus populus ære graui pro nummo vtebatur. Pli. lib. xxi. de Scipione cognomento Suarione loquens, Nec ei fuit in bonis funeris impensa. asses ergo contulit populus, ac funus elocauit: quaq; parte ferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Tranq. in Augusto, Ex nocturno visu stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens. Idem nummus libella dicitur, per diminutionem à libra: quanquam libella argentea esset, vt auctor est Varro. Cicero in Verrem act. iii. Ecquis

Libella.

Volcatio

A Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset. Libellam pro asse posuit, ex eo dictam, quòd libra æris valebat, id est asse. Cum autem minimam pecuniolam significare volebant, assem & libellam dicebant. Idem pro Roscio comœdo de pœna plus petentium loquẽs, Si petierit sester. liii. hic nisi planum facit sester. liii. ad libellam sibi deberi, causam perdit. id est, si minimo quidem nummo minus debitum fuit, ex formula plus petitionis causa cadit. Plautus in Pseud. Si quidem hercle etiam supremi promptas thesauros Iouis, tibi libellam argenti nunquam credam. Libella autem ar-
B genti ideo dicitur, quòd nummulus erat argẽteus, vt prædiximus. Quin & signata statim argentea pecunia, constitutum vt denarius nummus libris decem æris valeret, & sestertius dipondio & semisse: qua ratione quaterni sestertii denarium vnum æquabant, vt auctor est Festus. Diu autem populus Ro. æreo nũmo vsus est, cuius rei testis Pli. lib. xxxiii. his verbis, Argentum signatum est anno Vrbis quingentesimo octogesimoquinto, Q. Fabio Consule, quinq; annis ante primum Punicum bellum: & placuit denarius pro. x. libris, quinarius pro quinq;, sestertius pro dipondio ac semisse. Idem, Populus Ro. ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem deuictum
C vsus est. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta, & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & pondera. Quin & militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua cõsuetudine in iis emptionibus quæ mancupi sunt, etiam nunc libra interponitur. hactenus Pli. Ego in verbis supradictis ex antiquis exemplaribus duo verba emendãda censeo, vt pro pondera dependere legatur, & pro mancupi mancipii. Quid autem sit dare & vendere mãcipio, nos primi, vt arbitror, docuimus in Annotationibus in Pandectas editis. Fuit autẽ hic ordo rei nummariæ,
D vt primùm Romani ære graui, id est nũmo rudi & informi vsi sint: postea ære signato, quod fuit sub sexto demum Rege: deinde argento signato anno Vrbis cccccIxxxv. auctore Pli. his verbis, Seruius Rex primus signauit æs: antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. signatum est nota pecudũ: vnde & pecunia appellata. Maximus census CX. millia assium fuit illo rege: & ideo hæc prima classis. Nummum autem & sestertium idem fuisse notius propè erat, quàm vt probari deberet, nisi in hoc Merula vir doctus falsus esset, vt suprà admonuimus: & Calderinus vir ingeniosus nũmũ apud Iuuenalẽ Satyra. vi. denariũ esse dixisset. Cic. in Ver. act. iiii. Facta est spon-
E sio sestertiis quinque. coëgit Scandilius recuperatores aut iudicem postulare. Et paulo post, Coëgit enim (inquit) Scandilium quinq; illa millia nũmũm dare ac numerare Apronio. Et rursus inferius, Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem, atque audaciam, prædationemq; nefariæ societatis, sestertiũm quinque millia mercedis nomine ac præmii dare. Quinque sestertia, quinque millia sestertiũm, & quinque millia nummũm pro eodem dixit. Vitruuius lib. i. Ab Senatu populoq; Ro. petiit, vt liceret transferre oppidum: constituitq; mœnia, & areas diuisit, nummoq; sestertio singulis municipibus mãcipio dedit. id est, sestertiis singulis areas

Denarius. Sestertius. Argentum signatum. Expensa. Impendia. Libripendes. Plinij loc. Aes graue Pecunia. Idem nũmus & sestertius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Addicere nummo.

ædificaturis ciuibus vendidit, quæ res instar donationis, imaginem vendi- F
tionis habet:quo modo & nūmo addicere Suetonio in Cæsare. Valerius
lib.v.M.(inquit)Cornuto prætore funus Hircii & Pansæ iussu Senatus lo
cante,qui tunc libitinam exercebant,tum rerum suarum vsum,tum mini-
sterium suum gratuitum polliciti sunt, perseuerātiq; postulatione extude-
runt,vt exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis præbentibus addice-
retur. Ab huiusmodi consuetudine emanauit illud Vlpiani in.l.si quis, de
acquirenda possess.Si quis conduxerit,& rogauerit precariò vti possideret,
si quidem nummo vno conduxit,nulla dubitatio est quin & precarium so G
lum teneat.Columella lib.iiii.Vinitor licet sit emptus sex vel potius sester-
tiis octo millibus, cum ipsum solum septem iugerûm totidem millibus
nummorum partum,vineasq; cum sua dote,id est cum pedamentis & vi-
minibus binis millibus in singula iugera positas duco, fit tum in assem con
summatum precium sestertiorum.xxix.millium. Huc accedunt semisses
vsurarū sestertia tria millia & quadringenti octoginta nummi biennii tem
poris,quo velut infantia vinearum cessat à fructu. fit in assem summa sor-
tis.xxxii.millium quadringentorum octoginta nummorum: quod quasi
nomen si vt fœnerator cum debitore, ita rusticus cum vineis fecerit, eius H
summæ vt in perpetuum prædictam vsuram semissium dominus cōstituat,
percipere debet in annos singulos mille nongētos quinquaginta sestertios.
Mirum videri non debebat pro septem iugerûm, octo iugerûm apud Co-
lumellam lectitari,nisi & apud Hermolaum in altera editione itidem lege-
retur, ea parte in qua castigationes condidit in librum decimumquartum
Plinii,vbi hic locus citatur ad comprobationem eorum quæ de vsuris se-
missibus trientibúsque & centesimis ipse doctissimè scripsit: ita vt primus
errorem non modò iurisperitorum, sed & omnium neotericorum osten-
derit.quem locum si ad calculum exigere voluit,facile fuit animaduertere I
errorem exemplarium. Quonam modo enim ex octo millibus(quod pre-
cium serui vinitoris Columella statuit)& altero tanto,id est octo iugerûm
precio,& octies binis millibus (quæ summa pro pedanda vinciendaq; vite
iugerûm octo taxatur) cōfieri summa vndetriginta millium possit? Quòd
si solum septem iugerûm legatur,conueniet ratio. Id enim in promptu est
vel in digitos calculum deducenti. Porrò cum in semissibus vsuris mille-
narius quilibet sexagenarium pariat,& quingenarius tricenariū : ex viginti
millibus summa fit vsurę mille ducenti nummi,& ex decē millibus sexcē-
ti:ex quibus sexaginta ideo deducuntur, quòd sors non triginta, sed vnde- K
triginta sit millium.quare semissis vsuræ summa erit annua mille septin-
genti quadraginta nummi: quæ in biennio duplicata, tria millia quadrin-
gentos octoginta nummos sestertios efficit.Sic fit as sortis & vsurarum tri-
ginta duo millia quadringenti octoginta nummi.Rursus si hanc summam
sub semissibus vsuris occupatā esse statuas:cum triginta millia ratione an-
tedicta mille octingentos pariant:& duo millia centū & viginti, id est mil-
le & nongentos viginti: & si quadringentos octoginta pro quingentis in-
telligas,vt ex iis triceni nummi annui pariantur: fiet summa vsuratū mille

nongenti

Loc⁹ Hermolai de vsuris.

A nongenti quinquaginta nummi.alioquin si scrupulosè exigas(quod Colu-
mella neglexit)tot nummi huic summę deerunt, quot viginti in anno pa-
riunt,id est vnus & circiter quadrans vnius. id quod ideo explicare volui-
mus,quia Hermolaus inexplicitum reliquit,contērus admonuisse loci: nec
aliquid præterea addidit,quàm id quod sequitur: Ex his verbis (inquit ille)
euidentissimè colligitur,ex vsuris semissibus non quinquagenos de cente-
nis,sed senos duntaxat in annum redire creditoribus : sicuti quaternos ex
trientibus.Hoc quoque,vt arbitror,addere debuit,si in mētem ei venit, cur
B centesima vsura diceretur:quandò id plurimum valet ad fidem faciendam
erroris deprehensi,qui perdiu fefellerat.Atqui cū hæc ratio cētesimæ duo-
denos nummos annuos in singulos centenarios pariat, & menstruos singu
los:facilè patet ideo centesimam dictam,quòd centesimo mense sortem æ-
quet. Vsurarum enim dies olim in singulos menses cedere existimabantur, Cētesima vsura.
vt hodie moribus huius vrbis tertio quoque mense cedunt earum pensita-
tionum dies, quæ precio legitimo accepto prædiis imponuntur,& manci-
pio dantur,& citra vitium fœnoris instar habent. Dicitur etiam centesima
vsura ideo(nisi fallor)quia centesimus nummus pro fœnore statuitur. Cen
C tum enim nummi sortis,pariunt singulos nummos menstruos.hæc à Græ-
cis ἑκατὸστὴ dicitur.Plutar.in Lucul. πρῶτον μὲν ἑκατοστὸν ἐκέλευσε, καὶ μὴ πλέον εἰς τὸν
τόκους λογίζεσθαι. Vbi τὸν μερίδα subintelligo. Quòd autem menstruæ esse censē-
rentur vsuræ, calendarium vocabulum docet, quo iurisconsulti vtuntur. Calenda-
rium.
Proinde cum centesima vsura pro asse intelligatur,dimidiata centesima se-
missis dicitur:& semis rursus dimidiatus,quadrans.Similisq; ratio in trien-
tario fœnore statuitur:quod Antoninus Pius Ro. princeps tāquam mini-
mum exercuisse dicitur,vt patrimonio suo plurimos adiuuaret. Vidi ho-
mines iurisperitissimos qui adhuc centesimam vsuram cum Accursio intel
D ligerent,nec Hermolao assentirentur,nec iis Iurisconsultis qui cum eo sen
tiunt,calculo(vt arbitror)offensi,quem non facilè expediunt homines eius
artis ignari:quæ causa fuit vt eum locum explanandum ducerem. Verùm
ne de hoc posthac dubitetur, locus est apud Plinium in epistolis ad Tra-
ianum his verbis rem manifestam reddens,Pecuniæ publicæ,domine, pro-
uidentia tua & ministerio nostro & iam exactæ sunt, & exiguntur:quæ ve
reor ne ociosæ iaceant:nam & prædiorum comparandorum aut nulla aut
rarissima occasio est,nec inueniuntur qui velint debere Reipub. præsertim
duodenis assibus,quanti à priuatis inueniantur. Dispice ergo domine nun-
E quid minuendam vsuram,ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes:
& si nec sic reperiuntur, distribuendam inter Decuriones pecuniam ita vt
rectè Reip.caueant. quod quanquam inuitis & recusantibus , minus acer-
bum erit,leuiore vsura constituta. Duodenos asses appellat plenam centesi
mam,eo modo loquendi quo nunc in ea re vtimur duodecimum denariū
vel decimumquintum dicentes. Cicero in Prætura vrbana obiicit Verri
quòd pecuniam sibi attributam ad coëmptionem frumenti publici, apud
publicanos relictā vnde erat attributa,duabus cētesimis fœneratus sit. Duas
centesimas Cicero quatuor & viginti asses in centenarios singulos dixit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demosthenes orator in ea oratione quam contra Aphobum vnum ex tutoribus suis habuit,hoc apertissimè docet.ait enim patrē suum Demosthenem Aphobo quem tutorem sibi dederat, in testamento octoginta minas reliquisse dotis nomine, vt vxorem suam Demosthenis matrem, vxorem duceret:quas cum ille accepisset,matrē tamen vxorem non habuit. Sic igitur inquit, πῶ μέν τοι προῖκα τῶν τρόπον εἶχε λαβών.μὴ γήμασθαι δὲ αὐτὸν πῶ μητέρα τὴν ἐμήν,ὁ μὲν νόμος κελεύει πῶ πεῖσαι ὀφείλειν ἐπ' οἰνίκα ὀβολοῖς, ἐγὼ δ' ὡδὶ δραχμῆ μόνον τοῦτο ἔπεισα,μήτε δὲ ἄν τις σωθῆ τό,τε ἀρχαῖον καὶ ὃ τὴν πόλιν ἐτῶν,μάλιστα ἓξ τάλαντα. Verùm iste dotem huiusceemodi pacto habuit: quare cum matrē meam vxorem non duxerit, lege quidem iubente debet dotem cum vsuris nouenûm obolûm restituere:sed fac drachmales tantum vsuras eum debere. has si cui forte aliquis supputauerit,duodecim annorum spatio tria largè talenta inueniet.Ego cum hanc rationem inirem, sic colligebā, octoginta minæ centenariæ,octo millia drachmarum valent, siue octogies centenas. Cum autem in centesimis vsuris quilibet centenarius siue quælibet mina in anno duodenarium pariat: si octogies duodenas drachmas ducerem, futuras in summa drachmas nongentas sexaginta: quæ summa si duodecies ducatur, fient vndecim millia drachmarū,& quingentæ præterea & viginti, ex quibus centum & quindecim minæ fiūt,& viginti drachmæ superāt:quibus si octoginta minas,id est sortem addas,fiunt centum nonagintaquinq; minę. ita tria talenta fiunt,& quindecim minæ,cum.lx.minæ talentum faciant, vt infrà videbimus.Propter quod Demosthenes exactè summam colligere nolens,largè vel prolixè tria talenta dixit pro tribus talentis & quadrante. nouem autem obolos pro sesquidrachma posuit,qua ratione sesquicentesima vsura procederet,quam ipse,vt omnino aduersario defensionis ansam præcideret,ad centesimam retraxit.Vsuræ sesquicentesimæ taxatæ erant ex lege decem tabularum in rei vxoriæ actione, eodem auctore in oratione κατὰ παλέργου. ita enim inquit, Νόμος κελεύει ἐὰν ἀφαιρῆται τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν πεῖσιν.ἐὰν δὲ μή, ἐπ' οἰνίαι ὀβολοῖς τοκεφορεῖν. Lex iubet eum qui vxorem repudiarit,dotem restituere,alioqui moræ tempore interusurium péndere sesquidrachmale. Ea autem actio ἀπὸ λίκνου vocata est à Solone,vt ex eodem oratore nouimus.Itidem alio loco,ταῦτας τοίνυν ἔχει τὰς ἑξακοσίας μνᾶς ἀφ' ἧς ἠργασμένος, καὶ ὃ ἕτερον αὐτῶν ὀκτὼ ἐτῶν,ὃ ἐὰν ὡδὶ δραχμῆ τις τιθῆ μόνον,ἄλλας ὁμοίας ἑξακοσίας μνᾶς εὑρήσει. Has igitur(inquit)triginta minas habet ab officina, & partum eorum octo annorum:quem si quis drachmali vsura occupatum esse ponat,alteras pariter triginta minas inueniet. Triginta minæ quotannis tricies duodenas drachmas pariunt,id est trecentas & sexaginta,quæ octies ductę duo millia & octingentas octoginta drachmas valent. Hoc in loco orator numerum auxit mina vna,& quinta parte minę:superiore autem exemplo numerum diminuit,vel quia exacti calculi tædium vitare volebat, vel vt summas potius rotundas faceret: vtrobique tamen clarum est eum drachmalem vsurā dixisse,quam Latini centesimam dicunt. Est enim drachma,centesima pars minę.Sic fit vt centesima vsura æquare sortē dicatur,quia centesimo mense drachma in minam euadit. vt enim Romani ab assibus, sic Græci à drachmis

Vsura sesquicentesima.

ἀπὸ λίκνου.

Drachmalis vsura, eadem & centesima.

Achmis vsuras denominarunt,vt nos hodie à denariis. Quòd autē menstruę essent vsuræ, apertius etiam ex oratione Aeschinis contra Ctesiphontem ostendetur.Criminosè enim obiiciens Demostheni quòd pro quodam Athenienſium plebiscito(quod Græci psephisma appellāt) cuius ipse auctor fuerat,à tribus ciuitatibus,in quarum gratiam id promulgatum erat,talenta tria dari sibi stipulatus esset,cum Oritæ(inquit)bello exhausti id dissoluere non possent,fœnus ei talenti spoponderunt quoad talentum soluissent.ἀναγκαζόμενοι δ' οἱ ὠρεῖται, καὶ ἐκ δυπορίας ὑπέθεσαν αὐτῷ τῆς τελάντου τὰς δημοσίας προσόδους,καὶ τόκον ἤνεγκαν δημοσθενὴ τῆς φορτικῆς ἑξακοσίας δραχμὰς τῆς μηνὸς τοῦ μνᾶς,ἕως ἀπέφαλον ἀπέδοσαν.id est,Coacti autem Oritæ, cum pecuniæ inopia premerentur,vectigalia publica in talenti summam ipsi oppignerauere, & fœnus Demostheni sceleratæ mercedis interim pependerunt, drachmas mēstruas in singulas minas,quoad sortem reddiderūt. Hoc vnum exemplum maius est quàm vt altero adminiculo egeat: quanquam & aliis exemplis non caremus.Cicero ad Atticū lib.vi.Ei tamen sic nunc soluitur,tricesimo quoq; die talēta Attica.xxxiii.& hoc ex tributis,nec id satis efficitur in vsurā menstruam. Simile est illud apud Athenæum circa finem lib.xiii.ex oratione Lysiæ, ὅτου δ' ἄνδρες δικασταὶ ὀφείλων ἀργύριον ὠδὶ φασὶ δραχμαῖς σωσίμῳ τῷ τραπεζίτῃ,πεισθὼν πρὸς ἐμέ,ἐπείθε μὴ ἀποδιδόναι ἀνὴν ἀλλὰ τὸν τόκον ἐκ τῆν ὄντων ἐκτήσατο. κατασκευάσομαι δὲ ἐφ' ἑτέρῳ μυριοπλῳ,ἀφορμῆς δὲ λήψομαι,καὶ ὅσου δέ σοι σύνεγγυς ὀβολὸς τοῦ μνᾶς τόκος. Hic est iudices qui cum versuram fecisset à Sosimo trapezita ternis drachmis,ad me venit orans vt se fœnore obrutum & facultatibus lapsum ne despicerem.Est mihi(inquit)in animo vnguentariam factitare, sed facultas non suppetit.Si mihi mutuam pecuniam dederis, nouenos tibi obolos in singulas minas pensitabo. Hæc verba ita intelligenda esse dico, vt ternas drachmas prius pro tribus centesimis,& nouenos obolos pro sesquicentesima accipiamus. Qui enim querebatur se graui fœnore ad inopiam redactum,& ad pignorum distractionem,ab amico postulat,vt dimidio leuiore vsura pecuniam sibi mutuet, vt cum officinam vnguentariam instituerit,liberare se eo quæstu ære alieno possit. Siquidem singulæ drachmæ in singulas minas ac singulos menses pensitatę,centesimam vnam faciunt,quę centesimo mense sortem æquat. Ita ternæ drachmæ ternas centesimas faciunt.Noueni autem oboli sesquidrachmam tantum valēt, cum drachma sex obolos penderet.Fœnoris autem nautici exemplum est apud Demosthenem in oratione quæ πρὸς λακρίτου παραγραφὴν dicitur,his verbis, ἐπέπλευσαν ἀνδροκλῆς καὶ ναυκράτης ἀρτίμωνι καὶ ἀπολλοδώρῳ φασηλίταις ἀργυρίου δραχμὰς τρισχιλίας δραχμάς, πάλιν ἀθήναζε,ὡδὶ διακοσίαις εἰκοσιπέντε ταῖς χιλίας, ἐὰν καὶ μετ' ἀρκτοῦρον ἐκπλεύσωσιν ἐκ τοῦ πόντου ἐφ' ἕτερον,ὡδὶ τριακοσίαις τὰς χιλίας.Id est, Androcles & Naucrates pecuniā fœnerati sunt Artemoni & Apollodoro Phaselitis ad tria millia drachmarum,hoc est triginta minas: conuenitq; vt Athenis pecuniam Mendan exportarent,indeq; in Bosporon,aut etiam si placeret siniſtrorsum nauigare ad Borysthenen vsq;,& rursus Athenas cum mercibus redire.Statutus autem modus fœnoris in millenas drachmas ducentæ vicenæ quinæ

Drachma. Obolus.

drachmæ. Quòd si post arcturum portum exeânt è Ponto ad sacrum promontorium nauigaturi, trecenæ in millenas. Hoc perinde est ac si diceret, in denas minas ternæ minæ, vel binæ cum quadrante minæ: quæ ratio longè abest ab illa centesima Accursianorum. Hoc enim conuento fœnus nõ in mensem statutum intelligo, sed semel in maris commeatum remeatũq;, & in eius negociationis exitum. Hæc autem quæ retuli, verba sunt syngraphæ nauticæ. Ipse Demosthenes in oratione quæ παραγραφὴ πρὸς παραίνετον inscripta est, centum & quinque minarum totidem drachmas menstruas τὸν γιγνόμενον τόκον esse dicit, hoc est iustam & legitimam vsuram. μισθῶσαι δὲ παρ' ἡμῶν τὸ γιγνόμενον τόκον δραχμῶν τῆ μινὸς ἑκάστε. Quibus verbis circa principium eius orationis positis, significat, contractum illum nomine quidem cõductionem fuisse, sed reuera mutuum vsurarium. Quẽ contractum ne quis improbandum censeret, addidit vsurę loco pensitationem menstruam se stipulatum, quantam scilicet vsuram stipulari per leges liceret. Eam autem esse in singulas minas drachmas singulas. Idem εἰ δὲ πρὸς νικόστρατον, τίθημι ἐν πλοῖ σιτοικίαν ἐκκαίδεκα μνῶν Παμβωτάδῃ, ὧν ἀνὴρ ὅτος πεπείρικεν, ὥστ' ὀκτὼ ὀβολοῖς πλοῖ μνᾶν δανείσαντι τῆ μινὸς ἑκάστε. Oppigneraui igitur diuersorium meum in sedecim minas Pambotadæ qui eam pecuniam repręsentauit, in singulas minas octonis obolis quolibet mẽse creditori fœnoris nomine cõstitutis. atque hæc & hoc ipso interprete & proxeneta facta est constitutio. Hæc vsura centesimam triente excedit. Vsura autem apud antiquos duplex fuit, terrestris, & nautica. Terrestris, id est ἔγκειος, menstrua erat: nautica iterũ duplex fuit: vna quæ in alteram tantum nauigationem statuebatur (hæc à Græcis heteroplus dicitur) altera ita cõtrahebatur, vt non aliter deberetur nec ipsa, nec sors eius, quàm si nauis cum mercibus sospes domum rediisset. Hanc amphoteroplum dicunt, quasi in commeatum remeatumq; taxatam. de quo locutus est Modestinus in.l. prima de nautico fœnore. Demosthenes πρὸς Φορμίωνα, καὶ ὅσ μὲν ἐδάνεισεν αὐτῷ δισχίλιας δραχμὰς ἀμφοτερόπλους, ὡς ἀφλακῶν ἀθήνησι δισχίλιας ἑξακοσίας δραχμάς. Et hic quidem (inquit) mutuò dedit duo millia drachmarũ pecuniæ vtrobiq; traiectitiæ, vt Athenis duo millia drachmarum & eo amplius sexcentas reciperet. His verbis liquet id quod suprà diximus, vsuram nauticam non mẽstruam fuisse, sed vna in omne tempus nauigationis & negociationis constitutione taxatam. Fuit enim pecunia à Lampide nauclero Phormioni fœneratò mutuata Athenis in Pontum, & Ponto Athenas. Et hæc ratio maior est sesquiquarta, & iure Pandectarum non admissa. Nam legitima vsura traiectitiæ pecuniæ non potest duplam centesimam excedere, vt auctor est Papinianus in.l. Nihil interest. A Græcis ephectos tocos vocatur, supersexta vsura: cuius exemplum luculentum est in supradicta πρὸς Φορμίωνα Demosthenis oratione. Nouissimũ exemplum addemus ex Isæo in oratione πρὸς τὸν ἀγνίδ κλήρε, in qua bona cuiusdam defuncti recensens, & nomina, ita inquit, χρέα δὲ ἐστὶ τόκοις ὀφειλόμενα περὶ πεντακισχιλίας, ὧν δ' ἔρχον ἐπ' οἰνία ὀβολοῖς ἑπτακοσίαις ἑβδομήκοντα τῆ μινὸς γίνονται τὰ οἰκεῖα. Nomina autem vsuraria ad quatuor millia drachmarũ, cuius quæstus singulis annis septingentæ viginti drachmę fiunt fœnore nouenûm obolorũ.

Vsuræ species.

Heteropl.

Amphoteroplus.

Epidecatũ fœnus.

Locus Pauli iurisconsulti.

Post hæc verba quis cõtrouersiam referre audeat eorum quæ diximus? Cũ enim centesima in singulos millenarios centum & viginti annuas pariat, sequitur vt sesquicentesima centum & octoginta pariat, qui numerus quadruplicatus septingẽtas & viginti efficit. Nostra autem ratio hodie in pensitationibus & vectigalibus quæ prædiis imponuntur, bessales vsuras referre quodãmodo videtur: sed qui innocentius stipulari volunt religione obstricti, aut ciuili fœnori detrahere aliquid, aut precio addere solent. Vnciaria vsura est cum centenarius singulos parit, vt in.l. Titium, de administratione tutorum. Qui autem religione soluti sunt, & hodie Epidecatũ probant, nos vectigal decimariũ appellare possumus, quod nec boni viri probant, & inciuile iam existimatur: ex quo scilicet tempore idem Hermolaus rem vsurariam male esse intellectam à iuris enarratoribus docuit. Quandoquidem autem Pauli responsum in capite, Si hæres, ad legem Falcidiam, video à iuris enarratoribus absurdè esse intellectum: de eoq; ipse à viris non mediocriter in eo studio eruditis interrogatus, Pauli sententiam penè ænigmaticam, Hermolai verò interpretationem sensi planè videri ieiunam, ipsoq; Pauli dicto illis obscuriorem, licet ipse aliter existimẽ: idcirco mei muneris esse duxi, institutoq; operi & proposito conuenire, eius responsi verba enarratius explanare. Item si Reip. (inquit Paulus) in annos singulos legatum sit, cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes eius summæ quæ legata est, colligendas. Hic primùm hoc præfandum habeo, quòd cum ad Falcidiam exercendam legatorum ratio initur, vt constare inde possit an vltra dodrantem à testatore legata producta fuerint: ea legata quæ certam summam non habent, legitimo precio æstimantur. Esto igitur exempli gratia vt seni aurei Reip. relicti sint annui in perpetuum. notum est eius summæ redditum ab hærede alicunde comparandũ, reiq; publicæ ab eo mancipandum, vnde stabilem obuentionẽ eius summę habere quotannis possit: aut pro eo precium dandum. Nunc igitur si ratione legatorum ineunda quæratur quantum hæres eo nomine imputare in rationem debeat, respondere possis ex Marcelli opinione, & Pauli sententia, non tantum imputandum quanti sex aurei annui emi possunt trãslatitio & plerunque vsitato precio, vel quanta est pecuniæ summa quæ si fœneratò collocetur, senos aureos quotannis parere potest ciuili & legitimo fœnore: sed vberius ac plenius huius legati æstimationem ideo esse faciendam, quòd Reip. relictum est. Nam cum per legem, Eos, in tractatu de vsuris, Iustinianus Augustus sanxerit legitimam & ciuilem vsurã esse semissem, si priuato ipse homini ponas aureos senos quotannis esse relictos à testatore: hæres tum nõ vltra centum aureos pro eo legato deducere in eam rationem poterit. Siquidẽ centenarius sortis (vt ex prædictis apparet) duodenarium quotannis parit fœnoris, tum quidem, cum vsura procedit centesima: quare in vsura semisse, quæ dimidia est centesimæ, senarius anniuersarius è centenario conficitur. Sic fit vt legatum senûm aureorum priuato homini relictũ, non vltra centum aureos æstimari debeat, cum ea summa fœnori data, vulgo senos au-

reos pariat iuris concessione. At nunc cum Reip. huiusmodi legatum esse F
relictum positum sit, opinione Marcelli æstimatio erit superioris sesquipla:
quippe cum vsura trientalis subsesquipla sit, id est ἡμιμόλιος, semissis, hoc est
tertia parte minor, vt quaternarius subsesquiplus est senarii. senarius enim
tertia sui parte superat quaternarium, hoc est binario: quod perinde est ac
si dicas senarium continere quaternarium, & quaternarii semissem, propter
quod hemiolius eius dicitur, & sesquiplus. In hac igitur specie aureos se-
nos legatos, centum & quinquaginta aureis æstimabit hæres, tantumq; le- G
gatariis eo nomine expensum feret. Quanto enim vsuræ modus à testato-
re taxatus minor est vnde legatum annuum percipiendum, tanto est sum-
ma maior quæ precium est aut æstimatio legati. Hic autẽ licet testator non
constituerit summam, tamen iuris interpretatione taxasse existimatur, Mar
celli & Pauli opinione. ita enim constitui legatum annuum, fundariq; te-
statorem voluisse ipsi interpretantur, non vt plerunque percipi posset, sed
vt quouis tempore, id quod tum euenit cũ pecunia leuissimo fœnore col-
locatur, verbi gratia trientali. Siquidem ex ea promptum est quouis tem-
pore nomen facere, mutuamq; eam accepturum hominem inuenire, ita vt
inde conditionem suam longè meliorem efficiat, si frugi est debitor: idq; o- H
mnino est quod responsum Marcelli Paulíque significat. Capitolinus in
Antonino pio, Ipse fœnus (inquit) triẽtarium, hoc est minimis vsuris exer-
cuit, vt patrimonio suo plurimos adiuuaret. Hodie autem cum aut edicto
aut lege municipali in hac vrbe maximus pecuniæ fructus partusq; in em-
ptitiis pensitationibus quas rentas quasi reditus aut reddẽtes aut reuenutas
lingua vernacula vocat, rationem bessalis vsuræ habeat, aut plusculo ple-
niorem, (octoni enim cum triente è centenario conficiuntur) tantiq; mu-
nicipali priuilegio redimi quandocunq; possunt pensiones in vrbis ædifi- I
cia venditæ, quãticunq; emptæ sint. Verùm, vt dixi, hodie vbi legatũ Reip.
factum esset, ipse ex sententia Pauli censerem, si sententiam rogarer, octo-
norum aureorum legatum paulo minus centum & quinquaginta aureis
æstimandum in ratione falcidiæ, aut alia consimili: quippe hæc summa ses-
quiplex est sortis, ex qua municipali lege octoni aurei ferè annui percipiũ-
tur, in iis contractibus quibus pensiones in prædia vrbana aut rustica ven-
ditantur, ita vt redhiberi possint, duntaxat cum ita commodum est & li-
bitum vẽditori, nõ etiam emptori. Sestertius igitur & nũmus idem apud
Denarius quaternis sestertijs valuit. auctores significant, quoniam quaterni denarium valent. Itaque Cicero in
Ver. Act. iiii. cum ita dixisset, Nam cum ex Sicilia legibus frumentum in K
cellam sumere liceret, idq; frumẽtum Senatus ita æstimasset, quaternis ses-
tertiis tritici modium, binis ordei: iste numero ad summam tritici adiecto,
tritici modios singulos cum aratoribus denariis trinis æstimauit. Hæc autẽ
verba ipse veluti declarans paulò pòst ita subdidit, Verumenimuero cum
esset frumentum sestertiis binis aut etiam trinis quibusuis in locis prouin-
ciæ, duodenos sestertios exegisti. & itidem hoc declarat multis aliis in lo-
Denarius drachmalis erat. cis eiusdem Actionis. At verò denarius drachmæ pondus habebat dunta-
xat Atticæ. Plin. lib. xxi. Drachma Attica (ferè enim Attica obseruatione

medici

A medici vtuntur) denarii argentei habet pondus. Plutarch. in Sylla, Potitus
rerũ Sylla, cũ multos occideret, & libertini generis homo quendã ex pro-
scriptis occultare videretur, ideóq; è saxo præcipitãdus esset, obiecit Syllæ
quòd vna simul in domo vitam egissent: cum interim ipse quidem pro su-
periore habitaculo duo millia nummûm, ille autem pro inferiore tria mil-
lia mercedẽ pénderet: itaq; inter vtriusq; fortunã mille nummos interfuis-
se, qui drachmas Atticas ducentas & quinquaginta valebant, ὅπερ ἦν τύχης αὐ-
τῶν ἐκ μεταξὺ χιλίας νόμισμα ἔχον, δι πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς ἀττικὰς διώνυται.
B Idem in Bruto, Testamento cum legasset Cæsar ciui cuilibet septuaginta-
quinque drachmas, præterea reliquisset hortos qui trans Tyberim erãt, in-
gens beneuolentia & admirabile desiderium omnes tenuit. De hoc apud
Tranquil. in Cæs. ita legimus, Populo hortos circa Tyberim publicè, &
viritim trecenos sestertios legauit. Si septuagintaquinque quater multipli-
ces, trecentos efficies: qua ratione quinque & viginti drachmæ centenos
sestertios valent. Idem Plutarchus in Antonio, C. Cæsar adolescens hæres
à Cæsare scriptus, ex Apollonia rediit. debebat Romanorum cuique dra-
chmas quinque & septuaginaa ex testamento patris. Apud Appianum ta-
C men in secundo bellorum ciuilium ita legitur, Populo horti trans Tybe-
rim præbiti, singulis Romanorum ciuibus qui in vrbe aderant, quinque &
octoginta drachmæ Atticæ collatæ. Sed errorem esse numeri non dubiè
affirmauerim: quippe idem Appianus septuagintaquinque drachmas pro
trecenis nummis dixit, vbi de Cæsaris liberalitate loquens, Singulis (inquit)
ex populo minam vnam Atticam dedit. De quo Tranquillus, Trecenos
quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diuisit. Quo ex loco
probari videtur minam Atticam quinq; & septuaginta drachmarum fuis-
D se: id quod apud Priscianum legitur, quod tamẽ postea explicabimus. Sed
interim cẽtenariam minam intelligere oportet. Nunc igitur causam tene-
mus cur sestertia singula, mille nummos sestertios significent. nam duæ li-
bræ, & selibra, seu (quod idem est) mnæ duæ & hemimnæon ducentas &
quinquaginta drachmas valent: quæ si quaternario multiplicentur, mille
nummos efficiũt. Quomodo igitur sestertii dicti sunt nummi, quòd duos
asses & semissem singuli valerent, id est dipondiũ & semissem æris: ita ses-
tertia ex eo dicta sunt, quòd duas libras singula & selibram argenti valerẽt.
Ita factum vt quadringenta sestertia, & quadringenta millia sestertiûm nũ-
morum antiqui pro eodem ac sine discrimine significatus dicerẽt. Verùm
E id adnotandum, quòd libram nunc & minam centenarias intelligimus, in-
differenter vtentes: quod pondo etiam identidem appellatur. Plin. lib. xxi.
Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Quo
in loco Hermolaus, mnam (inquit) libram, minam, pondo, pro eodem no-
stri dicunt, vt Græci μνᾶν, λίτραν, ὀλκὼ. quod dictum vt nõ vsquequaque ve-
rum est, ita in re nummaria libram & minam pro eodem ferè vsurpari de-
prehendimus, vix vt differentiam animaduertere possis, quãlibet obserues
accuratè & Latinos & Græcos. idq; cum ex eo videtur quod de sestertiis
diximus, tum verò ex sequentibus magis comprobabitur. ὀλκὴ autem in-

Sestertia singula, millia singula nummorum significant.

Hemimnæõ idẽ quod selibra.

Quadringenta sestertia & quadringẽta millia sestertiûm nũmorũ.

Libra mina pondo pro eodẽ ponuntur.

ὀλκή.

c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Drachma.

terdum pondus significat,vt cum Dioscorides dicit, ὁλκὴ τεσσάρων, pondus F
trium obolorum. aliquando drachmam, vt apud eundem Dioscoridem
idẽtidem. Drachma igitur non modò pondus denarii Romani, sed etiam
nummum significat eodem pondere percussum ab Athenienſibus, quod
præter auctorum exempla etiam versus illi significant,

In scrupulis ternis drachmam,quo pondere doctis
Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Ventum iam esse ad locum præcipitem,horrore quodam animi sentio,in- G
stantis & proximi periculi magnitudinem reputantis. hoc est enim caput
eius rei quam agimus, hic cardo totius operis, hæc denique alea ancipitis
incepti,vt ostendere aggrediamur vel demonstrare potius,quid inter sester-
tia centum, & sestertium centies intersit. transitus omnino & lubricus &
abruptus,vt aut in barathrum quoddam errorum præcipitaturus sim,si in
eo quicquam titubauerim: aut tenorem inoffensum seruare commentatio
hæc nequeat,si inibi vel tantulum à veritate deflexerim. Cum alioquin ita
sit hoc opus coagmentatũ,ita ex sese tractatus hic aptus, nulla vt ferè pars
conuelli citra compaginis ipsius dissolutionem possit. Ac mihi quidem H
audendum omnino erat, & eorum exemplo periclitandum, qui res magni
discriminis antea susceperunt,si non etiam ea esset huius libri ratio, vt ge-
nium nullum(vt dicitur)habiturus sit,nisi multarum ætatum & auitarum
præcipuè placita deleuerit, vt si(quod abominor)propositi compos non
euaserim, designatoris ridiculi atque temerarii opinionem subiturus sim.
Sed quid agas vbi eò iam peruicaciæ ventum est, vt & moderari tibi ne-
queas,& consulere integrũ non sit? Quum eorũ occursum vitare non pos-
sis,quibus hoc facturũ te receperis,nisi si tibi publico interdixeris,id est ni-
si domesticum tibi conscieueris exilium, aut abstrusum secessum & lucifu-
gum? Agedum ab stupore animi rursus inferuescamus, & stylum iam lan- I
guentem ad reliqua suscitemus. Audeamus deniq; primi(quando eò ventũ
est)affirmare, homines doctissimos,quibus alioquin omnia propemodum
debemus,toto(vt aiunt)cælo,id est centuplicatò errasse. Iamprimũ Cicero
in Prætura vrbana, Dio quidam fuit Halesinus,qui cum eius filio Prætore
Sacerdote hæreditas à propinquo permagna venisset,nihil habuit tum ne-
que negocii,neq; cõtrouersię. Verres simul ac tetigit prouinciã,statim Mes-
sanã literas dedit, Dionem euocauit,calũniatores ex sinu suo apposuit qui
illam hæreditatem Veneri Erycinæ cõmissam esse diceret. Hac de re osten-
dit seipsum cogniturum. Possum deinceps totam rem expedire, deinde ad K
extremum id quod accidit dicere, Dionem sestertiũ decies centena mil-
lia numerasse vt causam certissimam obtineret. Hoc cum dicat Cicero in
Prætura vrbana, quæ secunda est in Verrem actio, idem in tertia actione
hoc crimen repetens ita inquit, Simul atque è naui egressus est, dedit ope-
ram vt Halesinus ad se Dio continuò veniret. Hic est Dio,Iudices, nunc
beneficio Quinti Metelli ciuis Romanus factus, de quo multis viris pri-
mariis testibus, multorúmque tabulis vobis priore actione satisfactum est
sestertium vndecies numeratum esse, vt eam causam in qua ne tenuissi-

Quid inter sestertia centum & centies sestertiũ intersit.

ma

A ma quidem dubitatio esset, isto cognoscente obtineret: ita sester. vndecies
Q. Dionem,quòd hæreditas ei obuenisset, nullámq; aliam ob causam,per-
didisse. Ex horum locorum collatione intelligimus, quod decies centena
millia sestertiũm dixerat in secunda actione, hoc in tertia vndecies sester-
tium dixisse:quanquam in illa non decies centena, sed vndecies legendum Ciceronis locus.
est,vel vtrobique decies. Quare decies sestertium, nõ decem sestertia signi-
ficat,sed mille potius,hoc est decies centena millia: summa scilicet centu-
plicata. Quòd autem vndecies sestertiũ amplior sit summa quàm quadrin-
B genta sestertia, ex eadem oratione liquet. Sequitur enim statim post illud
Dionis crimẽ,& aliud,quod his verbis prosequitur, Accipite aliam in mi-
nore pecunia non minus impudentem calumniam. Sosippus & Epicra-
tes fratres sunt Agrigẽtenses.horũ pater abhinc duo & viginti annos mor-
tuus est:in cuius testamento quodam loco si commissum quid esset, mul-
cta erat Veneri.ipsos.xx.annos,cum tot interea prætores,tot quæstores,tot
calumniatores in prouincia fuissent,hæreditas ab iis Veneris nomine peti-
ta non est:causam Verres cognoscit per Volcatium: pecunias accepit ferè
C ad sester.quadringenta millia ab duobus fratribus. Quadringenta sestertia
Cicero minorem pecuniam decies vel vndecies sestertiõ appellauit. Qua-
re iam ferè planum factum est decies sestertium,quadraginta partibus plus
esse decem millibus sestertiũm. Et rursus statim infrá, Quæ vis erat Volca-
tio tanta,vt sester.quadringenta millia duobus hominibus auferret? Ecquis
Volcatio,si sua sponte venisset,vnam libellam dedisset? at ego amplius di-
co:sestertium quadringenties accepisse te arguo contra leges. Ex his ver- Quadringenties sestertium.
bis liquidò apparere potest quadringenties sestertium longè ampliorem
summam esse quàm sestertia quadringenta, cum omnia Verris furta qua-
D dringenties sestertium æstimauerit, quæ innumera & incredibilia ab eo
recensentur.ab vno enim homine,vno nomine, vno furto decies centena
sestertia accepisse dicit:à tota autem Sicilia triennio & variis furtorum, ex-
pilationum, rapinarúmque nominibus quadringẽties sestertium(tanquam
rem fidem excedentem)abstulisse oratoriè vociferatur. tanti enim æstima-
ri voluit litem repetundarum Verri ob iurisdictionis furta, ob negocia fa-
cessita, ob improbas dinundinationes,ob interuersas pecunias in frumen-
to imperando, in locandis decimis frumenti, & ob expilationes publicas
priuatásque signorum æreorum,& vasorum argẽteorum:quę crimina inu-
sitata esse videntur,& fidem excedentia iis qui accusationes illas perlegunt.
E Quare ipse Cicero primam accusationem ita claudit, Dicimus C. Verrem,
cum multa libidinosè,multa crudeliter in ciues Romanos atque in socios,
multa in deos hominesq; nefariè fecerit, tum præterea quadringenties ses-
tertium ex Sicilia contra leges abstulisse.sic enim legit Asconius Pedianus,
quanquam in exemplaribus cccc. sestertia legitur etiam manu scriptis.
Quapropter admirari hic subiit id quod Plutarchus de hoc scripsit his
verbis, ἔπω δὲ τῶν βίβλων καταδεδύντες, ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδων τιμησάμενος τὰ
δίκαια ὁ κικέρων, ἀφῃρεῖτο ἔχων ἐς ἓπ' ἀργυρίῳ τὸ τίμημα καθυφαμένος. Hac ratio- Cicero ob accusatio-
ne Verre damnato,crimini datum est Ciceroni quòd in litis æstimatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem Verris male audiuit.

Orationes domi emẽ dabant.

prævaricatus esset pecunia corruptus, vt qui quinque & septuaginta myriadibus litem eam æstimasset. id perinde est ac si tricies sestertium dixisset. & hic myriades drachmarum intelligendum, quæ tricies centena mill. sestert. valent. Quare coniicio diu post exilium Verris Ciceronem orationes emendauisse, vt interdum moris erat domi orationes limare & conficere, vt ex Cicerone eodem intelligimus in Catone, apud quem Cato ipse ita inquit, Septimus mihi liber Originum est in manibus. omnia antiquitatis monumenta colligo. causarum illustrium quascunque defendi, nũc quàm maximè conficio orationes. & ex Plinio Iuniore in Epistolis. Existimo tamen potius apud Plutarchum ita legendum, τειακοσίων ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδων. vt sit centies quinquagies sestertium. fortasse etiam maior summa errore librariorum deest. Quod autem in Diuinatione legitur, Sicilia tota si vna voce loqueretur, hoc diceret, Quod argenti, quod auri, quod ornamentorum, in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, quod in vnaquaque re beneficio Senatus populíque Romani iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti: quo nomine abs te sestertium millies ex lege repeto. Hoc (inquit Asconius) per auxesim dictum est. Cicero enim postea hanc summam ad quadringenties contraxit, vt in multis locis repetit. Idem Cicero in eundem Act. iii. Heraclius est Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi suę nobilis, & ante hunc prætorem vel pecuniosissimus Syracusanorum, nunc nulla alia calamitate nisi istius auaritia atque iniuria pauperrimus. huic hæreditas facilè ad sestertium tricies venit testamento propinqui sui Heraclii. plena domus celati argenti optimi, multæque stragulæ vestis, preciosissimorũmque mancipiorum. erat in sermone, magnam Heraclio pecuniam venisse: non solùm Heraclium diuitem, sed etiam ornatum supellectile, argento, veste, mancipiis, futurum. Et inferius, Posteaquam (inquit) damnatus est absens Heraclius, non solũ illius hæreditatis de qua ambigebatur, quæ erat tricies sestertium, sed omniũ bonorũ paternorum ipsius Heraclii (quæ non minor erat pecunia) palæstræ Syracusanorum, hoc est Syracusanis, possessio traditur. Et rursus inferius: Verùm est illud præclarum, Syracusani qui præfuerant his Heraclii bonis verbo redigendis, re dispertiendis, reddebant eorum negociorum rationem in Senatu: dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas, preciosam vestem stragulam, multa mancipia preciosa Verri data esse: dicebant quantum cuique eius iussu nummorum esset datum. gemebant Syracusani: sed tamen patiebantur. Repentè recitatur vno nomine sestertiũm ducenta quinquaginta millia iussu Prætoris data. fit maximus clamor omnium. Et paulò pòst de pecunia illa reddita à Verre loquens, Numerantur illa ducenta quinquaginta sestertia Syracusanis. Nonne ex hoc loco patet clarissimè, ducenta quinquaginta sestertia, hoc est ducenta quinquaginta millia sestertiũm nummorum particulam vnam esse tricies sestertii? Quippe tricies sestertium significat tricies centena millia sestertiũm nummorum: quomodo & illud Suetonii Tranquilli in Augusto, Senatorũ censum ampliauit, ac pro octingentorũ milliũ summa duodecies

decies sestertiũm taxauit, id est duodecies centena millia sestertiũm. quod cum in omnibus exemplaribus legeretur, Antonius Sabellicus vir alioquin diligens & doctus emendasse se gloriatur, vt suprà dictum est, & pro duodecies sestertiũm, duodecies centies legẽdum esse cõtendit: cui etiam adstipulatus est Philippus Beroaldus, itidẽ ipse doctus, ac multæ lectionis: ambo nihil in ea re videntes. Hoc & ex eodem auctore alio loco ostendi potest in Othone, Sperauerat (inquit) fore vt adoptaretur à Galba: idq; in dies expectabat. sed postquam Pisone prælato spe décidit, ad vim cõuersus est, instigante super eum dolorem etiam magnitudine æris alieni. neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse: nihílque referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet. ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertiũm expresserat. hoc subsidium tanti cœpti fuit: ac primò quinque spiculatoribus commissa est res, deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant. omnibus dena sestertia repręsentata, & quinquagena promissa. per hos solicitati reliqui. Insignis erat ille locus ad animaduertendam differentiam inter dena sestertia, & decies sestertiũm, & tamen ibi quoque Sabellicus decies sestertiũm dena sestertia interpretatus est, conniuente Beroaldo. Si enim quindecim spiculatoribus dena sestertia repręsentata, hoc est singulis decem, iam cẽtum quinquaginta sestertia fiunt: & si quinquagena promissa, hoc est singulis quinquaginta: septingenta quinquaginta in summa fiunt, quæ simul iuncta nongenta millia sestertiũm faciunt. At Tranquillus dicit decies sestertiũm subsidium tanti cœpti fuisse, id est inuasionis imperii Romani. Iam igitur effectum habemus, decies sestertiũm non minus esse nongentis sestertiis. Martialis in primo Epigrammatum·

Millia pro puero centum me mango poposcit,
Risi ego, sed Phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet & queritur, dolet hoc mea mentula mecum,
Laudatúrque meam Phœbus in inuidiam.
Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies: hoc da tu mihi, pluris emam.

Calderinus vir ingeniosus bis decies sestertiũm, xx. sestertia interpretatur, corrupto sensu epigrammatis: cuius dubio procul huiusmodi sensus est, non mirum esse si Phœbus puerum centum sestertiis licitatus esset, quanti Martialis emere nõ potuerat: quippe qui vicies cẽtena millia sestertiũm ex quęstu collegisset, hoc est vicies tantũ quãti puerũ mercatus erat. alioquin sensus erit absurdissimus. Cicero. xiii. Epist. ad filiũ scribens, Titi Pinnii filio mirè erudito, studioso, & modesto, pecuniã Nicæenses grandẽ debent, ad sestertiũm octogies: &, vt audio, in primis volũt ei soluere. Ibi interpres epistolarum, sestertiũ (inquit) pro sestertiorũ ponitur, & subauditur millia, id est ad octoginta millia sestertiũm. Eleganter autẽ in his sermonibus ponunt oratores & poëtæ aduerbia pro nominibus: vt, debes decies sestertiũ, quadragies sestertiũ, & sic in cæteris, & vtuntur genitiuo syncopato in nominibus nummorũ. Dicimus etiam hoc sestertium, & hic sestertius. Hacte-

Duodecies sestertiũm, census Senatorius.

Decies sestertiũm, & dena sestertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus ille. Ego autem octogies sestertium, octogies centena millia sestertiũm F
significare affirmo: & grandẽ ob id pecuniã à Cicerone dictam. Hoc etsi ex
prędictis satis confirmatum videtur, non tamen scrupulo carebit, vt video.
si enim hoc verum est (dicet aliquis circunspectus obseruator) quoná mo-
do intelligi illud potest quod apud Tranquillum in Vespas. legitur, Sed &
in funere Fauo archimimus personam eius ferens, imitansq; (vt est mos) fa-
cta ac dicta viri, interrogatis palàm procuratoribus quãti funus & pompa
constaret, vt audiuit sestertium centies, exclamauit, centum sibi sestertia da-
Tranq. locus. rent, ac se vel in Tyberim proiicerent? Hic locus (vt arbitror) Trãquilli in- G
terpretes fefellit, vt idem esse putarent sestertium centies, & sestertia cen-
tum: quem tamen corruptum esse necesse est intelligere ex iis quæ antè de-
monstrauimus. Vtrobique autem sestertium centies legendum esse argu-
mentis probari non leuissimis potest. Nam præterquam quòd veritati non
congruit vt funus imperatorum cẽtum sestertiis æstimaretur, quum Nero
imperatorum omnium flagitiosissimus, qui destitutione conterritus, pu-
gione sese interemerat, furtim raptimque à libertis sepultus, bis tantidem
funeratus sit, de quo idem Tranquillus, Funeratus est (inquit) impensa du-
centorum millium, stragulis albis auro intextis quibus vsus calẽdis Ianua- H
riis fuerat. reliquias Ecloge & Alexandria nutrices cum Acte concubina,
gentili Domitiorum monumento condiderunt. Cum igitur id simile ve-
ri non est, vt poeta mimographus Vespasiani funus, vt deparci principis,
ita optimi, centum millibus nummorum æstimarit, cum princeps nequis-
simus ante eum Nero ducentis funeratus fuisset: tum verò sapientis poetę
non fuisset, tam licenter illudere fastigio principali, vt ob paruam pecuniã
eousq; commotum fingeret, vt vel in Tyberim se abiici præoptaret, quàm
tantula pecunia funerari. Eodem igitur errore apud Tranquillum centum
pro centies scriptum est librariorum temporumq; vitio, quomodo apud I
Ciceronẽ in Actione prima in Verrẽ quadringenta pro quadringenties, vt
suprà diximus: & apud Plinii nõ semel idem error deprehenditur, vt in-
Plutarchi locus. frà ostendetur. Maioris est illud anxietatis, quod apud Plutarchum in An-
tonio legitur his verbis, Antonii munificentiæ vnum exemplum narrabo.
Cuidam ex amicis dari iusserat millia vigintiquinque. hoc Romani decies
appellant. procuratore autem admirante, & vt magnitudinem donationis
ostenderet, in conspectu eius pecuniã depromente, rogauit Antonius quid
hoc esset: illo autem respondente eam esse pecuniam quam dono dari ius- K
sisset, conspicatus hominis improbitatẽ, Equidem (inquit) arbitrabar am-
pliorem pecuniã decies sestertium continere. hoc verò parum est. itaq; tan-
tundem superadde. Sic in Plutarcho latino facto legitur, & ille locus vno
in loco ab Antonio Sabellico citatur, & ab Roberto Vulturio in libro de
re militari, & ab aliis itidem, qui de re nummaria scribẽtes, locum eum ve-
rè traductum existimauerunt: cuius tamen sensus pugnat cum eo quod o-
mnes de sestertiis censuerunt. nam cum illi omnes concordi errore decies
sestertium decem sestertia significare dixerint, Plutarchus, si locus ille non
mendosus est, vigintiquinq; significare dixit. Ego cum in eo quod tuendũ
suscepi

A suscepi, pertinaciter hæream: possim fortasse, si alium exitum rei non inue-
niam, vel in hanc præcipitem defensionem erumpere, vt dicam Plutarchũ
hominem Græcum in Romanorum consuetudine falli nonnihil potuis-
se. Sed cum veritatem tueri alia via possim, temerarium omnino esset, &
inscitiæ plenum, futili vti vmbone, & è medio sumpto, auctoris tanti eleua
ta auctoritate, præsertim cum eius testimonio vt graui & irrefutabili vsu-
rus sim in sequentibus. Proinde eum Plutarchi locum accuratè mihi an-
xieq; versanti, hoc etiam in mentem venit, posse me & hoc quoque eius di
B cto vti ad confirmandum id quod dixeram, & id quod mihi obiici potest,
in meam rem vertere. Primum igitur hoc dico, cõsentaneum veritati non
esse, vigintiquinque millia nummũm magnificam donationẽ à Plutarcho
dictam esse, præsertim eius imperatoris qui bonam partem imperii Ro. te-
neret, & in suos vsus verteret, vt infrà ostendemus. Paruam autem esse eam
summam interim saltem ex eo liquebit, quòd Martialis puerum amasium
centum millibus emptum esse in eo epigrammate scribit, quod suprà retu-
limus. Deinde hoc dico, hunc errorem ex eo inualuisse, quòd hæc verba
quanuis mendosa, veritati tamen magnopere alludunt. Quomodo enim
C sestertius duos & semis asses valet, & sestertia singulas duas libras & seli-
bram, vt antea docuimus: sic illud genus tertiũ sestertii duo millia & quin-
gentos nummos valere posse videbatur. Quare pulchrè ratio quadrare vi-
debatur, vt decies sestertium vicenaquina millia valeret. Ego autem cum
dixerim eius generis sestertium cẽtum millia valere, quod alii singula mil-
lia valere dixerunt, sed apud Plutarchum tamẽ pro binis millibus & quin-
gentis legi, (sic enim inquit Sabellicus) inueniẽda ratio est, & quidem huic
loco consentanea, quę hunc scrupulum lectori eximere planè possit. vt au-
tem hoc fiat, necesse est accedere in singulas sestertii huius vnitates nona-
D gintaseptem millia & quingentos nũmos. hoc vero pulchrè fiet si ita apud
Plutarchum legamus, Cuidam ex amicis dari iusserat vigintiquinque my- Locꝰ Plut.
riadas drachmarum. Singulæ myriades, dena millia drachmarum, id est de-
nariorum valent: quæ quinquies & vicies multiplicata, ducenta quinqua-
ginta millia denariorum faciũt. quæ summa rursus quater ducta, cum qui-
libet denarius quaternos sestertios valeat, mille sestertia efficit, id est decies
centena millia sestertiũm. sic à Plutarcho græcè scriptum esse aliquãdo ne
dubitarem, antequam scilicet Plutarchi historiæ æreis formis editæ essent,
fecit mos aliorum Græcorum, ipsiusq; Plutarchi, atque ipsa rei veritas, quã
E consertis manibus retentanti mihi, nec mendæ librariorum eripere, nec er-
rores interpretationum possunt. argumento erit ille locus eiusdem Plutar-
chi in Galba, δοκεῖ δὲ μηδ' ἂν εἰδὴ τοῖς ἰδίοις μόνον ἐλλεῖψ τὸν Ὄθωνα κληρόνομον, ἀκόλαστον
εἰλὼς καὶ πολυτελῆ, πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. Videtur autem
Galba Othonem ne in priuato quidem patrimonio successorem sibi desti-
nasse, vt quem sciret & vitæ incontinentia luxuq; præditum, & insuper ære
alieno mersum ad quinque millia myriadum. Hoc vt rectè interpres quin-
quagies decies centena millia colligit, quod quidem ad numerum redden- Quingen-
dum attinet: sic ego latinè & vsitatè quingenties sestertium verterem, ita ties sester-
tium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen,vt myriadas nummorum intelligamus: quod genus loquendi asse- F
qui nemo recẽtiorum potuit.quæ causa est vt in libris è Græco versis alias
prorsus summas legamus quàm in libris antiquis Latinorum, vt apud Ap
pianum idẽtidem,& apud Orosium vno in loco mox videbimus:qui cum
supra mille annos fuerit, priscum tamen morem non tenuit. Eum autem
morem Græcorum fuisse,vt non per numerum nummorum, nec per ses-
tertia, sed per myriadas drachmarum, omnes summas pecuniæ memoriæ
traderent,duntaxat de Romanis scribentes,ex dicendis constabit, cum eo- G
rum auctoritatibus vtemur. Sed & de hoc more loquendi libro.iii.videbi-
mus ex Demosthene. Cum autem post primam huius libri editionem le-
gere mihi historiam græcam eiusdem Plutarchi contigit, recèns ex offici-
nis Transalpinis publicatam,certam iam fidem habere cœpi eius quod cõ
iectura exacta antea collegeram.sic enim eo in loco historiæ legitur,τῷ φί-
λων τινὶ μυρίαδας ἑκατὸν πέντε καὶ ἄλλας δοθῆναι,τοῦτο ῥωμαῖοι δεκὰς ἑκατὸν καλοῦσι. Amicorum
cuidam myriadas quinque & viginti dari iusserat: hoc Romani decies ap-
pellant. Quanquam autem per ea quæ hactenus dicta sunt,satis demonstra-
se videri possim,quid sestertium decies à sestertiis decem differat,& ea quæ
occurrere poterãt dubia dissoluisse:iamq; (vt arbitror)lectores cum ad hũc H
locum accurata intentione legendo peruenerint,fidem dictis nostris accõ-
modare nõ dubitaturi sint,vlterioremq; nobis probationẽ remissuri, quod
ad hoc quidem attinet:hanc tamen in me legem vltro ferre planeq; sancire
hoc in opere statui, vt nũquam perfunctus pollicitatione videar,nisi ita o-
mnia perspicua fecero,vt negare omnino quisquã ea quæ demonstrauero,
citra improbitatem nequeat. Vt hoc autem efficere possim, vtar rursus Ci-
ceronis auctoritate,qui in Actione.iii.in Verrem, cum multa Verri furta
obiecisset per totam eam orationem, ad extremum velut summam crimi-
num exaggerans,vnius tantum oppidi furta ac paucorum mensium colli- I
gere statuit,vt de vniuersis pecuniis per iniuriam ablatis documentum cõ-
iecturamq; daret. Ait igitur se publicanorũ tabulas conquisitas obsignasse,
& ad iudicium illud Verris attulisse, vt ex perscriptis sub nomine Præto-
ris nauium commeatibus,constare iudicibus ratio posset earum mercium
quas Verres tunc Siciliæ Prætor in Italiam deportandas curasset. Eius igi-
Locꝰ Verrinæ tertiq; Ciceronis. tur hæc verba sunt circa finem orationis, Cum hæc paucorum mensiũ ra-
tio in his libellis sit,facite vt vobis triennii totius veniat in mentem.sic cõ-
tendo,ex his paruis libellis apud vnum magistrum societatis repertis, vos
iam coniectura assequi posse cuiusmodi prædo iste in illa prouincia fuit:q; K
multas cupiditates,quàm varias, quàm infinitas habuerit: quantam pecu-
niam non solùm numeratam, verùm etiam in huiusce modi rebus positam
confecerit,quę vobis alio loco planius explicabuntur.nunc hoc attendite:
His exportationibus quæ recitatæ sunt,scribit sestertia.lx.socios perdidisse
ex vicesima portorii Syracusis. Pauculis igitur mensibus,vt hi pusilli & cõ-
tempti libelli indicant,furta Prætoris quæ essent sestertium duodecies, ex
vno oppido solo exportata sunt. Nego quẽquam esse acutũ ac perspica-
cem lectorem,qui post hæc verba Ciceronis dubitare potuerit de eo quod

adstruimus

A adstruimus. quod vt omnibus etiam crassioris Mineruæ lectoribus planũ
fiat,paucis verbis rem explicabo. Cum enim affirmet Cicero societatẽ pu-
blicanorum ex vicesima portorii sexaginta sestertia,id est sexaginta num-
morum millia,ideo perdidisse,quòd Verres immunes merces tanquã præ-
torias nec tamen improfessas transportabat,& ex eo colligat furtiuas mer-
ces ad sestertium duodecies ex vno oppido abstulisse:certo iam certius ha-
beo sestertium duodecies,mille ac ducenta sestertia significare. si enim se-
xagenarium vicenario multiplicaueris,mille & ducẽta fient in summa. at-
B qui Cicero furtorum summam à portorio vicesimæ probare facilè potuit.
Si ergo vicesima pars sestertii duodecies, sexaginta sestertia esse ab eo dici-
tur, necessariò sestertium duodecies,mille ac ducenta sestertia eodem au-
ctore erit. Hoc etiam post Ciceronem Martialis libro primo Epigramma-
tum docere his verbis potuit,

Si dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques:
Qualiter o viuam,quàm largè,quámque beate!
Riserunt faciles & tribuere dei.
C In ius o fallax atque inficiator eamus,
Aut viue,aut decies Scæuola redde deis.

Sic enim & ipse & alii poetæ loqui solent sine adiectione sestertii: vt idem
ad Calenum,

Non plenum modò vicies habebas,
Sed tam prodigus atque liberalis,
Et tam lautus eras Calene,vt omnes
Optarent tibi centies amici.

Vbique enim sestertium subintelligendum. Et in tertio,
D Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis,
Abstulit hanc nimium casus in vrbe frequens.
Collatum est decies:rogo,non potes ipse videri
Incendisse tuam Tongiliane domum?

Nec poetas modò decies absolutè,sed etiam prosa oratione loquentes so-
litos esse dicere Plutarchus in loco supradicto docet, ἐπὶ πολλῶν ὅμιλον, ἄφνω, δ κ-
κλος ἦν. Docebunt & auctoritates priscæ quæ à nobis sparsim in sequẽtibus
citandæ sunt. Verùm Martialis apertè docet decies sestertium maioré mul-
to pecuniam esse sestertiis ducentis : quo in loco Calderinus non ducenta
E sestertia,sed ducentos nummos ridiculo errore intellexit. sic enim ducenta
absolutè dicuntur à Martiale,vt à Iuuenale quadringenta in 1.Satyra,

- Sed quinque tabernæ Quadringenta parant -

id est censum Equestrem. Et in quartadecima,

Sume duos equites,fac tertia quadringenta.

Oratores plerunque adiiciunt sestertium. Rursus Martialis,

Dederas Apiti bis trecentries ventri,
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.

Quo in loco Calderinus,Apitius (inquit) habebat septingenta millia: sex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cẽties sestertium, cõpendiosa locutio.

consumpserat luxu: & cum adhuc centum supereſſent, veritus ne non poſ F
set explere gulam ea pecunia, venenum bibit. Centies ille pro centum millibus intellexit, centuplicatò ſcilicet (vt alii omnes) falſus. Martialis enim centies centena millia intellexit, id eſt centies ſeſtertiũ. Ortus eſt enim apud antiquos ille loquendi modus ex compendio ſermonis. Nam cum primũ dicerent centies centena millia ſeſtertiũm nummũm, poſtea vſus obtinuit, vt compendioſe centies ſeſtertium dicerent: quem loquendi modum nõnulli recentioris memoriæ ſcriptores non percipiẽtes, centies talentũ protulerunt, quaſi ſeſtertium rectus aut accuſandi caſus ſit, & non potius genitiuus. Poetæ autẽ & alii interdum ſcriptores compendiũ illud iterum contrahentes, non centies ſeſtertium, ſed centies tantum dicunt, vt in exemplis ſupraſcriptis, ſubintelligi volẽtes centena millia ſeſtertiũm: vt in illo Martialis Epigrammate in ſecundo libro, G

Illa dies mortua eſt Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Decies enim centena millia intelligendum: vt apud Iuuenalem,

- Et ritu decies centena dabuntur Antiquo -

Quam magnam eſſe pecuniã ex Horatio in primo Sermonũ intelligimus, H

- Decies centena dediſſes
Huic parco, paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis -

Aſconius quodam in loco, Luſcius notus Centurio Syllanus, dies è victoria factus, nam amplius centies poſſederat. Cæterũm ex obſeruatione antiquorum didici, nunquam infra denarium numerum ſic eſſe eos locutos, vt dicerent ſepties vel octies vel nouies ſeſtertium: ſed intra denarium per millia vel ſeſtertia loqui ſolitos. Cicero libro primo Epiſt. ad Atticum, Lucio Cincio ſeſtertia nongenta pro ſignis Megaricis, vt tu ad me ſcripſeras, curaui. Et pro Cluentio, Initio permagnam pecuniam popoſcit, pòſt ad id peruenit quod confici potuit, & ſeſtertia ſexcenta quadraginta millia deferri ad ſe domum iuſſit. Idem, Sedecim dico Iudices, vt Oppianicus abſolueretur, corrumpendos fuiſſe: ad Stalenum ſexcenta & quadraginta millia nummũm eſſe delata. Et ad Ruffum ſcribens in quinto Epiſt. Nam de ſeſtertiis nongentis millibus certè ita relatum eſt, vt tu ſiue frater tuus referri voluit. Supra decem per aduerbium & genitiuũ antiqui ferè locuti ſunt, vt in exemplis omnibus ſuperius adnotatis. Non me latet apud Plinium lib. xxxvi. ad ſeſtertia mille legi, & ſeſtertiis mille ducẽtis: ſed vetuſta I
lectio nõ adſtipulatur impreſſis libris. Tranq. in Cæſ. Seruiliam Bruti matrem ante alias dilexit, cui & proximo ſuo Cõſulatu ſexagies ſeſtertiũ margaritam mercatus eſt. Sic Pli. lib. ix. de Lollio, Vt neptis eius quadringẽties ſeſtertium operta ſpectaretur ad lucernas. In quibuſdam tamen exemplaribus ſeſtertio legitur. Tranq. in Caligula: Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia dormitante, monitum præconem ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem ſibi, prẽteriret: nec dicendi finem factum, quoad. xiii. gladiatores ſeſtertium nonagies ignoranti addicerentur. Quo tamen

Mos loquendi priſcorum.

Suetonij locus.

A men in loco non dicendi ſed licendi lego cõtra fidem exemplarium, id eſt licitandi in auctione. Verùm ſeſtertium in ſuperioribus exemplis gignendi caſu dicitur, vt apud Cic. in Verrem act. prima: Cognoſceret ex me populus Ro. quid ſit quod iudiciis ad Senatorium ordinem tranſlatis, ſublatáque populi Romani in vnumquẽque noſtrum poteſtate, Quintus Calidius damnatus dixerit, minoris ſeſtertium tricies prętorium hominem honeſtè non poſſe damnari. Quæ verba licet notis ſcripta ſint in libris impreſſis, Aſconius tamen ita legit. In quo more loquendi (vt ſuprà dixi) aliquid
B ſubaudiendum facilè intelligimus, vt ſit integrum, hominem prætorium damnari minoris tricies centenis millibus ſeſtertiũm. & quoad. xiii. gladiatores nonagies centenis millibus ſeſtertiũm addicerẽtur Saturnino dormitanti. Seſtertiũm enim per ſyncopam pro ſeſtertiorũ dicitur, vt auctor eſt Cicer. in Oratore perfecto. Frequẽtius tamen per ablatiuum legitur, vt Tacitus lib. xvi. Cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatus eſt prin- Seſtertio.
ceps, vt amiſſa vrbi reponerent. Plinius ad Caluiſium lib. iii. Epiſt. Vt ſcias quanti videantur poſſe emi, ſeſtertio tricies: non quia non aliquãdo quin-
C quagies fuerint: verùm ex hac pœnuria colonorum, & temporis iniquitate, vt redditus agrorum, ſic etiam precium retro abiit. Tricies ſeſtertio pro tricies centenis millibus dixit Plinius: tametſi vir alioquin & doctus & diligens, opinione inueterata omnium enarratorum ductus, triginta millibus id verbũ interpretatus eſt. Valerius lib. ix. de Cneo Domitio & L. Craſſo loquens, Quem cum continuò Craſſus quanti ipſe domum ſuam æſtimaret, interrogaret, atq; vt reſpondit ſexagies ſeſtertio: Quo ergo eam (inquit) minoris fore æſtimas, ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? Ipſe tricies ſeſtertio, inquit Domitius. Apud Ciceronem in Philip. ii. ſeſtertii in genitiSeſtertij.
D uo legitur, Syngrapha ſeſtertii centies per legatos viros bonos, ſed timidos & imperitos facta in gynæceo. Sic apud Tacitum lib. xii. Fixum eſt ære publico Senatuſconſultum quo libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor, antiquæ parſimoniæ laudibus cumulabatur. Idem, Eodem oratore Bononienſi Coloniæ igni hauſtæ ſubuentum eſt centies ſeſtertii largitione. In Tranquil. ſemel omnino legi, vbi in Tyberio ſic inquit, Publicè munificentiam bis omnino exhibuit, propoſito millies ſeſtertio gratuito in triẽnii tempus. Illud apud Tacitum aut mendoſum eſt, aut inſolẽs, Bis & vicies mille ſeſ- Tacit. lo.
tertium donationibus Nero effuderat. Millies enim lego, non mille. Liuius
E poetarum more abſolutè dixit libro octauo de bello Maced. In L. (inquit) Liuij lo.
Scipione malim equidem mendum quàm mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atque argenti, & potius quadragies quàm ducenties quadragies litem æſtimatam, eò magis, quòd tãtæ ſummæ rationem etiam ab ipſo requiſitam P. Scipione in Senatu tradunt, librumq; rationis eius cum L. fratrem afferre iuſſiſſet, inſpectante Senatu ſuis ipſum manibus compreſſiſſe, indignatum quòd cum bis millies in ærarium retuliſſet, quadragies ratio ab ſe poſceretur. vbi tamen non compreſſiſſe, ſed concerpſiſſe lego. Sic Cicero in frumentaria, Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem cenPlinij loc.
ties & tricies erogatum eſt. Illud Plinii ad Caluiſium in quinto Epiſt. An

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui de meo sedecies contuli,ita lego· An cui de meo sestertiûm decies con F
tuli,huic.cccc.millia paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegé? Quadringenta enim sestertia,tertia pars est duodecies sestertiûm , & paulo amplior tertia parte decies sestertiûm,id est mille sestertiorum. Fuit autem cum existimarem omnino ita loquendum esse, vt post aduerbium semper genitiuum pluralem subiungeremus, hoc modo qui suprà relatus est,Hominem prætorium minoris sestertiûm tricies damnari non posse.&,Sexagies sestertiûm margaritam mercatus est.& apud Cornelium Nepo.in vita Pompo. Tantaq; fuit moderatione, vt neq; in sestertiûm vicies quod à patre acceperat,parum se splendidè gesserit: neq; in sestertiûm centies affluentius vixerit. Aliquādiu igitur ita loquendum arbitratus sum, quoniam sermo integer hoc poscere videtur,in quem cōtracta oratio sic resoluitur, sexagies centenis millibus sestertiûm nummorum margaritam mercatus est. Sesterio quadragies. Quare illum loquēdi modum, Quadragies sestertio solatus est:&, Libertinus sestertii ter millies possessor,iudicabam errore legētium,librariorumq; ignorantia in exemplaribus inualuisse. Aliter tamē nunc censeo, quum huiusmodi locutione,etsi contra rationem recepta,tamen libri magnorū auctorum scateant,quale illud Ciceronis in Sallustium simile supradictis,Ne causam diceret,sestertio duodecies cum Censore pacisceretur. vel cum Cæsare potius,vt in antiquo legimus. Vnum in prætura vrbana locum notaui pluraliter enunciatum,hoc modo, Hinc sestertiûm quaterdecies P. Tadio numerata Athenis,testibus planum faciā. Quod sic resoluitur, Quaterdecies centena millia sestertiûm numerata. quæ auctoritas omni refutatione maior mihi visa est. Contra tot tantorumq; scriptorum auctoritatem mouere nos non potest Lampridii dictum in Heliogabalo, Nunquam minus sestertiis centum cœnauit,hoc est argenti libris triginta.aliquando autē tribus millibus sestertiis cœnauit, omnibus supputatis quæ impendit. Antiqui enim scriptores non tria millia sestertia,sed tricies sestertiûm dicebant. Inter classicos autem scriptores nec Lampridius,nec Spartianus,nec Capitolinus numerari meruerūt. Ausim enim affirmare rarò antiquos vltra mille sestertia scripsisse: ac nescio etiam an rarissimè mille dixerint: quomodo nunquam aduerbiis vsi sunt infra denarium numerum. alioquin ambiget sermo inter singulos millenosq; nummos. Quî enim minus intelligas his Lampridii verbis Heliogabalum tribus millibus nummûm cœnauisse, q̄ ter millies millibus,id est tricies centenis millibus?& tamen Lāpridius plus omnino centenis millibus dicere voluit, id est centenis sestertiis. alioquin etiam parum latinè dicitur tria millia sestertia, & tribus millibus sestertiis, Ciceronis pro Cluētio locus. etiam si apud Ciceronem ita legatur pro Cluentio vel in libris membranaceis· Stalenus sestertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit.& sæpe alibi apud Columellam,Plinium,& alios:quæ mendosa esse facilè coniicimus.nam & apud Ciceronem post alteram ab eo loco chartam sequitur,sexcenta & quadraginta nummûm millia ad Stalenū esse delata. Sic pro Rabirio, Quid vociferabere,decem millia talenta Gabinio esse promissa? vbi talentûm gignendi casu lego,quomodo legendum esse apud Ciceronis pro Rabirio locus.

Curtium

A Curtium ex membranaceo codice admonitus sum. hic enim error volumina passim iam olim occupauit,errore librariorum, qui ea verba numerorum quæ notis scripta erant,vel vna aut altera syllaba dimidiata, integra transcripserunt, nec numerandi rationem antiquam, nec latinè loquendi tenētes.& alioquin sestertius nummus & sestertium genere neutro caligi- Sestertium
nem multam legētibus offuderunt. Nam vt pro nummo sestertium in re-
cto dictum sit,mihi persuadere non possum,etiā si apud Festum Pliniúmque semel legatur. sed ex collatione antiquorum voluminum suspectum
B locum Plinii animaduerti. Vt autem vsquequaque priscam elegantiā, mul
ta iam rubigine ignorantiæ exesam, ita reddamus interpolem, vt ex pristino nitore desiderari nihil possit, vnum tantum locum Ciceronis ex Præ-
tura vrbana citabimus, qui ad hoc ostendendum cum præcedentibus satis erit: in qua oratione de rationibus Quæsturæ prouincialis relatis à Verre
loquens sic inquit verba ipsa rationū referēs, Accepi vicies ducenta. xxxv. Cicer.lo.
millia,quadringentos.xvii.nummos.dedi stipendio, frumēto,legatis, Pro-
quæstori,cohorti Prætoriæ,sester.mille sexcenta.xxxv. mil.quadringentos
decem & septem nummos.reliqui Arimini sestertiûm sexcēta millia. Hoc
C est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu Hortensi, aut quisquam ho-
minum retulit? Quæ verba ex collatione Asconii contra fidem exemplarium emendauimus,& nisi hoc modo legantur, ratio expensi acceptiq; nō
quadrabit,quam necesse est quadrare si sensum Ciceronis percipere volumus. Siquidem ille Verrem Carbonis Quæstorem pecuniam publicam a-
uertisse criminatur,falsis ac cōmentitiis rationibus ad ærarium relatis. Eas
autem commentitias hoc argumento probat, quòd acceptorum expenso-
rumq; paginæ ad nummū quadrarint, ita vt nihil superfuerit reliquamen-
ti:quod fieri vix potuit nisi in confictis rationibus. Cum igitur pagina ac-
D cepti vicies centena millia & ducenta trigintaquinque millia & quadrin-
gentos decem & septem nummos habuisset, Verres sestertia(vt ita dicam)
mille & sexcenta.xxxv.quadringentos.xvii.nummos,variis nominibus ex-
pensa reip.tulit, & sexcenta sestertia Arimini deposuisse sese adscripsit, ne
de residuis pecuniis teneri videretur. Notandus est ergo loquendi modus
antiquorum, Accepi vicies & ducēta, hoc est bis & vicies sestertium, quod
Cicero vel Verres potius dixisset, nisi minores illas summas addendas ha-
buisset,id est.xxxv.millia quadringentos nummos. Notandū tamen quòd
sestertia mille sexcenta dixit pro sedecies sester. Verris verba referens,quod
E rarum est,vt vicies ducenta,pro bis & vicies. Cæterùm illum Lampridii lo
cum alioquin mendosum esse ex sequentibus apparebit, vt pro.xxx.libris
ccl.legi debeat: nisi fateri malim Lampridii tempore priscum illum morē
loquendi iam obsoletum fuisse, vt & ipsam linguam propè Latinam. In-
terim tamen hoc velim lectores sibi persuadeant, ita me omnia percepta,
probata,comprehensa, perspicua, indubitata,demonstrata denique ac pla-
nè non controuersa relicturum, vt posthac referri earum rerum quæstio ex
iis scriptoribus nō possit,qui secula sua stylo nobilitauerūt. Verùm eò iā
progressa est commentatio, vt primus hic liber finem accipere commodè

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit. Assis enim partiumq; eius significatus, atq; eorum verborum vsum quàm latissimè patentem apud antiquos, expositimus, ita vt nihil addi ad prædicta (vt existimo) possit, quin à nobis in sequentibus expectandum sit. Diximus quid sit sestertius, quid sestertia, quid sestertium cum aduerbiis numeralibus iunctum: vsumq; eorum verborum oratoribus & poëtis multipliciter vsurpatum addidimus, omniaq; (vt opinor) eodem pertinentia, citatis, enarratis, interdumq; emẽdatis scriptorum auctoritatibus, quæ in ordinem dicendorum incurrere videbantur. Hac igitur fine librum primum claudemus, vt hoc velut interspiratu recolligere impetum ad secundum actum nõn minus argumentosum possimus.

Gulielmi Budæi Parisiẽsis, à secretis Regis Franciæ, de Asse & partibus eius, Liber II.

RESTAT pars immensi laboris in hoc libro explicãda. etenim prima illa opera quasiq; ærumna exanclata, demum quod actum erat, parum videri cœpit, nisi & altera lucubratio ei haud dubiè connexa & velut è vestigio sequens, instauraretur. Et quidem existimaui (vt est animus humanus nullo inuẽto nisi suis numeris omnibus cumulato explebilis) qui à nobis hactenus dicta probassent, haud tamen ipsos in iisdem acquieturos, nisi vt antiqui pecuniæ calculi deprehensa vocabula ego me tenere cõfiderem: sic etiam eorum æstimationem colligerem. Etenim quonam tandem pacto commercium iustum plenumq; cum ætatis priscæ monumentis habebimus, si eorum numismatis indicatio exactáque æstimatio nos fugerit? Perinde atque si huius ætatis negociatores in gentem exteram & incognitam merces petant, quæ quanti ab ea gente indicentur, non percipiãt, sed pro suo quisque captu precium iis statuant. Quare omnino faciẽdum nobis est in hoc opere, vt nihil posthac memorabile aut apud quẽquam Latinorum, aut apud Græcos historicos de rerum preciis, aut de publicis priuatisq; opibus legatur, quin id à nobis ad nummum ære nobis æquali æstimetur. acine id quidem modò, sed etiam vt Atticum argentum Romano permutemus, ac porrò etiam commentantes eousq; pergamus, vt vel corollarium pronunciatę dicendarum rerum summæ addidisse iudicemur. Quod cum effecerimus (facturum enim omnino me recipio) quid iam caussæ erit, quin omnes libri Græci in Latinam linguam, aut Latini in vernaculam versi, hac omnino parte illustrati videantur & explanati? Hoc autem vt assequamur, ab integro rursus ordiẽdam rem habemus. Itaque, vt antea dictum est, Seruius rex primus æs signauit. signatum est autem nota pecudum,

dum, vnde & pecunia appellata. Maximus autem census (inquit Plinius) centum & decem millia assium illo rege fuit. & ideo hæc prima classis. Cũ igitur apud antiquos millia æris legimus, millia assiũ intelligere debemus. Liuius lib. v. ab Vrbe condita de Camilli exilio loquens, Absens (inquit) quindecim millibus grauis æris damnatur. De hoc loquens Plutarchus in eodem Camillo ita inquit, Ἑκάστου μὲν οὖν μετασὰς ἅφλε πλὼ δίκλω ἑρήμλω, τίμημα μυελίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχοσαν, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίε λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι, ἀσσάριον δ' ἦν τ ἀργύριον. καὶ τ δικάλκλον ὅπως ἐκαλᾶτο ἄλλως ἐίσμεν. Ille igitur cum solum iam vertisset, indicta causa desertóq; iudicio damnatus est, cuius mulcta quindecim millium assium fuit: qua summa ad argenti supputationem relata, fiunt mille & quingentæ drachmæ. As enim tunc erat pecunia, & ita decussis denarius vocabatur. Ex quo intelligimus denarium fuisse argenteum, & denis assibus valuisse. Assis autem à Plutarcho pro æreo nummo ponitur. nam Latini assem nunquam argenteum nomisma appellauerunt. Iam igitur habemus ex Plutarchi auctoritate centum & decẽ millia æris, quæ olim prima classis, id est summus census fuit, vndecim millia drachmarũ valuisse: & suprà probatum est auctoritate Plinii drachmã & denarium eodem pondere fuisse. ita iam constat, centũ millia æris, quadraginta sestertiũm millia valere, cum quaterni sestertii denos æris asses valeant. Sic Camillus quum quindecim æris millia dissoluere nequiret, id est sex millia nummũm, exilii causa solum vertit. Appellatione autem æris assem intelligi constat ex Tranquillo in Augusto, Caium (inquit) & Luciũ adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa. Quod Tranquillus per assem & libram dixit, lex. xii. tabularum per æs & libram dicebat: quæ verba in secundo libro Institutionum Iustiniani leguntur sub titulo de testamentis. Gellius lib. xiiii. Tertium (inquit) testamentorum genus fiebat per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur. Sed de hoc nos copiosè disseruimus in Annotationibus in Pãdectas editis. As igitur æreus erat, & paruæ æstimationis, vt suprà demonstrauimus, & ex Catullo patet illis versibus,

Viuamus mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum seueriorum
Omnes vnius æstimemus assis.

Denarius autem argenteus decem libris æris, id est assibus decem valebat. Et quinarius quinq;, hoc est denarii dimidio, vt sestertius quinarium dimidiatum valebat, hoc est duos asses & semissem. Erat & quadrans (auctore Plinio) nummulus, qui & triuncis vel triunx vocatus est à tribus vnciis. Vt enim sestertius quarta pars est denarii, ita quadrans quarta pars assis, hoc est libræ æreæ, quæ cum erat argẽtea, non assis argenteus, sed libella dicebatur, vt suprà docuimus. Fuit etiam triens nummus tertia pars assis. Cæterùm quem quadrantem Plinius & triuncem appellat, Cicero teruncium appellauit lib. iii. de Finibus, his verbis: Interit enim magnitudine maris Aegæi, stilla muriæ, & in diuitiis Crœsi terũcii accessio. Et ad Atticum lib. v. Spero toto anno imperii nostri teruncium sumptus in prouincia nullum fo-

Millia æris.
Denarius.
Centũ æris millia.
Quinarius
Sestertius.
Quadrans
Triuncis.
Triens.
Teruncius

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Varro, Teruncius (inquit) à tribus vnciis dictus, quòd sit libellæ quarta pars, quomodo & quadrans assis. Iam antea ostendimus libram & minam centum drachmarum ac totidem denariorū fuisse. qua ratione patet quadringentos sestertios in libra fuisse. Nunc centum sestertios vno aureo valuisse docebo. Tranquillus in Othone, Nullo igitur officii aut ambitionis in quēquam genere omisso, quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat. Plutarch. in eodem χρυσᾶν ἑκάστῳ δηνάριον dixit, id est aureum singulis distribuens. Tacitus de eodem lib. xvii. Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Meuius Pudens è proximis Tigillini. is nobilissimum quēque ingenio, aut pecuniæ indigum, & in nouas cupiditates præcipitem, alliciendo, eò paulatim progressus est, vt per speciem conuiuii, quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuideret: quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos præmiis intendebat. Aureū Tranquillus & Plutarchus dixerunt, quod Tacitus centenos nummos dixit. Ita tamen, vt intelligamus Othonem non manu sua (ne in suspicionem affectati imperii veniret apud Galbam) sed per Meuium Pudentem militibus dedisse. Sed quòd aureus centum nummis valuerit, facilè ex sequentibus constabit. Cum hoc dicto pugnat id quod à Iustiniano principe dicitur in Institut. iuris sub titulo De successione libertorum, his verbis, Sed nostra constitutio ita causam definiuit, vt si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papię summam interpretati sumus, ac si pro mille sestertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione. Nos vnum aureū centum sestertiis æstimamus, Iustinianus mille. Sed huic obiectioni ita respondeo, æstimationem hoc in loco nō iustam, & vt Græci appellant argyrognomonicam esse, hoc est à collybo vel nummulariorum taberna petitam, sed pro arbitrio legem condentis factam, cui hoc placitum est de centenariis libertis sancire, quod pridem lex Papia de millenariis statuerat. Id quod mihi satis indicare videtur hæc particula, ac si. Si quis enim totum illum locum diligenter animaduertat, facilè (vt opinor) iudicabit Iustinianum legi Papiæ non in eo tātum derogasse, quòd patronus olim liberto etiam liberis intra numerum ternarium extātibus in quadrantem succedebat, sed etiam in eo quòd qui liberti olim centenarii dicebantur à centum sestertiis, nunc centenarii dicuntur à centum aureis, quæ multo minor est summa. Potuit & numerus corrumpi, vt mille pro centū legatur, errore ex notulis orto, vt infrà videbimus. Potuit & mille sestertiis pro mille æris obrepere librariis ab eadem causa. Leges Papiæ multæ fuerunt, vel vna fuit multiplex. Meminit Cic. pro Archia legis Papię, Tranquil. in Claud. Tertul. & Lactantius lib. pri. Mouere igitur dictum illud Iustiniani neminem debet contra tot tantorūq; scriptorum auctoritates. Sestertius enim nunquā æreus fuit, sed ab initio statim duos asses & semissem valuit. Assis verò æreus erat. Plin. de Ladano lib. xii. Precia sunt laudatissimo in libras asses. xl. De Hammoniaco, Precium optimi in libras asses. xl.

Sestertijs cērenis aureus æstimatus.

Cētenarij liberti.

Papiæ leges multæ.

Sestertius.

In antiquissimis tamen vtrobique asses xxx legitur. Quando autem non addit nomen nummi, quisnam intelligendus sit hæsito, vt de Casia ibidem, Precia nulli diuersiora. optimæ in libras xl, cæteris xv. Sic enim in antiquis omnibus legitur. Vtrùm ne igitur asses, an sestertios, an denarios intelligamus? Et rursus ibidem de Myrobalano, Precium in libras x. Sic enim in antiquis legitur, licet in impressis libras binas legatur. Sed obiter locus ille de Casia emendandus est, qui sic in impressis libris legitur, Frutex & Casia est, iuxtáque cinnami campos nascitur: sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute, quem conteri, atque in cinnamomo leuari & exinaniri precium est. Ego ex antiquorum obseruatione lego, Quem cōtrà atque in cinnamomo, labare & exinaniri precium est. Suprà enim de cinnamomo loquens Plin. Vilissimum virgulti, quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratia. Illud leuius erratum de Ladano supradicto, Sunt qui hærbam in Cypro ex qua id fiat, Ladam appellent. etenim illi Ladanū vocant. In eo loco sæpe hæsi, antequā ex antiquis Ledam & Ledanum legendum esse deprehendi. Eodem in libro de Bdellio, Precium sincero in libras decem tantū. In antiquis non tantum sed terni legitur, fortasse pro sestertii. Notum est enim sestertium duabus virgulis erectis & semisse scribi solitū, vt hodie in Verrinis Ciceronis legitur: quod notam ternarii numeri librarii esse putauerunt, quantum coniicere possum. Verum asses xl Plinius pro quatuor denariis dixit. Asses enim Plinius æreos nummos intelligit æris grauis libra valentes. Cornelius Nepos de frugalitate Pomponii Attici loquens, Nec id (inquit) præteribo, quanquam nonnullis leue visum iri putem: Cum in primis lautus esset Eques Ro. & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines inuitaret, scimus non amplius quàm terna millia æris peræquè in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Millia æris dixit ad differentiam milliûm nummûm vel sestertiûm. Liuius libro vltimo de secundo bello Punico, de Scipione loquens, Argenti tulit in ærarium pondo centum millia. militibus ex præda quadragenos æris diuisit. Et lib. ii. de bello Macedonico de triumpho Quintii, Duceni quinquageni æris in pedites diuisi. Et rursus lib. supradicto belli Punici, Legatis in singulos dona ne minus quinûm millium, comitibus eorum mille æris. Mille æris dixit pro centum drachmis, id est argenti libra: sed genus nummi dati exprimere voluit. Et libro nono de bello Macedonico Senatusconsultum factum est vt singulis centena millia æris Quæstores vrbani ex ærario darent. Hoc in loco quadragena millia sestertiûm intelligendum dico: quod nisi æris addidisset, ego centum sestertia intelligerem: quanquam si exempla in medium afferam, vix controuersias expediam. Plin. lib. xv. de copia olei loquens, Vrbis quidem anno quingentesimoquinto, Appio Claudio Cæci Nepote, L. Iunio Coss. olei libræ duodenæ assibus veniere: & mox anno sexcentesimo octogesimo M. Seruius ædilis Curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Rom. per totum annum. Idem lib. xviii. de arborum

Plinij loc.

Mille æris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mira precia pomorum Romæ.

frugiferarum preciis loquens, Nec minus miraculum in pomo est, multarũ circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummûm, maiore singularum redditu, quàm erat apud antiquos prædiorum. Fidem hoc dictum excedet, si vera sunt quæ diximus, vt nummi appellatione sestertium intelligere oporteat, & sic arboris vnius vsumfructum credamus in annos singulos duobus millibus sestertiûm conductum à propola, vt in eo quæstum faceret: & in eadem vrbe denas olei libras aut etiam duodenas singulis assibus aliquando venundatas, cum singuli sestertii dipondium & semissem valuerint. Primum hoc respondeo, vilitatem illam olei semel aut iterum contigisse, quanquam non tam negociationem aut venditionẽ fuisse puto, quàm largitionem ædilitiam ad plebeium fauorem emerendum, vt alibi dicetur. Potest etiam numerus deesse in superiore loco Plinii, cum assibus tantum legatur, non singulis assibus, vt in sequenti. Potest etiam vilitas tanta fuisse aliquo anno eo liquore exuberante, qui vltra annum non seruabatur: id quod Plinius ipse his verbis significat, Vetustas oleo tædium affert, non item vt vino: plurimúmque ætatis annuo est: prouida, si libeat intelligere, natura. Quippe temulentiæ nascentibus vinis vti necesse nõ est, quinimmo inuitat ad seruandum blanda inueterati caries. oleo noluit parci, fecitque ea necessitate promiscuum & vulgo. Memoria nostra Parisiis vno anno tanta fuit vilitas vini, vt inopia vasorum quidã donare vel effundere cogerentur: quidam qui grandioribus cuppis condiderant, anno sequenti magno vendiderunt. Quod autem ad mercedem annuam singularum arborum attinet, non tam mirari id cõuenit, quàm id quod ab eodem lib. xv. de persicis duracinis dicitur, quod genus ætate Plinii insitione repertum est. Aestate (inquit ille) præcocia intra X X X annos reperta, & primò denariis singulis venundata. Et paulò inferius, Precium (inquit) singulis iam triceni nummi fuere, nullius maiore. quod miremur, quia non aliud fugacius. longissima nanque decerpto bidui mora est, cogítque se venundari. His verbis planè significat singula persica sestertiis primùm quaternis venundata, postea augescente gratia (vt fit) aliquando precium ad tricenos nummos euasisse. quare non mirum est singulas arbores bina millia nummûm annuo redditu meruisse, cum septem & sexaginta poma hanc summam conficere potuerint, tricenis nummis singula venundata. Causam autem assignans tanti precii subdit Plin. Vndique pomum innocuum expetitur ægris, vel agris, vt in antiquis legitur. Huiusmodi hodie duracina (vt opinor) nomen retinent in Britannia Aremorica. Transeamus ad reliqua.

Duracina persica.

Memorabilis asin⁹.

Idem Pli. lib. viii. Asinum quadringentis nummis emptum Q. Asio Senatori auctor est M. Varro, haud scio an omnium precio animalium victo, opera sine dubio geruli mirifica arando quoque, sed mularum maximè progeneratione. patria etiam spectatur in iis, Arcadibus in Achaia, in Italia Reatinis. Sic omnia habent exemplaria etiam antiquissima. Plinius admiratur asinam Reatinam quadringentis nummis emptam, tametsi gerulam, & aratricem, & prolificam: existimatq; hoc preciũ maius esse omniũ animalium precio, nedum veterinorum, & pluris tamen Romæ persica

Asina Reatina.

XIIII

A XIIII veniſſe eodem auctore affirmauimus. Vereor ne hæc Plinii ſalebra huius inuenti noſtri curſum hactenus (vt arbitror) inoffenſum, aut moretur, aut planè interpellet: etſi quod ſequitur, addam, ne commentarii noſtri proceſſus hæreat. Quæſtus (inquit) ex iis opima prædia exuperat. Notum eſt in Celtiberia ſingulas quadragenis millibus nummorum emi, ad mularum maximè partus. Si nummi ſemper ſeſtertii intelliguntur, quonã modo hæc loca duo conuenire poſſunt? Hic ſi dixero locum mendoſum eſſe, tranſultare vtique confragoſa loca, non æquabili greſſu pertranſire di-
B car. Quod tamen quia & alibi neceſſariò mihi faciendum eſt, hic à lectoribus impetrare illud habeo, mihi quidem non iniquis, vt ſi hoc inſtitutum meum hoc in loco, haud dubiè inſigni, approbauero, valeat in futura quoque ſiqua forte auctorum interitu deſtituentur teſtimonio. Audiamus igitur Varronem ipſum lib. iii. rerum ruſt. quem Plinius dicti ſui auctorem
C locupletiſſimum eſſe cenſuit: in cuius dialogis Appius Claudius Augur ad Axium Senatorem ita inquit, Quòd ſi ea ædificia villæ non ſunt, quæ aſinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emptum oſtendebas apud te, nunc habent, metuo ne pro villa emam Oſtiæ in littore Seianas ædes. Apud Plinium quadringentis nummis legitur, apud Varronem ipſum quadraginta millibus, vtrobique corrupté. Vt enim nummis pro millibus illic legitur, ſic quadraginta hic pro quadringentis: tametſi vix intra fidem id ſtabit cum ad æſtimationem millium nummorum venerimus. Hoc tamen cum ex Plinio videtur, qui prius hoc precium Romę admiratus, mox tranſlatitium in Celtiberia eſſe tradidit: tum verò ex eodem Varrone libro ſecundo eiuſdem operis his verbis, Qui non habẽt eum aſinum quem ſuppoſuerunt equæ, & aſinum admiſſarium habere volunt, de aſinis quenque
D ampliſſimum & formoſiſſimum quàm poſſunt eligunt, quíque ſeminio natus ſit bono, Arcadico, vt antiqui dicebant: vt nos experti ſumus, Reatino, vbi tricenis ac quadringentis millibus admiſſarii aliquot venierunt. Quo in loco trecenis & quadringenis millibus lego. quanquam hic rurſus æſtuare neceſſe eſt. Idem enim Varro alibi de eligendo pecore loquens, Primùm (inquit) vt bonum pares pecus, ſcire oportet qua ætate quanque pecudem parare habereq; expediat. altera pars, cognitio formæ: tertia pars eſt, quo ſeminio quærendum. Hoc enim nomine aſini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, vſque eò, vt mea memoria aſinus venierit ſeſ-
E tertiis millibus ſexaginta, & vnæ quadrigæ Romę conſtiterint quadringentis millibus. Semel iam teſtati ſumus, vbicunque apud antiquos ſeſtertiis & millibus coniunctim dicitur, non ſeſtertiis ſed ſeſtertiûm legendum. Quare hic ſeſtertiûm, non ſeſtertiis lego. Sed loca ſic citare neceſſe eſt, vt apud auctores leguntur: quod in vniuerſum dictum eſſe velim. Sed quod ad rem pertinet, Varro in perſona Scrophæ miratur aſinum memoria ſua emptum ſexaginta millibus, & aſinos quatuor iugales quadringentis. Quare dubius maneat hic locus Plinii neceſſe eſt, ita tamen, vt lotos quidem pedes ex maculoſo loco conflictatione non multa expedierim. Quanquam quis dubitet quadraginta millibus apud Plinium aſſerere, & trice-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis ac quadragenis millibus apud Varronem, ne fidem alioquin abnegare antiquis monumentis cogamur? Atque eadem opera locum Plinii inibi restituemus. quod enim in omnibus impressis libris legitur, Nec nisi spatio se incubant, alias atteruntur. Varia nanque somnio visa concipiunt, ictu pedum crebro: qui nisi per inane emicuerit, repulsu durioris materiæ clauditatem illico affert. vbi ego ex antiquis exemplaribus lego, Nec nisi spatiosa incubitant laxitate. varia nanque, & cætera. illa enim duo verba, alias atteruntur, temere ab emendatoribus sunt addita: quæ superuacanea esse satis ex eo apparet quod sequitur, claudos illico fieri. Et hic Hermolaus Barbarus vir ingeniosissimus gloriabitur se Plinium emendasse, altera etiam castigatione repetitum? Sed pergamus porró. Idem Plinius libro decimo· Maximè tamen insignis est in hac memoria Clodii Aesopi Tragici histrionis patina, sexcentis sestertiis taxata, in qua posuit aues cantu aliquo aut sermone vocales, nummis sex singulas coëmptas, nulla alia inductus suauitate, nisi vt in iis imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem suos reueritus illos opimos, & voce meritos. Dignus prorsus filio, à quo diximus deuoratas margaritas. Ego antiquissimum exemplar habeo, in quo hoc verbum nummis, deletitio loco scriptum erat, vt coniiciam non nummis sed millibus prius scriptum fuisse. omnino enim sic legendum est. Centenariam enim patinam Aesopi fuisse intelligimus, id est centenis auibus structam, millibus senis coëmptis, vt in summa sexcenta fierent sestertia: de qua idem Pli. lib. xxxv. Nam nos (inquit) cum vnam patinam Aesopi Tragœdiarum histrionis in natura auium diceremus sestertiis sexcentis stetisse, non dubito indignatos legentes. Hæc & huiuscemodi alia incredibilia omnino primore sensu videbuntur, sed cum omnia in discussionem venerint, inuicem sibi fidem vt faciant peruincemus. Opulentia enim Romana simul & luxuria intelligentur, quæ instar (vt arbitror) habebunt historiæ cuiusdam variæ & admirandæ. Sic enim rem temperatam oportuit, vt non magis in abaculo manus occuparetur, quàm animus rerum intelligentia interim oblectaretur. Sed iam videamus de columbis apud eundem Plin. lib. x. Harum (inquit) amore insaniunt multi, ac super tecta exædificant turres iis, nobilitatémque singularum & origines narrant, vetere iam exemplo. Laxius Eques Ro. ante bellum ciuile Pompeianum denariis quadringentis singula paria vendicauit, vt M. Varro tradit. Licet in omnibus exemplaribus & Laxius & vendicauit legatur, tamẽ & L. Axius & venditauit lego, cum Varro de pullis earum loquens ita dicat, Romæ, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula vulgò veneũt ducenis nummis: necnó eximia singulis millibus nummûm: quas nuper cum mercator tanti emere vellet à L. Axio Equite Rom. minoris quadringentis denariis daturum negauit. Hactenus Varro. Si ergo paria singula columbarum non semel sed sæpe mille sestertiis nummis vendita sunt, aliquando etiã mille & sexcentis, id est quadringentis denariis, cur nõ & aues humano sermone vocales, sex millibus eadẽ in vrbe vendi potuerunt? quas tamen apud Plinium sex nummis emptas legimus, errore eorum seculorum, quæ

Plinij locus.

Patina æsopi.

Huius libri lectio vicẽ præbet historiæ.

Colũbarũ precia.

Plinij loc.

quæ in rei nummariæ verbis prorsus nihil viderunt. Huius rei irrefutabile argumentum ex eodem ipso auctore referemus, qui libro eodem de Luscinis loquens ita inquit, Certant inter se, palamq; animosa contentio est. Victa, morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente, quàm cantu. Meditãtur aliæ iuniores, versúsque quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna, ac reddit: vicibúsque reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Ergo seruorum illis precia sunt, & quidem ampliora quàm quibus olim armigeri parabantur. Ex his verbis significatur luscinarum magna precia fuisse, cum apud Columellam vinitor seruus octo millibus æstimatus sit, & pluris armiger venire vinitore solitus sit, vt qui præsidium vitæ domino afferre posset. Quòd si id quod sequitur statim apud Plinium, emendari à nobis potuisset, memorabile aliquod precium in medium attulissemus eius luscinæ albæ quæ Agrippinæ dono data est. Id quoniam fieri non potuit, in vicẽ eius, locum alium eiusdem capitis in principio statim restituemus. Noctuarũ genus in Creta insula non est, & etiam siqua inuecta sit, emoritur. Nam hæc quoque mira naturæ differentia, alia aliis locis negat, tanquam genera frugum fruticúmve, sic & animalium non nasci, translatitiorũmque inuecta mori. Mirum quidem est illud vnius generis aliti aduersum. quænam est iis naturæ inuidia? Sic in omnibus impressis legitur, conniuente Hermolao, & hoc totum caput intactum transmittente. Quæ verba cum mihi corrupta inter legendũ viderentur, tandem aditis antiquis exemplaribus ita restituenda duxi, vt post verbum animalium, distinctio fiat velut sensu finito: deinde ita inferamus, Non nasci, translatitium: inuecta mori, mirum. Quid est enim vnius generis saluti aduersum? Translatitium hic pro solito, & in multis vsitato & communi inter multos, ponitur: quod verbum maximè Plinianum est. Ita patet in vno versu Plinii quatuor errata à castigatoribus relicta. De auiculis vocalibus Plinius alibi, Agrippina coniunx Claudii Cæsaris turdum habuit (quod nunquam antè) imitantem sermones hominum. Cum hæc proderem, habebant & Cæsares iuuenes sturnum, item luscinias Græco atque Latino sermone dociles, præterea meditantes in diem, & assiduè noua loquentes longiore etiam contextu. In diem autem, non in dies in omnibus libris legitur. ex quo intelligimus doceri solitas vt diebus diuersis non eadem, sed subinde nouum aliquid loquerẽtur. Summa igitur supradictorum est, mille sestertiûm, & mille nummûm, duo millia ac quingentos æris valere, & mille drachmas decem millia assium, & quatuor M. sestertiûm. Porrò centum drachmas vnam minam argenti efficere, quæ & libra & pondo dicitur. At verò libras duas argenti & semissem, seu vt veteres dixerunt, duapondo & semissem mille nummûm valuisse. Hoc etsi satis antea confirmatum est, tamen & auctarium hoc addemus, ne cuiquam non satisfaciamus in ea re in qua ab omnibus dissentimus. Liuius lib. ii. de bel. Punico, In permutandis captiuis conuenerat inter duces Ro. Pœnúmque, vt quæ pars plus reciperet quàm daret, argẽti pondo bina & selibras in mi litem præstaret. De quo conuento Plutarchus in Fabio loquens, Cõuene-

Luscinarũ precia.

Plin. locus restitutus.

Tranſlatitium.

Turdus vocalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicolai Perotti error.

rat(inquit)inter Ro. Pœnumq; ducem, ex captiuis virum pro viro commutare,& qui plureis reciperet quàm redderet,pro quolibet drachmas ducentas & quinquaginta solueret. Plutarchus quinquaginta drachmas pro semipondio dixit.Hic libens omiserim,si possim,errorem Nicolai Perotti hominis de lingua latina,vt illa ætate,bene meriti,qui in commentariis suis de hac re loquens ita inquit, Pondo licet aliquando pro libra inueniatur, propriè tamen significat pondus duodecim librarum. huiúsque dicti auctorem citat Liuium in loco suprà dicto, quasi Liuius pondo bina & sex libras non selibras vocabulo composito dixerit, quasiq; in capita statuerint Imperatores illi tricenas libras argenti : quod longè abest à vero: quanquam Perottus homo elegantiarum obseruantissimus, videre illud debuit,Liuium non pondo bina & sex libras dicturum vnquam fuisse, sed senas potius libras.Hic nominare eos necesse non habui,qui eius errorem totidem verbis in suos ipsi commentarios retulerunt. Idem Liuius lib.ix. de bello Maced.de censura Catoniana loquens, In censibus quoque accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit.ornamenta, & vestem muliebrem,& vehicula quæ pluris quàm quindecim millium æris essent,in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris aut eo pluris venissent, vt ea quoque decies pluris quàm quanti essent æstimarentur. De hac item censura Plutarchus in eodẽ Catone, Vt igitur(inquit)in omnes animaduerteret:coëgit vestis,carpenti,mundi muliebris,& domesticæ supellectilis decuplum amplius in censum referri, quàm earum rerum precium sineret, si mille & quingẽtas drachmas excessisset. His auctoritatibus fidem omnino facio,centum drachmas mille æris valere: & pondo,id est libram, centum drachmis,& mille æris par fuisse.At denarium & drachmam eundem fuisse nummum,aut eiusdem certè ponderis & æstimationis, auctore Plinio demonstratum est,& denarium quaternos valuisse sestertios. Quare in singula pondo & in singulas libras minásque quadringentos sestertios intelligere necesse est.Proinde operis instituti partem profligatam habemus, vel materiem potius (vt Plautino verbo loquar)exasceatam: quam si coagmentare in instar operis absoluti volumus, omnia scriptorum dicta accommodare rebus iam explicatis necesse est : ita vt in opere tot auctoritatibus compactili, nullus locus hiulcus, nulla commissura sit conspicua. Quod quanta vigilantia, quàm acri intentione, quanto labore sit effectum, quanto denique literarum amore susceptum (nihil enim maius dicere de me possum) ex operis ipsius compage apparebit. Ego cum hæc proderem,quò magis exactè omnia perpenderem, libellam & ponduscula in conspectu habui,nomismatáque antiqua aurea argenteáque satis multa, iampridem vt minimè in hunc vsum parata, sic admiratione visendæ antiquitatis in deliciis habita.Eorum lectissimum quodque expensare instiri, diligentia, vt arbitror, nummulariorum æmula. Quippe adulterata quædam visuntur, & ad exemplar archetyporum fusim cusimq; ita efficta, vt pro archetypis fallant,cuiusdam (vt aiunt) pigmenti affrictu vetustatem

Libra nũmaria centum drachmas valer.

Nomismata prisca Budæus obseruare institit & expẽdere.

ementientia.Vt igitur vnumquodque certissimam prisci æui notam habere videbatur,charactere vel collybo detrito,vel vetustate fugienti,& æui situ obscuro,ita in libella à me statuebatur. Inter argẽtea (vt auspicatò exordiar)vnum erat Ciceronis,vna parte integrum: in qua caput galeatum,decora facie plenáque, promissa cæsarie,& erecta è ceruice pendula. pone caput vnicum hoc verbum Roma, scriptum erat,nihil in ambitu. ex altera parte,quæ semesa erat,currus triumphalis quadrigis trahebatur,subter quẽ inscripta hæc duo verba,M.Tulli.supra hæc verba X litera maiuscula, quã denarium significare arbitrabar ex Valerio Probo:vnde decussare verbum videtur esse deductum,de quo suprà dictum est.Nam in X litera,linea lineam in centro intersecat. Alterum fuit Cæsaris Dictatoris, in quo caput collecto ac redimito capillo,facie longiore, naso decorè prominenti, oblongáque ceruice: à tergo sub charactere quodam obscuro Cæsaris nomẽ scriptum erat,prẽnomine nullo: sed Dictatoris facié ex scalptura antiqua noscitare didici, quam Romæ vidi, cuius etiam exemplum scitè effictum habebam in gemma.Erat etiam Augusti,ea facie quæ à Suetonio describitur,crispo capillo solutoq;, inscriptione,Cæsaris Augusti:à tergo simulacrum vestibuli ædis sacrę ternis altrinsecus his literis,M A R. V L T.videlicet ob Martis vltoris ædem ab eo extructam.Fuit & aliud eiusdem,eadem inscriptione,iisdémque lineamẽtis formæ, similiq; capillo:in quo adnotaui faciem læua parte prominentem cõtra aliorum nomismatum morem etiam eiusdem principis.ab altera parte erat stella radiis ad marginem vsque nomismatis expassis,crinito vno radio, trãsuersaria inscriptione,Diui Iulii.quod intelligimus percussum ab eo fuisse post ludos funebres Cęsari consecratos in honorem stellæ crinitæ quæ septem diebus apparuit. Tertii generis fuit etiam eiusdem, iisdem lineamentis, habituq; eodem capitis,nisi quòd oculus dexter eminebat contrà quàm in secundo:à tergo animal erat hircinis cornibus,ac villoso mento,duobus tãtum cruribus, iisdémque bisulcis,quibus quasi brachiis orbem amplexabatur, omnino armorum tenus hircus,cætera piscis,cuidam rei incumbens quam agnoscere nõ potui:inscriptione vnius nominis Augusti.Id fuit genus nummi quod Augustus syderis Capricorni nota percutere instituit ob genituræ suæ honorem,quam ei olim Theogenes mathematicus Apolloniæ existenti viuo adhuc Iulio Cæsare prædixerat imperatoriam esse. Quare cum thema suũ natalitium,id est horoscopi configurationem inuulgari vellet, huiusmodi nummum percussit,vt auctor est Suetonius.Habebam vnum à M. Agrippa ob Consulatum percussum,facie nec Iulii nec Augusti, hac inscriptione, Cæsar diui Iulii F. altera pars pura erat, in qua media hæc erant verba inscripta,M.Agrippa Cos.desig. Vnum insigne notaui Augusti & Antonii in Triumuiratu Reip.cõstituendę.ex altera parte Augusti facies malè expressa,hoc lemmate,Cæsar Imp.I I I V I R. R. P. C. in auersa parte facies M.Antonii ea plenitudine oris quæ à Plutarcho describitur, & ex Ciceronis crassitudine, ex qua illam firmitatem corporis cõiicere posses quam ei

Recensio nomismatum prisco rum. Nomisma Ciceronis.

Decussare.

Genitura Augusti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cicero in ea oratione obiicit, hoc epigrammate, M. Antonius IIIVIR. F
R.P.C. reliqua legere non potui, nec coniectura assequi, quæ notis significabantur. cæterùm scitè expressa facies, & pulchrioribus literis circunscripta, quàm ea pars quæ Augusto dicata erat. Verùm (vt quod nunc agitur, agamus) cum horum aliorumq; nummorum pondus ad libellam exigerem, id esse verũ deprehendi quod auctore Plinio diximus, & ex Plutarcho & Appiano comprobatur, drachmam scilicet Atticã denarii Romani pondus habere. Quod vt docere possim, rem ad pondera nostra exami-
Libra Parisina. Libra Zygostatica. Libra nũmularia. Marca. nabo: sed ita, vt à nemine non intelligar. Libram nostrates duplicem habét. G
Zygostatica libra est quę regia dicitur, qua negociatores & pigmẽtarii aromatariiq; vtuntur, omnesq; omnino qui appensas merces venditant. Hæc senundenũm vnciarum est. Eius semissem monetarii & aurifices & vascularii libram sibi fecerunt, marcam eam vocantes. Hac nos libra nunc vtemur ad id docendum quod suscepimus. Libram igitur Romani in.xii. vncias distribuebant, & vnciam in octo drachmas. Huius libræ bessem, selibrã nostram regiam esse dico, cuius modus à zygostate publico statuitur Parisiis. Huius muneris fit mentio in.l. altera de ponderatoribus lib.x. Codicis.
Hoc besse nunc vtemur pro libra quam marcam vocitamus, eamq; in vn- H
cias octonas distribuemus, vnciamq; rursus in totidem drachmas, & drachmas singulas in terna scrupula: ita vt hemidrachmium sesquiscrupulum valeat. Primum hoc dico, drachmam Romanam & Atticam à nostris vocitari grossum, & scrupulum denarium, & semigrossum esse nobis semi-
Grossus pro drachma Attica. Sterlinus. Scrupulus pro denario Gallico. drachmam Atticam: quam drachmam nostri sterlinos duos & dimidiatũ esse dictitant: qua ratione pondus nostrum facilè congruet cum antiquo: hoc modò teneamus, libram nostram cum Latina libra comparatam, sub-
sesquiplam proportionem habere, quam habet bes ad assem. quippe cum I
libra nostra (de octonaria semper loquor, quam marcam vocitari diximus) quatuor & sexaginta grossos capiat, id est octies octo: si trientem addideris bessi, id est duos & triginta grossos, seu quaternas vncias: libram vtiq; effi-
cies plenam antiquam, sex & nonaginta drachmis constantem, vt antea dictum est: qui numerus exit ex vnciarum numero per drachmarum numerum multiplicato, hoc est ex duodenario in octonarium ducto. Hæc est
Libra Romana eadẽ cum mina Græca. exacta libræ ratio: cui tamen semunciam addere nos oportet, cum libra in ratione nummaria cum mina Græca exæquata sit, & planè sit centenaria. Erit ergo libra Latina non modò sesquialtera nostræ libræ, id est sesquili-
bra nostra, sed etiam præterea quatuor drachmas habuisse intelligetur. Sed K
nihil hoc conturbare nos debet. Satis est enim ad facilem huius rei explicationem, quòd grossus noster cum drachma Attica conuenit, & denarius cũ scrupulo. Grosso autem vocabulo vtar non verecũdè, cum Latinum verbum sit, licet alio significatu antiquis vsurpatum. Non me latet apud Plinium aliud de numero denariorum in libra lectitari: sed illud mox videri-
mus. nullam enim omnino aut præuaricationis suspicionem, aut conniuẽtiæ lectori relinquemus. omnia in disquisitionem vocabuntur, cum omnia dissoluere possimus vel Herculis nodo perplexa: sustineant tantum lecto-
res

A res iudicia quoad omnia perlegerint. Interim tamen hoc affirmamus, in singulas libras, cẽtenas drachmas statuendas esse: alioqui singula sestertia cõtra omnium scriptorum auctoritatem denariis denis deficerentur, & singula millia quadragenis sestertiis nummis: cum luce clarius ostensum sit quaternos sestertios in singulis denariis drachmisq; Atticis fuisse. Verum-
enimuero cum nomismata iam dicta cum aliis permultis exquisita libra pensitarem, deprehendi Tullianum illud, & illud Augusti Capricorno signatum, aliaq; nonnulla, ita péndere drachmam, id est grossum nostrum, vt
B lanx ex æquilibrio facilè cum nomismate vergeret: contrà autem duo illa quorum alterum Cæsaris Dictatoris, & alterum Augusti stellatũ erat, tam malignè grossum péndere, quàm illa priora prolixé: vt tantũdem istis percussorum auaritia decessisse diceres, quantum illis accessisse benignitate seculorum, & bona fide. Triumuirale, æquilibrium faciebat, quasi seueris ma
gis quàm benignis auctoribus. In Marci Agrippæ nummo bilanx raptim sidebat à pondusculo, quæ in iusto nomismate etiam surrigi debet. In eo quarta & vicesima pars (vt minimum) non detrita, sed detracta videba-
tur: in aliis itidem permultis par ferè decessio, vt in eo Augusti, qui à po-
C stica facie hanc inscriptionem habet, Ob ciues seruatos: quam ambit corona graminea. sed tamen vt quiuis facilè iudicaret drachmæ pondere institutas eorum formas fuisse, eaq; ipsa tantidem oblocabilia. Habebam & re-
centiorum temporũ, vt Maximini Imperatoris, & aliorum principum, in queis & matris Alexandri, hoc lemmate, Iulia Mamea Aug. literis iam à Romanis degenerantibus, ac semibarbaris: cæterùm argento & pondere su
prà dictis deteriora. Hæc sufficere arbitratus sum ad examinationem pon
deris: quod nõ in meis tantum, sed etiam in alienis nummis exegi, quæ plu
rima & omnium propè Consulum atque principum vidi. Confectum igi-
D tur iam habemus, libram Romanam centũ grossos nostros habuisse. Quare si huius temporis æstimationem sequi volumus, in singula pondo Ro-
Æstimatio prædictorũ nomismatũ. mana, decem & septem Frãcicos, tres solidos turoneos, & nouem denarios statuere necesse est. Aestimationem nunc legitimam sequor & edictalẽ, non negociatoriam & vulgarem. Edicto enim principali libra argenti vn-
decim Frãcicis æstimata est, licet passim duodecim iam veneat. Cum enim (vt diximus) libra antiqua sesquiplex fuerit nostræ, & præterea semunciam habeat: pro duodecim vnciis, sedecim francicos & decem solidos numera-
bimus: pro semuncia tredecim solidos, & nouem denarios. Ita fit, vt mille
E nummi, id est singula sestertia, æstimari à nobis duobus & quadraginta frãSestertiorũ æstimatio. cicis, vndeuiginti solidis & quatuor denariis debeant, vel (vt summa rotundetur, & minutiarum tædio liberemur) tribus & quadraginta francicis. hi
Ducati. porrò ducatos duos & viginti, & trigintaquinq; solidos turoneos faciunt: quibus si duos solidos & semissem addas, fiẽt ducati tres & viginti. Ducatos legitima æstimatione accipio, vt triginta solidis Parisinis valeant, id est solidis turoneis trigintaseptem & semisse. Hactenus igitur legitimam iustamq; æstimationẽ in singula millia nummũm habemus: nisi quòd octo denariolos addidimus, id est bessem solidi. Huic summæ ad vulgarẽ æsti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mationem argenti paulo minus quatuor francici desunt. nam cum argenti libra octonaria vulgo duodenis francicis permutetur propter argenti inopiam,& nomismatis iciunitatem,in singulas vncias ad legitimum preciũ bini solidi & semis accedunt: quas vncias in sestertiis singulis tricenas singulas esse liquet ex iis quæ suprà diximus : atque eo amplius quadrantem vncię,id est binos grossos.hi autem solidi paulo plus duobus ducatis valẽt æstimatione antedicta:qua ratione fit,vt in singula sestertia,si extẽdere precium velis vulgari iudicio,quinq; & viginti ducatos statuere, aut certè totidem nostros solatos aureos possis. Ego tamen ad legitimam æstimationem nihil adderem,si commodum aliquem numerum in eo nactus essem, quo veluti radice vti ad maiorum summarum cumulationem possem. id quoniam fieri nequit, quindecim tantum solidos adiiciam, vt mille nummûm,quinque & viginti aureis coronatis æstimetur, id est quadragintatribus francicis & dodrante: cum eo vt coronatum quinque & triginta solidis esse intelligamus,quanti scilicet locabatur vbere re nummaria. Solidos autem semper appello qui duodenarii nunc dicuntur,in Italia non ignoti. Proinde tandem accedamus ad exempla,quasiq; pedem cum rerum explicatione conferamus: & primum illud videamus Tranquilli in Augusto, quod corruptum esse,non emendatum ab enarratoribus diximus, Senatorum censum ampliauit,ac pro octingentorum millium summa duodecies sestertium taxauit.Sic enim legit Blondus in Roma triumphante, tametsi hoc tempore ea verba intelligi nõ posse existimauit. Nos duodecies sestertium docuimus significare duodecies cẽtena millia sestertiûm nummûm, & in singula millia,quinq; & viginti coronatos taxandos constituimus. Si igitur mille ac ducẽtos quinquies & vicies numeraueris,triginta millia coronatorum censum Senatoriũ fuisse comperies:& ex Tranquillo hoc noueris, Augustum censum Senatorium ex viginti millibus aureorũ huiusmodi ad triginta millia auxisse. Quò autem expeditius lector rationem eorum quæ dicenda sunt,ineat,hoc tenere oportet,centum sestertia,duo millia & quingentos aureos coronatos valere, hoc èst centies vicenosquinos. Vt autem ad hũc locum ægrè & suspirioſè atque anhelabundè euasimus, ita ab hoc loco iam per prona eademq; amœna aliquãdiu euagari licebit. Idem Tranquillus in Cæsare,Ludis Decius Laberius Eques Ro. mimum suum egit,donatusq; quingentis sestertiis & annulo, sessum in quatuordecim ex scena per Orchestram transiit.Laberius poẽta donatus est censu Equestri,id est coronatorum nostrorum.xii.millibus & quingentis.sic enim loqui mihi per anticipationem permittam,quasi iam tunc aurei nostri fuerint: quò expeditius hoc munere defungar. Macrobius lib.ii.Satur. Laberium asperę libertatis Equitem Ro.Cæsar quingentis millibus inuitauit vt prodiret in scenam,& ipse ageret mimos quos scriptitabat: sed potestas nó solum si inuitet,sed etiam si supplicet,cogit:vnde se Laberius à Cæsare coactum in prologo testatur his verbis,

Necessitas,cuius cursus transuersi impetum
Voluerunt multi effugere,pauci potuerunt, & reliqua.

Idem

Quanti mille nũmûm æstimari debeat.
Coronat⁹. Solidus.
Sestertium duodecies
Cẽsus Senatorius.
Centũ sestertia.
Census equester.

A Idem Publius mimographus Romæ productus per Cæsaris ludos,omnes qui tunc scripta & operas suas locauerant,prouocauit,vt singuli secum posita inuicem materia pro tempore contẽderent: nec vllo recusante superauit omnes,in queis & Laberium:vnde Cæsar arridens hoc modo pronunciauit,Fauente tibi me victus es Laberi à Syro. statimq; Publio palmam,& Laberio annulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. Simile est apud eundem Tranquillum in Tyberio,Munus gladiatorium in memoriam patris,& alterum in aui Drusi dedit, diuersis temporibus ac locis: primum in
B foro,secundum in amphitheatro, rudiariis quoque quibusdam reuocatis auctoramẽto centum millium. Non mirum Cæsarem mimographo poetæ duodecim millia & quingentos aureos nostros dedisse, si Tyberius gladiatoribus qui iam immunitatem & missionem gladiaturæ vel meruerant vel impetrarant,duo millia & quingentos dedit in singulos, vt iterum depugnarent spectante populo. De censu Equestri Plinius libro.xxxiii. Tyberii demum principatus nono anno in vnitatem venit equester ordo,annulorumq; auctoritati forma constituta est.Et paulo inferius, Hac de causa constitutum,ne cui ius annuli esset, nisi cui ingenuo ipsi patri auoq; pa-
C terno sestertia quadringenta census fuissent, & lege Iulia theatrali in.xiiii. ordinibus sedendi.Ex hoc dicto Tranquilli patet censum equestrẽ à quingentis sestertiis ad quadringenta contractũ,id est ad pristinam formam reductum. Plinius lib.i.epist.P.Romano scribens· Esse autem tibi centum mil.censum satis indicat quòd apud nos decurio es. Igitur vt te non decurione solum,verùm etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis facultates trecenta M.nummûm.te memorem huius muneris,amicitiæ nostræ diuturnitas spondet. Recenseamus exempla, Cladẽ Lugdunensem(inquit Tacitus)quadragies sestertio solatus est princeps, vt
D amissa vrbi reponerent.Ego quadragies sestertium ære nostro centum millia aureorum fuisse dico,quam pecuniam Nero ad reparandum Lugdunũ oppidum contulit. Et apud Plinium Aesopi tragici histrionis patina sexcentis sestertiis taxata est,id est quindecim millibus coronatorum. Quo in loco ne incredibile sit quod suprà diximus, aues centum canoras, aut hominis sermone vocales, senis millibus singulas emptas, fidem faciet Macrobius,qui lib.i.Satur.de liberalitate Augusti loquens , Sublimis (inquit) Actiaca victoria reuertebatur. occurrit ei inter gratulãtes coruum tenẽs, quẽ instituerat hoc dicere,Aue Cæsar victor Imperator.miratus Cęsar officio-
E sam auem,xx.millibus nummûm emit.socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate prouenerat, affirmauit Cæsari habere illum & alium coruũ, quem vt afferre cogeret rogauit.allatus, verba quæ didicerat expressit, Aue victor Imperator Antoni.nihil exasperatus, satis duxit iubere illum diuidere donatiuum cum contubernali. Coruum ergo loquacem Augustus viginti sestertiis emit,id est quingentis aureis nostris.& Cleopatra Aegypti reginarum nouissima,lautitiam epularum Antonii,omnemq; eius apparatum obtrectans, quærente eo quid adstrui magnificentiæ posset,respondit vna se cœna centies sestertium absumpturam.Cupiebat discere Antonius,

Census equester.
Quadragies sestertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Centies sestertium.

sed fieri posse non arbitrabatur. Centies sestertium æstimatione supradicta F
ducenta quinquaginta millia aureorum coronatorum valet: & quadringenties sestertium, decies centena millia aureorum, quàti idem Pli. æstimauit ornatum Lolliæ Paulinæ, de qua suprà diximus, & Cicero furta Verris in prouincia. Quoniam verò multa dicturi sumus fidem propemodũ excedentia, lectores præmonitos velim ne Romanas priscásque diuitias, huius

De opulẽtia publica priuatáque Romanorũ.

temporis opulentia publica priuataq; metiantur. Vrbem enim Romam totius propè orbis spoliis locupletem fuisse, historica fide planum fieri potest, iis quidem certè qui Latinos Græcosq; scriptores rerum gestarum lectitarint. non modò enim duces Imperatoresq; Romani vi aperta & bellica in hostico, sed etiam Proconsules prouinciarumq; præsides in pacato furtis rapinisq; & expilationibus grassabantur, quà sacrum quà prophanũ domum suam quisque auertentes. Inde illud Satyrographi poetæ,

Inde Dolobella est, atque inde Antonius, inde
Sacrilegus Verres: referebant nauibus altis
Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Equidem (quod ad me attinet) cum hæc quæ in hoc opusculum congessi, H
animo reputarem, ea mihi species vrbis Romæ animo obuersabatur, quasi

Cimeliarchium.

arcem quandam expilatorum orbis terrarum viderem, & veluti commune gentium omnium cimeliarchium (vt verbo Iustiniani principis vtar) id est sanctius conditoriũ rerũ toto orbe eximiarũ. Vidimus iam de Lollio verba hæc Plinii, Nec dona prodigi principis fuerãt, sed auitæ opes, prouinciarũ

Lolliꝰ Paulinus.

scilicet spoliis partę. Hic est rapinarũ exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus Regũ muneribus in toto oriẽte, interdicta amicitia à C. Cæsare Augusti filio, venenũ biberet, vt neptis eius quadringenties sestertiũ operta spectaretur ad lucernas. Hactenus ille. Quantã igitur summã rapinarũ Lollii I
fuisse existimamus, cum decies centenis millibus aureorum æstimarentur
gemmæ quæ ad neptem eius peruenerunt? Vidimus & de Caio Verre, cui
Cicero quadringenties sestertium litem æstimandam esse contendit. Ingen
tia autem commoda Romanorum magistratuum etiam vrbana fuisse, ex
hoc coniicere licet, quòd moris fuit, vt finito magistratu ludos ederẽt ma-

De muneribus ædilitijs & venationibꝰ.

gnificos, & venationes ac munera darẽt, id est gladiatorum multa paria ad
vulgi oculos oblectandos depugnatura: quam veluti mercedem populus
& precium accipiebat collatorum suffragio suo magistratuum. quem mo-
rem commemorans Cicero in.ii. Officiorum ita inquit, Quanquam intel-
ligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus vt splendor æ- K
dilitatum ab optimis viris postuletur. Itaque & Publius Crassus cum co-
gnomine diues, tum copiis, functus est ædilitio maximo munere. Et paulũ
infrà, Hunc est Scaurus imitatus. magnificentissima verò nostri Pompeii
munera secundo Cõsulatu. in quibus omnibus quid mihi placeat, vides. vi-
tanda tamen est suspicio auaritiæ. nam Mamerco homini ditissimo prę-
missio ædilitatis, Consulatus repulsam attulit. Quare etsi postulatur à po-
pulo, bonis viris si non desiderantibus, attamen approbantibus, faciendum
est, modò pro facultatibus, vt nos ipsi fecimus. Etsi aliquando res aliqua
maior

A maior atque vtilior populari largitione acquiritur, vt Horesti nuper prandia in semitis nomine decimæ, magno decori fuerunt. Ne M. quidem Seio id vitio datũ est, quòd in caritate annonæ asse modium populo dedit. Magna enim se & inueterata inuidia, nec turpi iactura (quandò erat ædilis) nec maxima liberauit. Pli. lib. viii. de hoc loquens, Leonum simul plurium pugnam Romæ princeps dedit Q. Scæuola P. filius in curuli ædilitate: centũ autem iubatorum primus omniũ L. Sylla, qui postea Dictator fuit, in prętura. post eum Pompeius magnus in circo D C, ac in iis iubatorũ C C C-
B X V, Cæsar Dictator quadringentorum. Quanquam in antiquis libris verbum D C non legitur: ex quorum obseruatione locus ille mendosus esse videtur. Idem de variis, id est pantheris loquẽs, Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Aphricanas in Italiam aduehere. contra hoc tulit ad populũ Cn. Aufidius Tribunus pl. permisitq; Circẽsium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate sua varias C L vniuersas misit: deinde Pompeius Magnus quadringentas decem: diuus Augustus quadringentas viginti. Ibidem emendandum vnum verbum censeo, quanquam refragante antiquorum exemplarium fide: Ferunt (inquit Pli.) colore earum mirè solicitari Plinij loc.
C quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri, quamobrẽ occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Hoc Plinii dictum cum ex Aristotele translatitium esse liqueat, nimirum ex eo emendari debet. Is enim lib. nono de historia animalium, λέγεσι δὲ καὶ καταγινώσκειν πῶς πάρδαλιν ὀλιγῃ ὀσμῇ αὐτῆς χαίρειν τὰ θηρία, ἀσχρύπτεσθαι γὰρ ἐκ τούτου, θηρεύειν· προσίασι δ' ἐγγύς, καὶ λαμβάνει. ὥστε καὶ τὰς ἀλώπεκας. Aiunt autem (inquit) pantheram intelligentem quòd odore sui animantes gaudeãt, occultare sese, & ita eas captare: quippe accedẽtes propius rapere, in quibus & ceruam. Odore igitur non colore apud Plinium legendum: quod ne à quoquam refelli possit, vel Plinio ipso iudice vincã,
D qui lib. xxi. de odoramentis loquens, Animalium (inquit) nullum odoratũ, nisi de pantheris quicquam dictum est, si credimus. Idem Pli. Annalibus notatum est, M. Pisone M. Messala Consulibus, Domitium Aenobarbum ædilem curulem vrsos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopas in circo dedisse. Idem libro. xxxiiii. In M. Scauri ædilitate tria millia signorum in scena tantùm fuere temporario theatro. Et rursus lib. xxxvi. C C C L X columnas M. Scauri ædilitate ad scenam temporarii theatri, & vix vno mense futuri in vsu, viderunt portari silentio legum. Et rursus alibi, Scaurus fecit in ædilitate sua opus maximum omnium quæ vnquam
E fuere humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam æternitatis destinatione. Quibus verbis significat Scaurum in ædilitate sua ad populi oblectationem scenam temporariam, & statim ludis factis diruendam, fecisse: sed quæ vinceret magnificentia clarissimum opus omnium quæ vnquam facta sunt etiam eo animo vt perpetua essent. Vitruuius in præfatione decimi libri, ludorum & munerum huiusce modi meminit qui priuato sumptu fiebant: qui etiam eorum summa industria & machinatione apparatorum, prætoribus ædilibúsque necessitatem iniungit. Quanti autem fuisse Marco Scio liberalitatem putamus, qui in caritate annonæ modiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Æstimatio denarij & sestertij.

frumẽti asse populo vẽditauit? quod Cicero dixit in loco supradicto. Asses deni in denario fuerunt, & sestertii quaterni. Hic æstimatione à nobis instituta, tribus duodenariis & semisse valuisse deprehenditur, cũ libra decem aureis æstimetur: qua ratione sestertius nummus decem denariolis & semisse, id est obolo nostro valet. sic asses singuli quaternis denariolis æstimabuntur. Quanti autem frumentum esset Romæ, ex Cicerone coniicere possumus, qui in Frumentaria actione ita inquit, Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex Senatusconsulto, & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt, vnum cæterarum decumarum, alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. illius decumani tantum, quantũ ex primis decumis fuisset: tritici modiũm dccc millia. precium autem constitutum decumano, in modios singulos sestertiis ternis: imperato, sestertiis quaternis. Ita in frumentum imperatum, sestertiũ duodetricies in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solueret: in alteras decumas ferme ad nonagies. Sic per trienniũ ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum est. Hanc pecuniam tantam tibi ex ærario inopi atque exhausto datam ad frumẽtum, datam vt Siculis aratoribus, quibus tanta onera Resp. imponeret, soluerentur: abs te laceratam sic esse dico, vt possim illud probare si velim, omnem te hanc pecuniam domum tuam auertisse. Hunc locum Ciceronis, qui lõgè aliter in exemplaribus legitur, sic emendandum esse censui, quoad emẽdatiora reperiãtur exemplaria: & eius hunc sensum esse, vt intelligamus triplicem frumentationem Sicilienſem fuisse. Primam vectigalem, quæ Decumana erat. alteram itidem Decumanam, nõ etiam gratuitam, sed vt aratores Siculi alteram decumam darent, ternis sestertiis in modios taxatam. has duas certas statíque numeri frumenti fuisse, id est octingenũm millium modiũm in singulas. tertiam non decumanã, sed incertam, & pro necessitate Reip. indici solitam æqualiter ciuitatibus. propterea igitur decumani nomine Cicero quotannis duodetricies sestertium imputauit Verri. quippe cum frumenti modius trinis sestertiis æstimatus esset, si ter octingenta millia numeres, fient viciesquater centena millia nummũm quotannis. quare potius dcccc millia legendũ videtur, vt fiant septies & vicies centena millia nummũm: quæ si ter rursus numeres, fiẽt semel & octogies centena millia nummũm in triẽnio, vt sit quod Cicero dixit ferme ad nonagies, omnia augens oratorie. Malim tamen locum mendosum relinquere, quàm hanc sententiam asserere: præsertim cum duodetricies non quadret in annos singulos. Nonnihil tamen adminiculatur hic locus ad id quod de sestertiis diximus, quum centies & tricies sestertium pro tãta pecunia dixerit. Verùm cum publica & æterna frumenti æstimatio quaternũm esset sestertiũm in Sicilia frumenti feracissima, quanti putamus fuisse Romæ in caritate annonæ? Et quantum lucrum contempsisse eum qui assibus vendiderit, si domi repositum habuit: aut iacturam fecisse, si in Siciliam aut Carthaginem petiit? Nam vt in capita ciuium singulis modiis defunctus sit (quod credibile non est, vt postea intelligetur) non minus q̃ trecenta millia hominum

plebeiorum

A plebeiorum fuerũt. Legimus apud Eusebium, quo tempore Cicero Quintium reum patrocinio suo defendit, censu Romæ acto inuenta esse hominum millia quadringenta sexagintatria. Vt ergo trecenta millia hominum fuerint tantum, & Scius tot modiis defunctus sit, nec pluris Romæ frumentum in annonæ inopia quàm apud Siculos in solita vbertate fuerit: Scius in populum mille ac ducenta millia nummũm, id est duodecies sestertium dilargitus est, nisi quòd in singulos modios assem seruauit. Quòd si ad verisimile exigere hoc velis, minimum hæc summa duplicabitur. Itaque me-
B ritò Lactantius lib. vi. ita scribit, Quid enim dicendum est de iis qui popularí leuitate ducti, vel magnis vrbibus suffecturas opes, exhibendis muneribus impendunt: nisi eos dementes ac furiosos, qui præstẽt id populo, quod & ipsi perdant, & nemo eorum quibus præstatur, accipiat? Et rursus alibi, Quid prodest perditæ nequitiæ bestiarios facere locupletes, & instruere ad flagitia? Plinius lib. xxxiii. Non erat apud antiquos numerus vltra centum millia: itaq; & hodie multiplicantur hæc, vt decies cẽtena millia, aut sæpius dicantur. fœnus hoc fecit, nummusq; percussus, & sic quoque æs alienum etiamnum appellatur: postea diuites cognominati: dummodò notum sit,
C eum qui primus acceperit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis. Ex eadẽ gente M. Crassus negabat diuitem esse nisi qui redditu annuo legionẽ tueri posset. In agris suis sestertiũm viginti millia possedit, Quiritium post Syllam ditissimus. nec fuit satis, nisi totum Parthorum esurisset aurum. atque vt nomen quidem optimum occupauerit (iuuat enim insectari inexplebilem istam habendi cupiditatem) multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentiores, pariterq; tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum. Atque vt hi omittantur tanquam adhuc rerum potiantur,
D C. Asinio Gallo, C. Martio Cẽsorino Coss. ad vi. Calend. Februarias Cęcilius Claudius Isidorus testamento suo dixit, quanuis multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia cẽtum sedecim, iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris ducẽta quinquagintaseptem millia, in numerato pondo sexcenta millia: qui funerari se iussit sestertiis vndecim millibus. Hæc verba Plinii non modò sic in impressis exemplaribus; sed etiam in antiquis quibusdam leguntur: quæ si verè leguntur, nugatoria sunt quæ diximus, tametsi testatissima. In antiquissimo exemplari legimus, in agris sestertium. M. M. possedit: ita vt duæ. M. M. similitudinem
E haberent literæ postremæ in Græcorum alphabeto, sed inuersæ, cuiusmodi & alibi in antiquis libris legimus. Lego igitur, in agris sestertium bis millies possedit. hoc est ære nostro quinquagies centena millia aureorum coronatorum. Huius si vicesimam partem pro redditu annuo statuamus (sue in agris eum redditum, siue in mancipiis artificibus, siue in fœnore fuisse intelligimus) fient ducenta quinquaginta millia: quæ si ita dispensemus, vt gregarius miles quaternos in mẽsem aureos accipiat, duodequinquagenos in annum: decem cohortium quingenariarum legio ali potuit. Restabunt decem millia, quorum quinque millia in quinquaginta Centuriones statuimus pro duplicando stipendio: & quinque altera pro iis qui à Græcis

Claudius Isidorus.

Diuitiæ Crassi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐκατόνταται, id est superordinati dicuntur, vt cornicines, signiferi, caduceatores, & fabri qui machinas faciunt. Hunc Crassum Cicero compellans in vltimo Paradoxo, ita scribit, Multi enim audierunt ex te cum diceres, neminē esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus: quod populo Ro. ex tantis vectigalibus iampridem vix potest contingere. ergo hoc proposito nunquā eris diues antequā tibi ex tuis possessionibus tantū reficiatur, vt ex eo tueri sex legiones & magna equitum ac peditū auxilia possis. Iam fateris igitur te non esse diuitem. Quod autem sequitur in eodem Paradoxo, corruptum esse censeo, Capit ille ex suis prædiis sexcena sestertia, ego centena ex meis. Quòd si apud Plinium viginti millia sestertiûm legamus, significabūtur quingenti aurei: si vicies sestertium, quinquaginta millia: si vicies millies, immēsa summa. Errore igitur librariorum, lubrico quidem ipso in notis numerorum vel summarum, vt postea videbimus, factū est vt pro sestertium bis millies, sestertium viginti mil. legeretur, adstipulante scilicet tot ætatum ignorantia, præsertim quod ad hæc verba pertinet. Cum hoc dicto pugnare videtur id quod Seneca lib. de Vita beata his verbis inquit, M. Cato cum laudaret Curium & Coruncanum, & seculum illud, in quo crimen erat paucę argenti armillæ, possidebat ipse quadragies sestertium, minus sine dubio quàm Crassus, plus quàm Censorius Cato. maiore spatio proauum vicerat, quàm à Crasso vinceretur. Si igitur quadragies hic rectè legitur, oportet M. Porciū minus octoginta sestertiis, hoc est duobus millibus aureûm nostrorum in censu habuisse: quum quinquaginta partibus Crassus maiorem censum quadragies sestertio habuisse legatur, & tamē pluribus partibus quadragies sestertium maius fuisse cēsu Porciano dicatur à Seneca. Verùm hoc esse falsum facilè ex Plutarcho intelligimus, qui quæstu & parsimonia patrimoniū auxisse Catonem seniorem testatur, ideoq; iuniorem Catonē hæreditatibus locupletatum esse narrat. Hoc ideo diximus, ne quid præteriisse consultò aut oscitanter videremur. Sed & in sequentibus nonnihil de Crassi diuitiis dicetur. Quod autem sequitur de Cæcilio, In numerato pondo sexcēta millia, in antiquissimo lib. sestertium de legitur. Obseruaui autem in antiquis H & S cum apice significare sestertium: apicem autem porrectum super quencunque numerum, millia significare: vt $\overline{DC}$ cum apice sexcenta millia. Sexcenta autem millia pondo argenti æstimantur à nobis sexagies centena millia aureorū: quæ cum immensa sit pecunia, & maior censu Crassi, qui Quiritium post Syllam ditissimus ab eodem Plinio fuisse dicitur: legendum puto sestertiū sexcenties, quod significat quindecies centena millia coronatorum. Non enim memini me legisse vt Latini pondo aut libras de numerata pecunia dicerent, etiam si minis Græci in hac significatione vtuntur. Nam quod Liuius, argenti pondo bina & selibras in militem præstaret dixit, ad argentum infectum retulisse mihi videtur: quo etiam loquendi modo nunc vtimur cum argenti marcam vel auri dicimus, tantam pecuniam significantes, quanti edicto principis æstimantur. Nec tamen me latet quod Plinius in mentione citrinarum dixit, qui locus in ordinem tādem incurret, & explicabitur

A plicabitur à nobis. Illud quod sequitur, Qui funerari se iussit sestertiis. xi. lego sestertium vndecies. Ne autem fide careat quod de Crasso diximus, citetur locus Plinii lib. xviii. apud quem de positione villæ & modo agri colendi loquentem, sic in omnibus libris impressis legitur, Modum agri in primis seruandum antiqui putauere. quippe ita censebant, satius esse minus serere, & melius arare. Qua in sententia & Virgilium fuisse video, verumq; confitentibus latifundia prodidere Italiam. Iam verò & prouincias sex & semissem domini Africæ possidebant cum interfecit eos Nero princeps.

B Non fraudabo magnitudine hac quoq; sua Cn. Pompeium, qui nunquam agrum mercatus est conterminum. Miror quid his verbis significari Plinii emendatores intellexerint. Ego ita restituendum locum affirmo, Verumq; confitentibus, latifundia perdidere Italiam: iam verò & prouincias. deinde post distinctionem inferendum, Sex domini semissem Africæ possidebant, cum interfecit eos Nero princeps, non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, & reliqua. Iam verò, pro iam etiam & quinetiā, locutio est Pliniana: vt, illa verò, pro immo etiam, vel quinimmo illa, lib. xvi. ca. xxxiiii. & lib. xiiii. ca. xxii. illi vero & venientem, pro immo etiam. Sic

C apud Ciceronem, aut verò, pro aut etiam: & nec verò, pro nec etiam: apud Græcos, οὐδὲ μήν, & οὐ μὴν δέ, sic dicitur: hoc est iam verò, & neque verò. Sensus est igitur latifundia perdidisse non modò Italiam, sed etiam prouincias, hoc est steriles reddidisse, cum solum frugiferum malè cultum, malignè quoque fruges redderet, & Africæ propè dimidium ab hominibus sex opulentis obtinebatur, quo nomine à Nerone principe rapacissimo confiscati, insuper etiam capite pœnas luerunt. Hoc autem tum contigisse existimo, cum Nero spe destitutus quam de gaza antiqua Didonis con-

D ceperat, in Africa eruenda ad rapinas improbissimas & delationes excitandas animum conscleratum intendit, vt auctor est Tranquillus. Vt autem sciamus quàm sint numeri apud Plinium mendosi, age conferamus Plinium cum reliquis auctoribus, atque etiam ipsum secum. Iamprimum lib. supradicto vbi de ærario populi Romani vt copioso loquitur & opulento, Auri (inquit) in ærario populi Romani fuere Sex. Iulio, Lucio Aurelio Coss. septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo dcc. xxvi. argenti nonagintaduo millia, & extra numerum ccc. &. lxxv. Si priuatus homo Cæcilius Isidorus sexcenta millia pondo argenti habuit, quonam modo ærarium locuples existimabitur, quod centum millia non habuit?

E Idem paulò pòst, Intulit & Aemilius Paulus Perseo Rege Macedonico deuicto, prædam pondo trium millium: à quo tempore populus Romanus tributum péndere desiit. Plutarchus de triumpho Pauli loquens, Post armorum currus tria virorum millia sequebantur, qui numismata feretorum. quatuor viri singula vasa portabant: alii crateras argenteas, & phialas, calicesq; ornatissimos & ingentes certo ordine deferebant. Et paulo inferius, Postea sequebantur qui aurea nūmismata gerebant in vasis trium talentorum, vt suprà de argenteis dictum est. numerus vasorum fuit tria &

Plinij locus restitutus.

Iam verò. Illa verò.

Mendosi numeri apud Plinium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

octoginta. His verbis Plutarchus auctor est mille & quinquaginta talenta argenti,& ducenta vndequinquaginta auri in ærarium illata esse, præterea aurea argenteaq;,Plinius tria millia pondo non addito auri argétive. At ego dico vicies maiorem numerum apud Plutarchum esse quàm apud Plinium: id quod ex dicendis apparebit. Alioqui quonam pacto populus Romanus tributa péndere propter ærarii opulentiam desiisset? Sequitur rursus eodé Plinii loco,Sexto Iulio,L.Martio Coss. hoc est belli Socialis initio, octingenta quadragintasex auri pondo fuere in ærario. Cæsar primo introitu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorū.xxvi. millia,& numero pondo trecenta:nec fuit aliis temporibus Resp.locupletior. Hactenus ille. Quomodo memorabile Plinius existimauit in ærario Romano octingenta tunc auri pondo fuisse, cum Cæsar postea sex & viginti aureorum laterum millia ex ærario abstulerit? de quo loquens Orosius libro sexto ita inquit, Cæsar Romam venit, negatamque sibi ex ærario pecuniam fractis foribus inuasit, protulitque ex eo auri pondera IIII M C X X X V,argenti pondera propè D C C C C.Orosii numerus multo minor est Pliniano, vt vtrobique corruptum esse appareat. Ego in antiquissimo exemplari ita primum illum locum legi,Auri in ærario populi Romani fuere Sex.Iulio,L.Aurelio Coss. septem annis ante Punicum bellum tertium,pondo X V I. D C C C X,argenti X X I I. L X X. & in numerato L X I I. L X X X V. C C C C.Sexto Iulio Martio Coss. hoc est belli Socialis initio, auri X V I. X X. D C C C. X X I X. C. Cæsar primo introitu vrbis ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorum X V,argenteorum X X X V, & in numero sestertium C C C C. nec fuit aliis temporibus Respub. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus Perseo Rege victo è Macedonica præda sestertium.ii. iii.à quo tempore pop.Roma.tributum péndere desiit.Hæc verba inserenda huic operi duxi,vt legentibus iudicium integrum seruaretur.si quid tamen comminisci licet,huc locum sic restituere possumus ex vetusti exemplaris & aliorum obseruatione,Auri in ærario populi Romani fuere septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo septingenta millia viginti sex, argenti nonagintaduo millia, & in numerato trecenties & septuagies quinquies. Item Sexto Iulio,L. Martio Coss.hoc est belli Socialis initio,auri pondo octingenta millia.xlvi.Et inferius, Intulit & Aemilius Paulus Perseo Rege victo è Macedonica præda sestertium ter millies. In Cæsaris autem mentione locus mutilatus sic restituendus, Protulit laterum aureorum quindecim,argenteorum.xxxv.mil.& in numerato sestertium quadringenties.In harum summarum æstimatione ineunda,in singula pondo centenos aureos solatos statuendos esse arbitror,quia in tanta copia auri necesse est partem fuisse mediocris notæ, vtpote quod esset conflatum è vasis & supellectili. sic fit vt singula centena millia, centies centena millia aureorum valuerint.ita septingenta millia, septingenties centena millia valuerunt. Argéti autē nonagintaduo millia denario multiplicata, nongētis viginti millibus coronatorū æstimantur,& trecēties & septuagies quinquies

Copiæ ærarii Romani.

sestertium

sestertium nongentis quadraginta circitèr millibus. Sed vix verisimile est septies plus auri quàm argenti fuisse. Quòd si vetustum exemplar verum esse aliquis existimauerit,sic legendum erit fortasse, Pondo sedecies septingenta,argenti nonagies bis octogintaquinque millia(quanquam in vetusto,vicies bis.lxx.cccc.legatur)& in numerato sexagies bis octogintaquinque. Hæc summa immensa est omnino, quippe sedecies centena millia & septingenta pondo intelligo,quæ centies multiplicata,millies & sexcenties centena millia aureorum valent:argenti autem summa nonagies bis,decies multiplicata, noningenties vicies centena, præter numeratam pecuniam. Quæ vtrum ad sestertia, an ad aureos referenda sit,mihi non liquet: quare nihil statuo.si tamen vetusti numeros sequi placeat, non video quomodo xxii.lxx.cccc.aliter legere possimus, q̃ vicies bis septuaginta millia quadringenta:quæ summa argenti ad nummum relata,ducenties viciessepties centena & quatuor millia coronatorum efficit.Idéq; cēseo de eo quod sequitur, Belli Socialis initio auri pondo X V I. X X. D C C C. X X I X. quod si non mendose legitur,vtique sic interpretandū est, Sedecies viginti millia octingenta vndetriginta,hoc est sedecies centena viginti millia. Centena enim antiqui subintelligenda relinquere solebāt:eo modo quo in his verbis,quadringenties sestertium,pro quadringenties centena millia sestertiūm,vt docuimus,& debere ducenties,hoc more sæpe locutum Plinium docebimus lib.iiii.cum locus occurrerit. Cicero in Prætura vrbana,Accepi(inquit Verres)vicies ducēta trigintaquinque millia quadringētos quindecim nūmos.hoc perinde est ac si dixisset Cicero, vicies bis centena xxxv millia:vt manifestè ex sequentibus patet,& ex Asconio Pediano. Vt autem legamus.xvi.millia pōdo,vt in eo vetusto legitur,ridiculum est:cum apud Suetonium legamus Augustum vna donatione in cellam Capitolini Iouis sedecim millia pondo auri,& quingenties sestertium contulisse. Quare lectionis fides sit penes vetusta exemplaria,si vsquam esse potest hodie:verborum autem interpretatio sit penes antiquitatis studiosos. Admirari nūc Plinium subit,sæpéque in hoc opere subibit, qui res tot memorabiles omnis æui memoriæ prodere concupiuit, si per tot seculorum cariem, incuriam, ignorantiam, & compendiariæ scriptionis discrimina,pertinax exemplarium fides ad nos euadere potuisset: vt siquando multis adnitentibus,& inuētis vetustioribus libris restitui potuerit, vnum eum auctorem studiosi harum literarum habeāt, cui totius propè vetustatis cognitionem explicatam acceptam referre possint:vtique quod ad eas res pertinet,queis inter scribendam rerum gestarum historiam locus esse non solet.Cuius rei reputatio magnum mihi negocium in hac commentatione exhibuit:cum res partim conclamatas,partim etiam elatas tot doctorum hominum prę-iudicio, semianimes à rogo referri posse atque etiam à tumulo non diffiderem.Ne quid autem comminisci videar,penes me futura antiqua exemplaria profiteor, vt nulli non adire liceat, quem quidem initiatum his sacris esse sensero. Credibiles fortasse has summas,atque etiam omnino credibiles facit locus Suetonii in Vespasiano his verbis, Sunt contrà qui opi-

Pli.historia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nentur ad manubias & rapinas necessitate compulsum summa ærarii fisci- F
que inopia, de qua testificatus sit initio statim principatus, professus qua-
dringenties millies opus esse vt Resp. stare posset. Si enim Vespasianus spe-
rauit se quadringenties millies sestertium cogere posse ad instaurandam di
gnitatem Imperii Romani, quæ à Nerone & successoribus per luxus inu-
sitatos exhausto ærario conciderat: & si tantum auri argentiq; esse sub im-
perio Romano potuit, simillimum veri esse potest, eo tempore quo impe-
rium Romanū in Senatus auctoritate & populi potestate situm erat, po-
tuisse ex Orientis Africæq; spoliis, & vectigalium residuis, quartā eius sum- G
mæ partem in ærario coactam esse. Maxima enim superiorum summa non
excedit centies millies sestertium, id est bis millies & quingenties centena
millia aureorum nostrorum. Hæc adnotauisse nō ab re fuit, vt arbitror, et-
si nihil habui quod hoc loco statuerē. Existet enim fortasse aliquis qui ve-
tustis exemplaribus diligenter euolutis, vel verisimiliora inueniet, vel com
mentationi nostræ fastigium imponet, admonitione hac nostra extimu-
latus. Magnam autem esse summam pecuniæ quam Cæsar ex ærario pro-
tulit, ex calculo intelligere licet. Si enim xv. millia laterum aureorum fue-
runt, non dubito centum & quinquaginta millia pondo auri fuisse, cum H
quilibet laterculus decem pondo minimum fuerit: qua ratione fiunt au-
reorum solatorum centies quinquagies centena millia. Si autem huic sum-
mæ, argenti æstimatio addatur, cum eo quod in numerato fuit, immensa
fiet summa. quod verò in vulgatis exemplaribus & quibusdam antiquis le-
gitur, & numero pondo trecēta, omnino corruptum est. numeratam enim
pecuniam non libris sed sestertiis significabant antiqui. Appianus in secun
do bellorum Ciuilium, Thesauros (inquit) à nemine contactos vsque in il-
lum diem, militibus rapere concessit, quos olim execratione proposita con
ditos fuisse memorant, vt nisi in tumultu belli Celtici non promerentur. I
Ex quibus verbis intelligimus Cæsarem vsque ad fecem ærarium exhau-
sisse. quanquam Plinius dicat tunc ærarium locupletissimum fuisse, sed in-
telligimus prælibatum à Pompeio & Senatu. Tranquillus & Plutarchus
de hoc siluerunt, vt & ipse Cæsar in Commentariis suis. Lucanus in. iii.
Pharsaliæ de hoc loquens ita inquit,

Sanctius ærarium à Cæsare expilatum.

- Tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perses, quem victi præda Philippi:
Quicquid parcorum mores seruastis auorum,
Quod dites Asiæ populi misere tributum,
Victoríque dedit Minoia Creta Metello:
Quod Cato longinqua vexit super æquora Cypro:
Tunc Orientis opes, captorúmque vltima Regum,
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis,
Egeritur: tristi spoliantur templa rapina:
Pauperiórque fuit tunc primum Cæsare Roma.

Quibus

A Quibus verbis magna vis auri argentíque significatur. Sic autem vt dixi-
mus, hic Plinium locutum esse credo, coniecturam ex aliis auctoribus fa-
ciens, & ex aliis ipsius locis. argumento erunt etiam ea quæ postea dicentur
à nobis, si quis diligenter animaduertat. Hanc autem deprauationem exem Numerorū depra-
plarium induxit antiquorū librariorum institutum, qui numeros & sum- uatorū ratio.
mas sua quamque notula scribebant. aliter enim sestertios nummos, aliter
sestertia, aliter sestertiūm gignendi casu notabāt, aliter libram & talentum,
aliter & denarium: & mille & millies non eodem modo. Quare per tot se-
B cula veri rerum numeri aliis atque aliis subinde traducibus exemplarium
inserti, ad nostram auorumq; memoriam peruenire non potuerunt, præ-
sertim accedente librariorum culpa, qui pleraque oculis solis, pauca etiam
mente transigunt. Age quis illud libri octaui tueri possit? Metellus Scipio- Insigne ſ. cium tri-
ni triclinaria Babylonica octingentis millibus venisse iam tunc posuit in clinarium Babyloni-
capitalibus criminibus, quæ Neroni principi quadringentis millibus sester- corum.
tiūm nuper stetere. Si stragula Babylonica octingentis millibus ab homine
priuato comparata sunt, quonam modo memorabile est Neroni principi
C profusissimo quadringentis millibus stetisse? In antiquis duobus exempla-
ribus quadringenties sestertium legimus: in vno antiquissimo quadringen-
tis, sed ita, vt conspicuè deletilem membranæ locum cerneres, & quadrin-
genties principio fuisse intelligeres. Est alioquin locus non vno aut altero
verbo corruptus. in antiquorum enim nullo capitalibus criminibus legi-
tur, sed vel in Catonis, vel in Capitonis: nec posuit sed ponit, nec Scipio-
ni sed Scipio in recto. locus igitur sic restituendus, Metellus Scipio tricli-
naria Babylonica sestertiūm octingentis millibus venisse iam tunc, ponit
in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadringenties sestertium
D nuper stetere. hoc sensu, vt Metellus Scipio Capitonem accusauerit, & ei
obiecerit quòd triclinares tapetas quibus triclinia vel sternebantur, vel
obtendebantur, viginti millibus aureorum nostrorum parare ausus esset,
quæ tamen postea Nero decies centenis millibus parauisset ad ornatum
aureæ domus. Capitonis Cossutiani meminit Tacitus libro decimosexto. Capito.
Crimina (inquit) obliterari non sinebat Capito Cossutianus, præter ani-
mam ad flagitia præcipitem, inimicus Thraseæ, quòd auctoritate eius con-
cidisset, iuuantis Cilicum legatos dum Capitonem repetundarum inter-
rogant. cuius accusationis meminit etiam Iuuenalis Satyra octaua, Ca-
E pitonem Cilicum piratam vocans: sed de hoc Capitone intelligi dictum
Plinianum non potest, quia & is Thraseam Petum reum peregit sub Ne-
rone, quo nomine quinquagies sestertium præmii loco tulit. Accusato-
ribus (inquit Tacitus) Eprio & Cossutiano, quinquagies sestertium singu-
lis, Ostorio duodecies, & quæstoria insignia tribuuntur. Quo ex loco in-
telligere possumus quàm ille sceleratissimus princeps, etiam perditus luxu
& prodigentia fuerit, qui duobus calumniatoribus ad accusandum virum
egregium subornatis, ducenta quinquaginta millia coronatorum dede-
rit, id est centies sestertium. Semel in vniuersum testatus sum, me ita in
hoc tempore locuturum, quasi iam olim coronati nostri percussi fuerint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt expeditius transigere hoc negocium possim. Capitonis Fonteii meminit Horatius in primo sermonum, æqualis Mecœnatis. Hunc igitur vel patrem eius Metellus hoc nomine accusasse videtur. Capitalem autem luxum Romæ fuisse non comperimus, ne exilio quidem mulctatum, tametsi probrosè obiici solitum, vt de L. Crasso videbimus. Quare Tranquillus de Cæsare adhuc priuato loquens, Tabulas operis antiqui semper animosissimè comparasse eum multi prodiderunt: seruitia recentiora politioráque immenso precio, & cuius etiam ipsum puderet sic, vt rationibus vetaret inferri. Quo modo igitur capitalibus verbum apud Plinium congruere potest? Vtinam autem eo in loco Plinius per omnia emendari posset, vt in eo quod sequitur in eodem capite, Vidimus iam & bidentium vellera purpura cocco conchylio sesquipedalibus libris infecta, velut illa sic nasci cogente luxuria. Ego vt viuentium non bidentium lego, sic sensu exposcente: ita sesquipedales libras non intelligo. Quòd si labris legamus, tamen sesquipedalibus non congruit. Potius igitur sesquipondialibus legendum censuerim, eo sensu fortasse, vt libræ purpuræ & conchylii centenis & quinquagenis drachmis constarent. Nam de precio purpuræ loquens libro nono ita inquit, Nepos Cornelius qui diui Augusti principatu obiit, Me (inquit) iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat, nec multò pòst rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter ædilis curulis primus in prætexta vsus improbabatur, qua purpura quis non iam (inquit) triclinaria facit? Spinter ædilis fuit Cicerone Consule. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio: qualiter nunc omnes penè commodiores purpuræ tinguntur. Quod sequitur, corruptum est, In conchyliata veste cætera eadem sine buccino, prætérque ius temperaturæ æquè pro indiuiso humani potus excremento dimidia, & medicamina adduntur. Vbi sic legendum censeo, Vis temperatur aqua. Sed ex verbis Plinii, purpuræ & conchylii precia magna apparet fuisse. Coccus autem quo hodie vtimur in laneis vestibus, nõ excedit in libras singulas nostras binos aureos: quòd verò in serica veste crameſinum appellant, non absimile est cocco, radicibus adhærens cuiusdam hærbæ in Germania: nec excedit quaternos ducatos in libras, vt negociatores nostri aiunt. Ex quo apparet multo precioſiores, & maioris luxus vestes antiquorum fuisse. Purpura hodie negociatoribus ignota est, etiamsi Damasci in vsu esse quidam affirmãt: sed precium antiquis preciis non respondet. Athenæus libro duodecimo Dipnosophiston de luxu Ionum loquens, Theopompus autem (inquit) libro decimo quinto auctor est mille viros Colophoniorum per vrbem errantes videri solitos in veste purpurea, quod Regibus tum rarum erat, & magno studio affectatum. purpura enim argento rependebatur. ὅπερ καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ' ἦν καὶ πολυτελέστατον. Ἰσοτίμως γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἀργύριον ἀλλαττομένη. Cicero in Philippica secunda, Conchyliatis Cnei Pompeii peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Quamobrem desinite mirari hæc

Plinij loc.

Purpuræ precium.

Dibapha.

Cocci precium.

Crameſinum.

hæc tam celeriter esse consumpta. non modò vnius patrimonium quantuis amplum, vt illud fuit: sed & vrbes & regna tanta nequitia deuorare potuisset. Tranquillus in Nerone, Et cum interdixisset vsum amethystiniac tyrii coloris, summisissétque qui nundinarum die pauculas vncias venderet, præclusit cunctos negociatores. Quo in loco perculit lego, id est fortunis euertit. De hac Plinius ita inquit libro supradicto, Non est satis abstulisse gemmæ nomen Amethystum: rursum absolutus inebriatur Tyrio, vt sit ex vtroque nomen improbum Tyriamethystus. Olim etiã purpura, id est sanguis pisciculi, cum cocco quo nunc vtimur, miscebatur. id quod idem auctor testatur his verbis, Quin & terrena miscere, coccoq; tinctum Tyrio tingere, vt fieret his bissinũ. Vbi prisca exemplaria his schymum habent: quare hysginum lego, ex eodem Plinio libro. xxxv. in mentione purpurissi. Et ex Vitruuio libro octauo his verbis, Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice, & hysgino. Purpura, insigne Romanorum Imperatorum fuit. Plutarchus in Crasso, Fertur eo die Grassum non purpureum (vt Romanorum Imperatorum mos erat) sed atrum paludamentum indutum ad milites processisse. Quapropter purpura pro summo magistratu ponitur à Plinio libro decimo, cap. xxi. de Gallis loquente, Vt planè dignæ aliti tantum honoris tribuat Romana purpura. Et ideo imperio Romano ad monarchiã deducto, principes ipsi, qui etiã (vt olim) Imperatores dicebantur, quoniam regium nomen Romæ infaustum inuisumq; erat: purpurã pro insigni imperatorio seruauerunt, vt auctor est Capitolinus in Maximinis, & in Gordiano. Plinius lib. vigesimosecundo paludamentum imperatorium cocco tinctum fuisse dicit, his verbis, Iam verò infici vestes scimus admirabili succo: atque vt fileamus Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ granis coccum Imperatoris dicatum paludamentis, transalpina Gallia hærbis tyriũ ac conchylium tingit, omneisq; alios colores, nec quærit in profundis murices, sese obiiciendo, dum præripit, escam beluis marinis. In titulo de vestibus holobryzis, vel holoseris, nunc murex, nunc conchylium, nunc purpura vocatur, qua solus princeps vtitur. Hæc obiter dicta sint propter verbum sesquipedalibus, quod in Plinio corruptũ esse apparet. Sesquipondium autem sic latinum est, vt dipondium, & centipondium: seu centumpondium apud M. Catonẽ & Plautum. Est & aliud ibidem vlcus, quod quia persanare non poteram, ne attingere quidem potius esse duxi. Cæterùm quod de censu Senatorio & equestri diximus, non mirum videri debet, vt Romæ Senator esse non potuerit, qui minorẽ censum triginta millibus coronatorum in censu habuerit. Hoc enim statutum eo demum tempore fuisse videtur, quo imperium Romanũ in Asiam trãsiit, aut certè extra Italiam promotum est. Quare Plinius lib. xiiii. luxuriam posteriorum temporum, & rerum honestarum incuriam insectans, Reges (inquit) innumeri honore artium colebantur, & in ostentatione has præferebant, opem & immortalitatem sibi per illas prorogari arbitrantes. quare abundabant & præmia & opera vitæ. posteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi cœptus, iudex fieri cen-

Plinij loc.

Purpura, insigne Imperatorum Romanorum. Purpura pro magistratu summo.

Sesquipõdium.

Census equestris Senatoriusq;.

Luxus Romanorũ. Plinij locꝰ

Universidad de Deusto
Biblioteca

su,magistratum ducemq; nil magis exornare quàm census,postquam cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitæ precia, omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes,in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici cœptum,eodem tamen habendi quò eat spes,omnium tendente voto.Sic enim legendum censeo ex vetustæ lectionis obseruatione,licet in exemplaribus quę circunferuntur,aliter extremum membrum legatur.Iudicem autem fieri censu Plinius ideo dixit,quòd Equites etiam iudices vocabantur, propter Equitum decurias quæ ex Equestri ordine erant. Idem lib.xxxiii.Laquearia,quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur,post Carthaginem euersam primò inaurata sunt in Capitolio, cẽsura L.Mummii,inde transiere in cameras,in parietes quoque,qui iam & ipsi tanquá vasa inaurantur,cum sua ætas varia de Catulo existimauerit,quòd tegulas æreas Capitolii inauraſſet primus.Idem paulo superius, Et nos fecimus quę posteri fabulosa arbitrentur.Cæsar qui postea Dictator fuit,primus in ædilitate munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo vsus est, ferásque argenteis vasis incessere tum primum visum, mox(quod etiam in municipiis æmulantur)Caius Antonius ludos scena argentea fecit. idem Lucius Murena.Item paulo inferius,Claudii successor Nero Pompeii Theatrum operuit auro in vnũ diem quo Tiridati Armeniæ regi ostẽderet. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis vrbem? Idem Plinius lib.xxix.de medicis loquens,Multos prætereo medicos, celeberrimósq; ex iis Cassios,Carpetanos,Arũcios, Albutios,Rubrios. C C L sestertia annua mercede iis fuere apud principes. Quintus verò Stertinius imputauit principibus,quòd sestertiis quingenis annuis contentus esset. sexcena enim sibi quæstu vrbis numeratis domibus ostendebat. Ducẽta & quinquaginta sestertia,id est sex millia ducentos quinquaginta aureos annua mercede celebres multos medicos Romæ à principibus habuisse dicit, Stertinium verò etiam summam altero tanto maiorem, hoc est duodena millia quingentenos,cum priuato quæstu & vrbico denaquina millia cogere posset. Quapropter hoc etiam imputabat principibus, quòd centum sestertia quæstus eorum gratia contemneret.Sequitur apud Plinium, Par & fratri eius merces à Claudio Cæsare infusa est:censusq; quanquam exhaustis opibus Neapoli exornata ita auctus,vt hæredi sestertia C C C relinqueret, quadringena Aruncius solus.Sic locum legit Hermolaus Barbarus, quibusdam veribus contra fidem exemplarium additis : quod diuinare est, non emendare. Ego ex vetustæ lectionis obseruatione sic legendum censeo,Censusq; quãquam exhausti operibus Neapoli exornata,hæredi sestertium trecẽties reliquere,quantum Athena,id est Aruncius solus. Vt intelligamus Aruncium cognomento Athenam dictum. Sensus est autem non qualis ab Hermolao ponitur,vt trecenta duo fratres reliquerint hæredi, quod Plinius pro re prædicanda posuit,sed trecenties,quæ centuplicato maior est pecunia,hoc est septingenta quinquaginta millia.In quo insignis fuit & concors nostra auorumq; memoria omnium hallucinatio, vt antea dictum est: qui nescio quo

F

G

H

I

K

Stipendiũ medicorũ, Romæ.

Plin.locus

Omnes recẽtiores in harum re-

A quo fato velut iure quodam sic errore recepto, omnes vniuersiq; pedibus ierunt in eius sententiam,quem primum horum verborum intelligẽtia fefellit. Quanquam partim eorum rem egregiè latinã multis in partibus gesserint,partim Græcorum penetralia atque etiam adyta reserarint,vt acriore vi animi atque ingenii quàm ego,sic maiore operę precio. Quo nomine simul eorum memoriam & colo & veneror, simul eorum monumẽtis propemodum acceptum fero quicquid literarum studio doctrinæ (quantula in me est cunque)assecutus sum. id quod eo magis ex animi sententia di-

B co,quòd nullius docti viri quicquam eo nomine voci debeo, quod quidẽ à prælegente acceperim,vt Phemius ille Homericus,qui sese autodidacton vocat: alioquin & doctorum obseruantissimus,& omnia eorum causa cupiens.Sed sic fuit fatum meum,vt mihi tantũ & libris operam satis multam,præceptoribus longè rariorem quàm tonsoribus dederim. Cuius sortis etsi magnopere me pœnitet,interdum etiam suppudet, quod tamen cela-

C re plerosq; non possum,palam omnibus fateri non erubesco,vtique cum ea re commemoranda argumentum mihi veniæ præstruere videar. Iuuat igitur doctissimorum hominum luculentam culpam in rebus arduis meminisse,non quòd vendibilius inuentum meum ea re fieri sperem, sed quò mihi,iure etiam optimo,veniam erratorum haud dubiam spondeam,præsertim si nec inauspicato conatu nec irrito in communem studiosorũ cau sam incubuisse inueniar. Sequitur eodẽ loco Plinii, Tum Crinas Massiliensis arte geminata,vt cautior religiosiorq;, ad siderum motus ex epheme ride mathematicà cibos dando, horasq; obseruando, auctoritate eum præcessit,nuperq; sestertia C reliquit, muris patriæ, mœnibus quoq; aliis penè non minori summa extructis.Lego sestertium centies, non sine vetustæ le-

D ctionis adstipulatu:alioquin quonam modo centũ sestertia sufficere mœnibus Massiliæ possent?aut cur Plinius magnam hanc summam esse dicet?Sequitur ex eodem cap.Per quæ effectũ est, vt nihil magis prodesse videretur,quàm multitudo grassantium. neque enim pudoris æmuli precia summittunt.notum est ab eodem Charmide vnum ægrum ex prouincialibus sestertiis ducentis conductum, Archontio vulnerum medico sestertiis centum condemnato ademisse Claudium principem,eidemq; in Gallia exulanti & deinde restituto acquisitum nõ minus intra paucos annos. Le-

E go,Neque enim pudor, sed æmuli precia summittunt, & Archontio vulnerum medico sestertium centies Claudium ademisse,bonis eius confiscatis.Sententia enim Plinii hæc est,quanquam medici, Romæ multa nefariè admitterent artis suæ licentia, potius tamen esse cœpisse vt plures essent,q̃ pauci:quia olim cum pauci essent, precia immodica aut stipulabantur ab ægris, aut quouis modo exprimebant. nullo enim pudore deterrebantur vt immensis mercedibus abstinerent: sed mutua(vt fit)æmulatione, minoris operas suas addicere tunc cœperunt, cum multi extitere medici. Cum autem vellet Plinius impudẽtiam flagitantium docere, Charmidis facinus tanquam exemplum improbitatis medicæ cõmemorauit, qui ægrum vnũ prouincialem sanandum quinque(vt ita dicam)millibus coronatorũ con-

rum ignorantia concordes fuerunt.

Dolet Budęo q̃ nullũ plectorẽ aut præceptorem nactus sit.

Plinij loc.

Medicorũ improbitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duxit. Vt autem doceret quàm quæstuosa tunc medicina esset, vulnerariũ F
Archontium dixit ducentis quinquaginta millibus aureorum cõfiscatione amissis, intra paucos annos totidem in exilio quæsiuisse. Huius dicti firmamentum erit id quod ab eodem auctore libro xxvi. dicitur, vbi de lichenibus loquitur. Siquidem (inquit) certum est Manilium Cornutum ex Prætoriis, legatum Aquitanicæ prouinciæ, sester. ducentis elocasse in eo morbo curandum sese. Sic enim legi debet ille locus, etiamsi aliter in chartaceis libris legatur. Præter loca supradicta etiam alium eodem cap. in transitu emendabimus. vbi enim legitur, Itaq; hercule in hac artium so- G
la euenit, vt cuicunq; medicum se profitenti, statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur. adeò blanda est spirandi per se cuique dulcedo. Lego, sperandi pro se, non spirandi per se. Hæc quæ de medicorum mercede ex hoc Plinii loco dicta sunt à me, fide fortasse maiora nonnullis videbuntur, vtpote ab hodierno non modò censu, sed etiam sensu abhorrentia. Itaque cum hæc scribere cœpissem, in mentem mihi venit, eam me rationem in his commentariis sequi esse necesse, quam geometræ & mathematici in demonstrandis speculamẽtis suis
Quæ dicẽda restant, fide maiora videbũtur.
Mos mathematicorũ i demõstrationibus.
instituerunt. Quomodo enim illi ex primis probant ordine sequentia, & H
simul atque theorema quoddam compererunt, illi statim vt confecto adnectunt assuũntque aliud, & illi rursus aliud atque aliud serie perpetua, cũ sequentia consistere sine antegressis nequeant. Nam absq; hoc foret, res ipsi in communem sensum haud incurrentes, rudibus adhuc animis approbare demonstrareq; non possent, minutisq; eos assensionibus vsqueadeo obstringere, vt cum prægressa pro compertis habere se fateantur, subeuntia quoq; inficiari nequeant, cum hæc ex illis necessariò confiant. Vt igitur Mathematicis necesse est primum quodq; deinceps theorema ita ei quicũ disputant, approbare, vt omnem fatendi tergiuersationem, atque etiam dubita- I
tionem eximant: sic nos præcedẽtia (vt arbitror) veluti propositiones quasdam planè demonstratas tenemus, ex quibus hæc quæ nunc agimus, ratione non solùm probabili, sed etiam propemodum necessaria adstruere possumus. Verumenimuero quandò in lectorum animis quãlibet persuasis (de meo enim coniecturam facio) idẽtidẽ (vt ita loquar) rebellaturam hæsitationem video: non committam, vt hactenus contestatis acquiescens, non omnino compos propositi euadam. Spe enim decidisse videbor, si re in iudicium hominum deducta, non protinus secundum nos ab omnibus pronuncietur. Equidem vt Castor & Pollux iudiciorum præsides obstare mi- K
hi omni ope numineq; contendant, plures tamen ego tribus ingeniorum feram. Proinde libens facio, vt re quanquam probata, rursus auctoribus amplissimis denunciem testimonium, atque interim argumentis validissimis causam meam ita affirmem, vt omnem ambigentibus animis dubitationẽ abstergeam. Interea exempla ad id quod agebamus citabũtur. Tacitus lib. xiii. de Nerone nondum deterrimo principe loquens, Sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messala paupertatem innoxiam sustentaret. Aureo quoque Cottæ & Atherio

Antonino

A Antonino annuam pecuniam statuit princeps, quanquam per luxum habitas opes dissipassent. De eodem Tranquillus, Nobilissimo (inquit) cuique, sed à re familiari destituto, annua salaria & quibusdam quingena constituit. Et de Vespasiano, Expleuit censum Senatorium, Consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentauit. Si ergo Senatores quidam Romani iam Consulares facti duodecim millia & quingentos aureos annuo stipendio à principibus habuerũt, cur incredibile sit id quod de medicis dictum est? Artes autem hoc tempore penè dixerim damnosas, olim non modò
B Romæ, sed etiam in Asia quæstuosas vel locupletatrices potius fuisse, auctoritatibus docebo. Iamprimum idem Tranquillus de Vespasiano principe auaritia infami, etsi cætera penè optimo, Ingenia (inquit) & artes vel maximè fouit. Primus è fisco Latinis Græcísque rhetoribus annua centena constituit: præstantes poëtas necnon artifices coëmit. Annua centena non minus duobus millibus & quingentis aureis fuerunt: quæ si nunc in breuiario principis anniuersario legerentur, non dico vni nomini expensa, sed in vniuersum literatorum genus: prodigii instar esse crederetur, portentiq; prima quaque occasione procurandi, ab iis quidem magnis viris qui ærC rarium nostrum libero penè arbitrio expẽsant. Ex quo intelligere licet vnde Fabius Quintilianus saltus illos coëmerit qui à Satyrico celebrantur. Primus enim Romæ ex Hispania veniens stipendium è fisco accepisse dicitur ab Eusebio sub Domitiano: quod tamen non esse verum, ex dicto loco Tranquilli deprehenditur. Huius ætatis aliud est iudicium, præsertim in Gallia, suo sibi suffragio à ludo poëtico oratorioq; explosa, vt antea dictũ est. Viginti talentis vnam orationem Isocrates vendidit, vt auctor est Plinius in sexto, id est aureorũ nostrorũ duodecim millibus. Idem lib. xxxiii. Hominum primus & auream statuam & solidam Gorgias Leontinus Del
D phis in templo sibi posuit, septuagesima circitèr Olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæstus. O tempora, o mores. Isocrates Athenis, id est in vrbe eruditissima, orationem vnam tanti vendere olim potuit, quanti nunc Gallia prouinciarum locupletissima, eadem & doctorum hominũ egentissima, nec Latias nec Græcas Athenas æstimandas esse putat. Et nos mirabimur ab omnibus nobis verba dari quibuscum negocium habemus, cum nec literas ipsi sciamus, nec imperio eas obtinendo tuendoq; conferre quicquam aut conducere putemus? Thucydidem imperatorem Athenien
E ses (inquit idem Plinius) in exilium egere: rerum cõditorẽ reuocauere: eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant. Thucydides ab exilio publico decreto reuocatus est, vt historiã scriberet quæ nũc extat. Nunc verò

Quis dabit historico quantum daret acta legenti?

vt inquit ille Satyrographus. Vnde fit vt res à maioribus nostris gestas tam commemorare possimus, quàm terra editi homines auos citare suos. Quãquam non magnopere fortasse refert nostri temporis res gestas obliuione transmitti, qui nihil aut pauca literis celebranda gessimus: certè multa silentio potius mandanda sunt. Quo minus mirum est summos rerum nostrarum arbitros nullo in numero beneficiariorum habere instituisse literatos

Adnotanda Senatoribus salaria constituta.

Artes olim in precio habebantur, q̃ nũc euiluerũt.

Poetarum & Rhetorũ annua salaria.

Quintiliani opes.

Literarum precia.

Thucydides ab exilio reuocat⁹ ob historiã quã condidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines,vt qui res gestas prodere æternæ memoriæ gaudeant. Alexander F
Magnus inter spolia Darii Persarum regis vnguentorum scrinio capto,
quod erat auro gemmisq; ac margaritis preciosum, varios eius vsus amicis
demonstrantibus,quandò tædebat vnguenti bellatorem & militia sordidũ,
Alexander Homeri Pindariq; cultor. Immò Hercule(inquit)librorum Homeri custodiæ detur.vt preciosissimũ
humani animi opus quàm maximè diuiti opere seruaretur. Idem Pindari
vatis familię penatibusque iussit parci cum Thebas caperet. Aristotelis phi
losophi patriam condidit,tantæq; rerum claritati tam benignum testimo-
nium miscuit. Auctor idem Plinius. Diu addubitaui an id quod sequitur, G
adderem. Veritus sum enim ne temporum nostrorum iniquitas fidem hi-
storiæ derogaret,in cachinnósque tandem res memorabiles abirẽt. Ad ex-
tremum tamen literarum amor, & veri admiratio peruicit vt adscriberẽ.
Apud Athenæum lib.ix. Dipnosophistarũ Laurentius vir Romanus vnus
eorum ita inquit,de Tetrace aue loquens, νομίζων δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἀρίστοις μνήμης
ἀξίωσιν εἶναι τῆς πολυταλάντου πραγματείας (ὀκτακόσια γὰρ ἀλλήλοις τάλαντα παρὰ ἀλεξάν-
δρου ἐκομίσατο λόγος ἔχει εἰς πᾶν σχεδὸν τῶν ζώων ἱστορίαν) ἄξιον εἶναι περὶ αὐτῆς λεγόμενον.
Ego autem existimans virum doctissimũ Aristotelem dignam hanc auem
putasse de qua mentionem faceret, cum tractatum illum eius tot talentis H
æstimatum adiissem(nam Stagiriten ipsum octingenta talenta ab Alexan-
dro accepisse fama est ob historiam animalium) nihil quicquam in eo de
ea aue inueni. His Athenæi verbis elogium habemus summi regis Alexan-
dri ad doctrinæ literarum indicaturam, qui vnum tractatũ Aristotelis pręceptoris sui quadringentis & octoginta millibus aureorum nostri tempo-
Pręmiũ qđ Aristoteles ab Alexandro accepit pro historia animalium. ris æstimauit ac redemit. De hoc loquens Plinius libro octauo ita inquit,
Aristotelem in his magna secuturus in parte,præfandum reor: Alexandro
Magno Rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataq; commentatione Aristoteli summo in omni scientia viro, aliquot mil- I
lia hominum in totius Asiæ Græciæq; tractu parere iussa, omnium quos
venatus,aucupia, piscatusq; alebant, quibusq; viuaria, armenta,aluearia in
cura erant,nequid vsquam genitum ignoraretur ab eo:quos percũctando,
quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit. Si
quinquaginta volumina rectè legitur apud Plinium,nõ omnia ad nos per-
uenerunt.nostræ tamen ætati gratulandum,quòd libri de anima,eorũ prę-
stantissimi,non interciderunt. Nam innumera propemodum volumina eũ
scripsisse ex Laërtio nouimus. Quàm malè autem cum promis condis æ-
rarii nostri ageretur,si eius regis æmulos principes haberemus? quàm lon- K
gè autem abigerentur ab aula sorices illi Prætoriani diuisorum assectæ,qui
Sorices Prætorij appellare videt Quæstorum assectas ĩ inferioribus actibus argentariam factitãtes, & ærariũ arrodẽtes. nobis sericati ob oculos incurrunt arroso argento principali tumidi? O
mirificam officinam,quæ quanuis sordidos homines, sesquimense politos
ad vnguem nobis reddat. O inania,o ingrata, o pudenda denique literarũ
studia,quibus aduersis fatis nequicquã intabescimus: quos isti non sapien-
tiæ amore captos,sed mente potius putant. Verùm vt quod instat agamus,
idem Pli.lib.septimo,Medicinæ scientiam(inquit)in Theombroto Ptole-
mæus rex Megalensibus sacris donauit centum talentis, seruato Antiocho
rege.

A rege.Et lib.xxix. Erasistratus Chrysippi discipulus, Aristotelis filia genitus,Antiocho rege sanato,centum talentis donatus est à rege Ptolemęo filio eius,vt incipiamus & præmia artis ostendere. Erasistratum & Theombrotum vel eundem fuisse intelligimus, vel Plinium non eundem auctorem vtrobique secutum. Centum talenta, sexaginta millia aureorum valuisse pòst paulò docebimus. Idem libro.vii. Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est, octoginta emit duas Cæsar Dictator, Medeam & Aiacem Timomachi, in templo Vene-
B ris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturam Magnetum exitii,haud mediocris,pari rependit auro. In antiquis legitur,medio crispanti. quare sic legendum censeo,Mediocris spatii,rependit auro. Nam repende-
re pari auro nunquam à Plinio dictum est.& alioqui Plinius mediocri magnitudine tabulæ,precii magnitudinem significare voluit. Rependere auro,plena est locutio. Cicero de Orat. Cui pro Gracchi capite aurum erat repensum. quod Plinius ipse lib.xxxiii.imitatus est,his verbis, Hæc paulatim exarsit rabie quadam,non iam auaritia,sed fames auri: vtpote cum Se-
ptimuleius,C. Gracchi familiaris, auro repensum caput eius excisum ad
C Opimium tulerit.id est, πρὸς χρυσὸν ἀνθισταθμιζομένην πρὸ κεφαλῆς, vel πρὸς χρυσὸν ἰσοστάσιον. Quanta autem auctoritas artibus olim fuerit, etiam ex eo coniicere possumus,quod idem lib.xxxv.inquit de Pamphilo pictore loquens, Docuit neminem minoris talento annis decem: quam mercedem Apelles & Melanthius ei dedere: & huius auctoritate effectum est Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam,in buxo docerentur:reciperetur; ars ea in primum gradum liberalium. In vetustis tamen penè omnibus legitur, vt pueri ingenui omnia antigraphicen.licet hoc Hermolaus ex vetustis restituisse se dicat. Quare
D suspicor sic Plinium scriptum reliquisse· Ingenui omnia ante graphicen: quasi hæc fastigium doctrinæ puerili imponeret. quod tamen admonendi animo dictum à me existimari velim.non enim facilè mutandam esse structuram veterem censeo. Nonnihil hanc opinionem meam intẽdit id quod sequitur,Semper quidem honos ei fuit,vt ingenui eam exercerent, mox vt honesti,perpetuo interdicto ne seruitia docerentur. Cæterùm quod hic dicitur neminẽ docuisse minoris talento annis decẽ, non consentaneũ mihi visum est, vt cum tanta precia tabularũ legeremus apud Plinium,idem tamẽ docendi precium tam paruum poneret,atque ita poneret,vt admirari nos
E vellet. Quare cũ exemplaria antiqua adirem,reperi nõ annis sed annuis legendum,nec decem,sed X L.vt sit, Docuit neminẽ minoris talentis annuis quadraginta. quanquam in antiquissimo scriptum erat quingenta, in pagella quidem,sed in margine quadraginta. Vt minimum autem annuis decem legendum,hoc est aureorum sex millibus.quod longissimè abest ab eo sensu qui ex impressis percipitur,absurdissimo illo quidem,cum etiam plu
ris hodie pictores instituantur. Atqui ne decoxisse doctrinam eam Apelli putemus,qui tanti picturam didicit:idem auctor de eo loquens aliquanto pòst ita inquit,Pinxit & Alexandrum Magnum fulmen tenentem in tem-

Præmia medicorũ memorabilia.

Precia pictarum tabularum.

Rependere auro.

Cap.3.

Artium authoritas. Cap. 10.

De honore picturæ.

li.35.c.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plo Ephesiæ Dianæ viginti talentis auri.digiti eminere videntur,& fulmen F
extra tabulam esse.Immane tabulæ precium accepit aureos mensura, non
numero.Vel vt ex vetustissimo lego,tabulæ preciū in nummo accepit au-
reo,mensura, non numero. Viginti auri talenta, vt minimum centum ac
viginti millia aureorum coronatorū valent. quod tamen exquisitius post-
ea viderimus.Strabo libro.xiiii.de Co insula loquens,& vrbe eius cogno-
mini,In suburbano est Aesculapii templum valde nobile, simulacris mul-
tis refertum: in queis est Apellis Antigonus. Fuit etiam pridem Venus è
mari emergens,quæ nunc diuo Iulio Cæsari dicata est Romæ, quam Au- G
gustus honori patris consecrauit, vt generis auctorem. Fama est Cois pro
tabula centum talenta ex imperato tributo remissa esse,φασὶ δὲ τοῖς κόοις ἀντὶ τ
γραφῆς ἑκατὸν ταλάντων ἄφεσιν γενέσθαι τῆ πεντακλίντος φόρου. Interpres eo in loco la-
psus, anadyomenen,id est emergentem Venerem, nudam transtulit, quasi
apodyomenen. Est enim ἀνάδυσις emersus, cui opponitur κατάδυσις, quan-
quam & aliud significat.Homerus,

καρπαλίμως δ' ἀνίδυ θαλάσσης κλὸς κύτ' ὁμίχλη.

Anadyo-mene Apellis. Plinius libro supradicto,Venerem exeuntem è mari diuus Augustus dica-
uit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis H
tali opere dum laudatur victo, sed illustrato. huius enim inferiorem partē
qui reficeret,non poterat inueniri. Ego tamen ex vetustis melius posse legi
puto,Versibus Græcis tali opere dum laudatur victo: sed per tot lustra hu-
ius inferiorem partem corruptam qui reficeret,non potuit inueniri.Per lu-
stra autem Censores olim sarta tecta ædium sacrarum tuenda locare soli-
tos esse notum est. Romanorum igitur res nummaria ita propemodum
Talētum. constituta fuit. Græci drachmis,minis,& talentis vsi sunt. Talentum mul
tiplex fuit auctore Festo. Atticum autem sex millium denariorum fuisse I
dicit.τάλαντον(inquit Suidas) μυῶν ἔστιν ἑξήκοντα.ἡ δὲ μνᾶ,δραχμῶν ἑκατόν. Talentum,
inquit, minarum est sexaginta, mina autem drachmarum centum. Hoc
etiam legimus in versibus illis qui apud Priscianum leguntur, & Fauini es-
se dictitantur,

Cecropium supereſt post hæc docuisse talentum,
Sexaginta minas seu vis sex millia drachmas,
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.

Priscianus de ponderibus,Scrupulus,inquit,sex siliquæ. drachma,scrupuli
tres.vncia,drachmæ octo, scrupuli XXIIII.vnciæ XII,libra. Libra vel
mina Attica,drachmæ LXXV.Libra vel mina Graia,drachmę XCVI. K
talentum Athenienſe paruū,minæ sexaginta.magnū, minæ LXXXIII,
& vnciæ quatuor. Ad hoc probandum citat Liuium, sed quoniam verba
Liuii apud Priscianum corrupta leguntur,ab auctore ipso repetenda sunt,
qui lib.iiii.de bel.Maced.de Tito Quintio loquens Græciæ liberatore, In-
gens(inquit)numerus erat bello Punico captorum, quos Annibal, cum à
suis non redimerentur, venundederat. Multitudinis eorum argumentum
est quod Polybius scribit,centum talentis eam rem Achæis stetisse, cum
quingentos denarios precium in capita,quod redderetur dominis,statuis-
sent.

sent.Mille enim ducentos Achaia ea regione habuit. Hactenus Liuius. Ex A
cuius verbis intelligimus in centum talentis millies ac ducenties quingen-
tos denarios esse, hoc est sexcenties mille. quod perinde est ac si dicas cen-
ties sex millia denariorum.Ita planum fit in quolibet talento sex millia de-
nariorum fuisse,cum centesima pars eius summæ sint sex millia. Rem per
se odiosam,quàm potui facillimè explicui,sicq; vbique facturum me com-
paraui:ne qui hunc librum in manus sumpserint,idētidem necesse habeant
eo tantisper deposito palimpsestum sumere. sic appellant tabellam deleti- Palimpse-stos. B
lem qua calculatores vtuntur, quanquam Cicero pro charta vtitur deleti-
tia.Addit hoc Priscianus, Denarios eo tempore nummos argenteos fuisse
siliquarum pondere vicenarumquaternarum : id quod Liuius in eo libro
ostendit de triumpho eiusdem Quintii loquens,his verbis, Signati argenti
octogintaquatuor millia fuere Atticorum,tetrarchiam vocant. trium ferè
denariorum in singulis argenti est pondus. Quo in loco Liuii non tetrar-
chiam, sed tetradrachma lego: non ex Priscriano,apud quem inanis areola
pro hoc verbo relicta est,sed ex Cicerone,& Polluce libro nono de voca-
bulis rerum ad Commodum Cæsarem: qui auctor didrachmum, tridra- Didra-chmum. Tetradra-chmum. Arma Hecatōbœa. C
chmum & tetradrachmum nomismata olim fuisse tradit, eumq; nummū
ab Athenienſibus bouem appellatum esse ab eius pecudis nota,indeq; ficta
ab Homero arma hecatombœa & enneabœa. Id etiam ex Priscriano satis
intelligi potest,qui nummos illos Atticos fuisse scribit duarum & septua-
ginta siliquarū.Idem Liuius(inquit ille)ostendit lib.xxxvii. ab Vrbe cond.
magnum talentum Atticum octoginta habere libras & paulo plus, cum
supradictorum cōputatio manifestet octogintatres libras & quatuor vn-
cias habere talentum,quod est denariorum sex millium. Liuii verba hæc ci
tat,Talentum ne minus pondo LXXX Romanis pōderibus pendat,vel D
sic decreuit Senatus,vt non plus quàm ternæ libræ & quaternæ vnciæ sin-
gulis talentis desint.Hactenus Priscianus. Cuius computationem sic acci-
pio(nihil enim aliud addidit)cum vnumquodque talentum sex millia de-
nariorum pénderet, octo quoque millia drachmarum pependisse ratione
prædicta.Hæc octo millia si in centenarios partiaris, octoginta vtique li-
bras cētenarias habebis. Atqui cum libra antiqua quam Liuius secutus est,
drachmarū fuerit sex & nonaginta,supererunt quater octoginta drachmæ,
id est trecentæ & viginti:ex quibus ratione dicta tres libræ conficiuntur, &
insuper tertia pars librę,id est duæ & triginta drachmæ. Ita in talenta sin- E
gula ternæ libræ cum triente tribuuntur vltra octoginta libras. Sciendum
autem(inquit ille) quòd secundum Liuii computationem centum minæ
Atticæ,quarum singulæ LXXV drachmas habent,faciunt talentum ma
gnum. minus autem talentum sexaginta minæ secundum Dardanum fa-
ciunt.Maius autem & minus fuisse docet Terētius in Phormione cum in-
quit,Si quis daret talentum magnum. Italica autem mina drachmas habet
(vt suprà dictum est)nonaginta sex, quæ libra est XII vnciarum, hoc est
denarii LXXII.Qua computatione LXXXIIII libræ Romanæ, &
quatuor vnciæ,quod magnum talentum esse diximus,centum minas At-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticas faciunt. Seneca in x. Epistolarum ad Nouatũ. X X I I I I sestertia (inquit) id est talentum Atticum paruum. X X I I I I enim sestertia, sexaginta libras habent. Hactenus apud Priscianũ legitur. Quo dicto Priscianus ipse sibi contrarius est. Hac enim ratione talentum magnum septem millia & quingentas tantum drachmas habuisse probatur, quod Liuii supradicta ratione octo millia habebat. Quippe cum singula tetradrachma, id est quaternarum drachmarum nummos, ternis denariis æstimauerit, sena quoque millia denariorum octonis millibus drachmarum æstimauit. At hoc quàm sit consentaneũ cum postremo dicto, videamus. In promptu est enim vnicuique videre, cum centum libræ centenariæ decẽ millia drachmarum valeant, si inde quartam partem eximamus, vt librę iam sint septuagintaquinque drachmarum, non plus quàm septem millia & quingentas drachmas talentum valiturum, quod tamen Liuiana computatione octo millia valuit. Iam verò octogintatres libras per numerum drachmarum, id est nonagiesſexies multiplicemus, fient in summa septem millia nongentæ sexagintaocto drachmæ. his si trientem supradictum, id est duas & triginta drachmas addiderimus, quæ ex quaternis illis exuberantibus vnciis fiunt, numerum omnino octo millium habebimus. Quare manifesta est hallucinatio in calculo supradicto: quem Prisciani esse ideo non credo, quòd in tribus libris antiquis quos vidi, tractatus ille non visitur, vno etiam antiquissimo. Centum igitur minæ Atticæ talentum magnum vt fecerint, non id talentum erit cuius Liuius loco supradicto meminit: sed Euboicum fortasse, de quo idem Liuius lib. eodem sic inquit, de pace loquens cum Antiocho facta, Europa abstinete, Asiaq; omni quæ cis Taurum montem est, decedite. Pro impẽsis deinde in bellum factis, X V millia talentûm Euboicûm dabitis: quingenta præsentia: duo millia & quingenta cum Senatus populúsque Romanus pacem comprobauerit: mille deinde talenta per duodecim annos. Quid sit autem Euboicum talentum, docet Festus his verbis, Euboicum talentum nummo Græco septem millium & quingentorum cistophorûm est: nostro, quatuor millium denariorum. Cistophororum autem crebra est mentio apud Liuium, vt libro eodẽ in triumpho L. Scipionis, Tulit in triumpho argenti pondo C X X X V I I millia. Et paulò superius de nauali triumpho L. Aemilii, Pecunia translata nequaquam tanta pro specie regii triumphi. Tetracina Attica C C X X X I I I millia. Cistophori C C C X X X I I mil. In superiore exemplo non tetracinum & cistophori lego, sed tetradrachmûm & cistophorûm genitiuo casu. In hoc autem tetradrachma & cistophori: & vbique apud Liuium sic emendandum censeo. Tetracinum enim quid sit, nemo, vt arbitror, nouit. Nec tamen dictum Festi conuenit cum ratione Liuiana, quæ talentum sex millium denariûm facit. Nisi etiam corruptum numerum apud Festum aliquis suspicari malit. quanquam alioquin Festus ipse sibi non constat, qui alibi talentum Atticum sex millium denariûm facit, Rhodium cistophorûm quatuor millium: alia etiam genera ponens nihil ad rem pertinentia. Quare potius adducor, vt talentum apud Liuium sit octogenarium, &

Euboicũ talentum.

Cistophori. Liuij locꝰ.

proportionem

proportionem epitriton habeat, id est sesquitertiam, vel vt alii loquuntur, tertiariam, ad talentum Atticum minus, quod sexagenarium est. Sic enim ratio quadrabit, vt quam proportionem denarius ad drachmam habuisse dicitur, eandem Liuianum talentum ad vulgare, id est ad Atticum habeat. Libras nunc centenarias intelligi volo. Nam quod apud Priscianum legitur, vt talentum minus sexagenarium sit, & libræ eius septuagintaquinque drachmarum, nullo auctore confirmari potest. Cum enim Suidas, Pollux, Festus, Græci & Latini talentum Atticum sex millium drachmarum esse dicant, & sexaginta minarum, necesse est vt L X minas nõ Atticas sed Græcas intelligamus, & centenarias, quæ Atticas octoginta faciunt. Talenti magni meminit Plautus in Mostellaria his verbis, Si hercle nunc ferat sex talenta magna argenti pro istis præsentaria, nunquam accipiet. Locus autẽ ille Liuii qui apud Priscianum citatur, non lib. xxxvii. legitur, sed xxxviii, his verbis, Argenti probi X I I millia Attica talenta data intra X I I annos pensionibus æquis. Talentum ne minus pondo L X X X Romanis ponderibus pendeat. Vbi tamen ordinem verborũ peruersum esse credo. Non enim latinè X I I millia talenta, sed talentûm dicitur, quomodo & alibi & in loco supra dicto locutus est Liuius. Quare hic Liuium scripsisse puto, argenti probi Attica talenta X I I millia, vel Atticûm talentûm. Quod si de talento dicere vlterius pergam, exitum res non inueniet: vsqueadeo de talento diuersa produntur & varia ab auctoribus. Suidas & Hesychius talentum apud quosdam centum & vigintiquinque librarum fuisse tradunt, apud nonnullos genus fuisse nomismatis. Non omittendum id quod Pollux inquit, talentum Atticum apud Athenienses Atticas drachmas capere numero sex millia: apud alios eundem numerum, sed suarum cuiusque loci drachmarum. Id quod eò pertinere potest, quod de talento Liuiano dictum est, siue Euboicum siue aliud fuerit, vt quomodo Athenis & alibi talentum sex millia drachmarum habuit vernacularum cuiusque loci, sic Romæ sex millia denariorum habuerit, quæ tamen æquauerint pondere octo millia drachmarum. Vitruuius lib. x. de testudine Agetoris Byzantii loquens, Erigebatur autem machina in altitudinem ad difficiendum murum circiter pedes centum. Item à latere dextra ac sinistra procurrẽdo perstringebat non minus pedes centum. Gubernabant eam homines centum, habentem pondus talentûm quatuor millium, quod fit quadringẽta octoginta millia pondo. His verbis, si emendatè leguntur, auctor est Vitruuius talentum centum & viginti pondo Romana continere: quod genus proximè accedit ad illud talentum quod Suidas & Hesychius posuerunt. In aliis libris quadringenta nonaginta mil. legitur. Qua ratione talentum centum & viginti pondo & semissis fuit. quod ipsum ego non argenti talentum fuisse, sed negociatorium & mercimoniale puto, quod duplicem fortasse ad talentum argenti proportionem habebat, vt hodie libra argentaria & aurificum subdupla est zygostaticæ. Et sic singuli homines quina paulo minus millia pondo Romana mouebant machinali libramento, nostra circiter tria millia & sexcenta. vsqueadeo diuersa auctores de talento

Talentum magnum.

Talentum secundum Vitruuiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Talẽti mẽtio apud Romanos

scripserunt. Nihilo tamen secius constituere omnino habeo quid sit talentum, quantúmque sit ad Romanum nummum relatum. siquidem ad vlteriora progredi ordine instituto contendo. Obseruaui igitur Romanos non antè talenti vocabulo vti cœpisse,quàm imperii fines ad eas vsque gẽtes prorogauerunt,quæ hoc vocabulo signati argenti vtebantur. Tunc autem eos verisimile est eodem genere talenti vti solitos, quo genere vtebantur ii quibúscum commercia aut belli aut pacis habuerunt, nisi siquando certis verbis concepta fœdera aliud genus induxerunt, vt in Antiochi fœdere iam dicto factum est, quo cautum est de talenti quantitate. Ferè autem talentorum vocabulo vsi sunt in rebus Græciæ & Asiæ. Quare cum Græci & Asiatici populi sena millia drachmarum & sexagenas minas talento tribuant, ego in colligendis summis hanc rationem vt potissimam sequar. Malo enim extenuasse res videri,quàm in maius auxisse. Atqui nemo talentum apud scriptores rerum in Græcia aut Asia à Romanis gestarum,minus fuisse libris sexaginta contenderit, vt arbitror. Denarii autem & drachmæ promiscuam appellationem habebo, auctoritate fretus Plutarchi & Plinii,& scribentium concordia. Nec me deterrebit locus ille Liuianus in quo pro trium fortasse quatuor legendum est : quanquam & inter antiquum denarium & drachmam Athenienſem potuit aliqua esse differentia. quod tamen non probo. Habeo enim antiquissimum in honorem Romuli & Remi percussum , quibus infantibus lupa sub ficu vbera præbet. Literæ exesæ vetustatem præferunt. Pondus idem quod reliquis qui drachmales sunt.ab altera parte X litera denarium significare videtur, sed potuit tetradrachmus nummus malignè percussus esse in difficultate reipublicæ Athenienſium, vt aliquando Romæ factum esse docebimus: ita vt quatuor drachmarum nummus non multo plus tridrachmo valeret,id est denariis tribus. πάλαιστον(inquit Suidas)μνᾶς ἔστιν ξ. ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ϛ. ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ϛ. Talentum(inquit ille)minarum est sexaginta, mina autem drachmarum centum,drachma obolorum sex. Sed de minutis posteà viderimus,ne quid addubitatum relinquatur. Nunc talentum æstimabimus sexcentis coronatis nostris,hoc est sexagies denis. Denos enim aureos in libras constituimus. Hac ratione centum talenta centies sexcentos aureos valent,hoc est sexaginta millia: quod promptum est colligere in digitos tantum calculum deducenti. Centies enim quingenti, quinquaginta millia efficiunt:& centies centum,decem millia. Eadem ratione decem talenta, sex millia coronatorum valent:& viginti,duodecim: triginta, decem & octo:quadraginta,quatuor & viginti: quinquaginta autem,triginta:& mille,sexcenta millia. Quod semel dicendum duxi, ne lectores posthac æstimandis summis hæreant. Ita fit vt quod Græci quinquaginta talẽta argenti dicunt,Romani duodecies sestertium dicãt,quæ summa census est Senatorii: quod ita posteà probabimus, vt nemo in posterum ambigat. Veniamus ad historicorũ loca. Plutarchus in Cęsare,Circa Pharmacusam insulam à piratis capitur, qui per idẽ tempus nauibus magnis & immensis classibus mare occupauerant. à quibus cũ pro eo redimẽdo viginti poscerentur talenta, derisit,quòd qualem cepissent virum, ignorarent: proinde quinquaginta se daturum pollicitus est. Tranquillus in eodem Cæsare, Numeratis deinde quinquaginta talentis,expositus in littore, non distulit quin è vestigio classe deducta persequeretur abeuntes. Quinquaginta talenta, triginta millibus coronatorum æstimo. Idem Plutarchus,Cæsar ex Prætura prouinciam sortitus Hispaniam, cum proficiscenti creditores magnis clamoribus impedimento essent, confugit ad Crassum , qui Romanorum ditissimus, aduersus Pompeii in Republica potentiam,acri Cæsaris ingenio ac feruore simul egebat. Crasso igitur contra inexorabiles maximè ac importunos creditores octingentorum & triginta talentorum sponsione interueniente , Cæsar in prouinciam abiit. Hoc perinde est ac si dicam,quadringenta & nonagintaocto millia aureorum quæ Cæsar debebat , Crassum fide sua esse iussisse : de quo idem Tranquillus· Ex Prætura vlteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interuentu sponsorum remouit. Appianus in secũdo bellorũ Ciuilium: Cæsar deinde in Iberiam delectus Prætor, cum magnam facultatum partem ob ambitum ære alieno deuinxisset, huiusmodi verbis vsus esse dicitur,Bis millies & quingenties centena millia sibi adesse oportere,vt nihil haberet. Quæ summa ære nostro maior est bis & sexagies centenis millibus aureorum. Huius dicti fides ab exemplari Græco petenda mihi visa est: quod mihi videre longo interuallo contigit beneficio Lazari Bayfii vtraque lingua doctissimi,vt scripta eius testantur:qui legatione Venetiis functus est,vnde illud volumen profectum. In eo autẽ sic locus hic legitur,ὁ δὲ καίσαρ στρατηγὸς εἰς ἰσπανίαν ἀφικόμενος ὡδὶ μὲν τι πρὸς τὴν χρησῶν διακρατεῖσθαι οὐ φάσκων, πολὺ πλέονα δ' ἐπιδιώκειν ὄφλων δεῖν τοὺς φιλοτιμίας, ὅτι φασὶν ἀνὼν ἀπεῖν, ὅτι μέσθ διχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, ἵνα ἔχῃ μυρίους. Quæ verba sic vertenda esse duxi: Cæsar autem prætura in Hispania sortitus,aliquantisper à creditoribus manu iniecta retentus est ob contractum æs alienum in ambitu , maius suis facultatibus: tuncq; fertur dixisse, duobus millibus & quingentis myriadibus sibi opus esse vt nihil haberet. Quod latinè ex more antiquo loquendi sic vertendum fuit , ducenties & quinquagies sestertium sibi opus esse. quæ summa ære nostro instar est sexcentorum vigintiquinq; milium aureorum. & ita interpretamur quasi Appianus myriadas nummûm non drachmarum intellexerit. Quod si recte fecimus,ex iis quæ infrà dicentur, constabit & Curionem & Milonem longè maius alienum æs eodem tempore contraxisse. Verùm Latinis libris de Græcis traductis fidem posthac non habere constitui , luculentis exemplis commonefactus. sed nos hoc viderimus. Græci hunc numerum sexcentas & viginti myriadas appellant. Lingua nostra millionem vocat decies centena millia. Hoc si imitari volumus, chiliada chiliadum vt Græci dicere poterimus,hoc est mille millenarios,vel millies mille. Græci ruſus myriadem vocant decem millia. ergo decies centena millia centum myriadas dicunt , & mille myriadas centies centena millia. Quod ideo præfandum duximus, ne legentes conturbentur si vel iis vocabulis aliquando vtamur,vel eos auctores citemus qui ea vsurparunt. Plutarchus in Crasso,

Aestimatio talenti ære nostro

Aes alienum Cæsaris Dictatoris.

Numerorum vocabula. Millio. Chiliades & Myriades.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apud Romanos omnes constat virtutes quas plurimas Crassus habuit, vnius auaritiæ sordibus obscuratas fuisse: cuius vitiis clarissimum testimonium præbet magnitudo diuitiarum quas breui admodum tempore sibi comparauit. Nam cum trecenta solum talenta ex paterna hæreditate accepisset: priusquam aduersus Parthos exercitum duceret, septem millium & centum talentorum summam coegisse traditur, cum etiam decimam facultatum suarum partem Herculi consecrasset, & publicum epulum dedisset populo, ac tres minas in singula ciuium capita contulisset. Harum diuitiarum maximam partem (si verum proferre licet) ex ciuilibus bellis atque incendiis comparauit, calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. Et paulò pòst enumeratis prædiis quæ & in Vrbe & ruri sectionibus quæsiuerat, Seruos præterea (inquit) circiter quingentos emit fabrilis artis & architecturæ peritos: nec iis tantum ad proprię domus extructionem vsus est, sed ciuibus ædificare volentibus eorum operas mercede locabat, ac simul areæ spatium cuicunque pro arbitrio suo ad ædificandum vendebat. Cumq; signati argenti maximam copiam, & agros mirificè cultos, in iisque cultorum ingentem numerum posslideret, minimi tamen hæc omnia facienda videbantur prę maxima turba seruorum quos variis artibus instructos habebat, lectores, scribas, pictores, argentarios, procuratores, mẽsarios, quos ipsemet summa diligentia curare, discẽtibus assistere, plerosque etiam docere consueuerat. Aiebat enim præcipuam domini curam circa seruos esse oportere, cum sint rei familiaris tanquam animata instrumenta. Septẽ millia & centũ talenta, bis & quadragies cẽtena millia aureorũ nostrorum valent, & sexaginta præterea. Quã summã si Crassus post decimatas facultates suas, & largitionem populare habuit, quid existimamus eum integris facultatibus habuisse? Quod si verum est eum in singula capita ciuiũ Romanorum ternas minas dedisse: vt centum millia ciuium fuerint ad donatiuum nomina sua dantium, minoris trecentis myriadibus, id est tricies centenis millibus defungi largitione non potuit. Quare hunc locum suspectũ habebam quod ad minas pertinet, antequam Græcum exemplar vidissem, præsertim cum circa hæc tempora cẽsu Romæ acto inuenta sint quadringenta sexaginta millia paulo ante proscriptionem Syllanam. Postea verò q̃ Græcum librum legi, interpretis errorem intellexi. Plutarchus autẽ ita græcè scribit, τειακισχίλιον μὲν ὁ πλοῦτος κεκτημένος ὅτε ἀρχὴν παλάντων, εἶτα παρὰ πὼ πολιτείαν ἀποδύσας μὲν ὅ ἱερακλεῖ πὼ δεκάτω, καὶ τὸν δῆμον ἑστιάσας, ὥρᾶς δὲ μῆνας ἑκάστῳ ἑωμαίων σπερίσιον ἐκ τῆ αὐτῆ παραχωὴ, ὅμως πρὸ τὸ ἐωὴ πάρθους στρατεύας, αὐτὸς αὐτῷ Κράσσος ἐκλογισμὸν ὁ ὑσίας, εὗρεν ἑκατὸν παλάντων τίμημα πρὸς ἑπτάκις χιλίοις. Cum enim ab initio non plus trecenta talenta possedisset: postea cum ad Rempublicam administrandam se contulisset, interim decimam facultatum suarum Herculi pol luxit. epulum priuatim fecit singulis ciuibus Rom. tesseram annonariam trium mensiũ dedit. quibus peractis, tamen antequã in Parthos expeditionem susceperit, cum rationem census sui iniisset, septem millium centúmque talentorũ æstimationẽ comperit. Interpres exemplari deceptus, minas pro mensibus transtulit. Diximus suprà apud Plinium legẽdum esse de eodem Crasso, In agris sestertium bis millies possedit, Quiritium post Syllam ditissimus. Siquidem bis millies, quinquagies centena millia aureorum valet. Quare Claudii libertus Pallas, qui à Cornelio Tacito sestertii ter millies possessor dicitur, vicies & quinquies centenis millibus Crasso fuisse ditior perhibetur: quod etiam Plinius satis significauit his verbis, Multos postea cognouimus seruitute liberatos, opulentiores, pariterq; tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum. Diuitię autem Narcissi in prouerbium venisse videntur, cum Iuuenalis dicat,

Nec Crœsi fortuna vnquam nec Persica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia.

Magis id mirum forsitan videri possit, quonam modo Demetrius Pompeii libertus vnius ciuis Ro. qui priuatum fastigium, aut certè ciuile non excessit, tantas opes parare potuerit: de quo Plutarchus in Pompeio ita inquit, Demetrii coniugem, qui Pompeii libertus plurimum apud ipsum potuerat, quíque censum trium millium talentorum reliquerat, Pompeius præter naturæ suæ mores, nec humanè nec liberaliter habuit. De eius liberti insolentia & fastu & opibus multa ab eodem auctore alio loco dicuntur. Sed quod de Cæsare ex Appiano dixeram, id verò videndum est. fidem enim excedere videretur, vt ciuis Romanus, id est ante Dictaturam, bis millies & quingenties æris alieni habuerit: quod quanti sit ære nostro, paulo superius dictum est. Iam primum Plutarchus de eo ita inquit, Ad impensas autem profusior, breuem ac momentaneam sibi gloriam tam magnis opibus permutare videbatur, cum tamen re vera paruis amplissima compararet. antea verò quàm vllum iniisset magistratum, mille ac trecentorum talentûm conflasse æs alienum dicitur. mandata deinde illi Appiæ viæ cura, ingentes prodegit pecunias. Aedilis C C C & X X paria gladiatorum exhibuit. Circa spectacula pompas atque epulas profusissimis sumptibus vsus, vniuersas superiorum munificentias obliterauit. Quas ob res affectam sibi plebem reddidit, vt certatim honores excogitarent quibus paria cum illo facerent. Tranquillus de eo loquens, Deposita prouinciæ spe, Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. In qua reputãs magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem nõ reuersurum. Plutarchus autem auctor est dixisse eum matri, Aut Pontificem hodie videbis filium, aut exulem. Quanta autẽ summi Pontificatus esset dignatio, & quàm opimus eius redditus, ex eo coniici potest, quod Tranquillus in Claudio inquit, Postremò etiam sestertium octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias décidit, vt quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit. Si enim pro sacerdotio vno Claudius tantum cõferre non dubitauit, quid existimamus de Põtificatu maximo, qui caput erat omnium, vt est hodie, & quem principes ipsi assumere solebant, vt ex nomismatis apparet? Idem Tranquillus in Cæsare, Crassum Pompeiúmque in vrbem

Crassi diuitiæ male partæ.

Seruorum cura maxima habenda.

Pallas ter mille sestertium possedit, Crasso ditior.

Diuitiæ Narcissi.

Aes alienũ Cęsaris Dictatoris.

Põtificat⁹ Maximus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouinciæ suæ extractos compulit vt detrudendi Domitii causa Consulatum alterum peterent:perfecitque per vtrunque, vt in quinquennium sibi imperium prorogaretur. Qua fiducia ad legiones quas à Rep.acceperat, alias priuato,alias publico sumptu addidit. Idem alibi, Egit cum Tribunis plebis collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad populum ferrent, vt absenti sibi, & quandocunque imperii tempus expleri cœpisset, petitio secundi Consulatus daretur, ne ea causa maturius & imperfecto adhuc bello decederet. Quod vt adeptus est, altiora iam meditans, & spei plenus, nullum largitionis aut officiorum in quẽquam genus publicè priuatimq; omisit: forum de manubiis incohauit, cuius area super sestertium millies constitit: munus populo epulúmque pronunciauit in filiæ memoriam, quod ante eum nemo fecit. Quorum vt quàm maxima expectatio esset,ea quæ ad epulum pertinerent,quanuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat. Et paulo inferius,Legionibus stipendium in perpetuum duplicauit:frumentum,quotiens copia esset,etiam sine modo copiaq; præbuit,ac singula interdum mancipia & prædia viritim dedit. Et rursus inferius, Tum reorum obæratorum aut prodigæ iuuentutis subsidium vnicũ ac potentissimum erat. Hæc & huiuscemodi alia etiam si post præturam Hispaniensem contigerunt, tamen eò pertinent, vt intelligamus Cæsarem ingenio admodũ profuso ac magnifico fuisse,& quod non nisi summa appeteret. Eiusdem generis sunt quæ sequuntur apud eundem auctorem, Munditiarum lautitiarumq; studiosissimum multi prodiderunt: villam in Nemorensi à fundamentis incohatam,quòd non tota ad animũ ei responderet,totam diruisse,quanquam tenuem adhuc & obæratum. Et iterum alibi, Ante alias dilexit Marci Bruti matrem Seruiliam,cui & primo suo Cõsulatu sexagies sestertium margaritam mercatus est. Quod hic dicitur de margarita sexagies sestertium empta, fidem facit dicto Pliniano de margarita Cleopatræ centies sestertium æstimata,id est aureis ducentis quinquaginta millibus. Ego cum inquirerem an id verum esse potuerit, sic rationem ducebam, Dotem omnem margaritarum, vt Plinius inquit, & gemmarii nostri confirmant,in candore,in magnitudine, in orbiculari forma, in læuore & pondere esse scimus. candorem nostri nitorem Indicum intelligunt. Quare in vnionum indicatione omnia hæc obseruant. Cum hæc proderem,percunctatus sum à gemmario quodam primi nominis mihi familiari,quem vidisset vnquam preciosissimum vnionem,quantum péndere meminisset. Cum de hoc verba faceremus, & ille tricenarios se vidisse respondisset,idq; vt memorabile in præcipua bonitate commemoraret,inter sermonem aduenit gemmarius alter qui dixit pridie se vnum tenuisse quadraginta ceratia pendentem. Hoc enim verbo in gemmis appendendis vtuntur,quod infrà à nobis exponetur. Is igitur cũ rei pernoscendæ cupidum me videret,ait se postridie mihi eum ostensurũ in manibus inclusoris aut vascularii qui illigandũ eum monili cõduxerat. Ea die ad constitutam horã non affui.tertio die cũ venissem ad eum,cõperi ab inclusore redditũ, cæterùm eum esse in dactylotheca principali, tribus aureorum millibus

Margarita Cleopatræ, & altera Seruiliæ.

De vnionibus.

emptum,auellanæ magnitudine,orbiculatum,eximiæ pulchritudinis,pondere(vt dixi) quadragenarium. Ab alio gemmario audiui, quo etiam familiariter vtebar, vnam se margaritam tenuisse, exquisita bonitate, pondere tricenariam,quatuor millibus aureorum emptam à duce Borboniana Ludouici Regis vndecimi filia,viragine cordatissima eadem & magnificentissima, socru ducis Borboniani: qui hodie in eo genere principum multorum opinione censetur,quos sapiẽtissimè Homerus Amymonas appellabat,significare volẽs ita omni reprehensione maiores,vt ne nasuti quidem homines rhoncos liuoris improbi plenos exhalare soliti, & ipse denique Momus aliquid in eis improbarent. Sed Plinius de vnionibus loquens,Pondus(inquit)ad hoc æui semunciæ pauci singulis scrupulis excessere.Hoc pondus sex & octoginta ceratia, & bessem ceratii æquat, cum in vncia centum & sexaginta sint ceratia,& viginti in drachma. Non mirum est igitur si vnio omnis æui maximus, & omni dote bonitatis præstantissimus,tanti ea ætate æstimatus est, qua mundus auro & argento exuberabat,vt ex sequentibus liquidò docebitur. Plinius lib.xxxvii.de Adamante loquens,ita inquit,Proximum apud nos Indicis Arabicisq; margaritis precium est,tertia auctoritas smaragdis perhibetur, pluribus de causis. Hactenus Plinius.Ex cuius verbis intelligimus margaritam in ordine gemmarũ adamanti tantum cedere,licet hoc tempore vix quartæ sit auctoritatis. Idẽ tamen lib.ix.Principium ergo(inquit)culmenq; omniũ rerum precii margaritæ tenent,Indicus has mittit oceanus.Ergo cum eo tempore vnionum inter gemmas prima aut certè secunda esset indicatura, tuncq; rerum precia ad summum licitationis excreuissent, & ille Cleopatræ vnio pondere altero tanto præstaret, quem preciosissimum memoriæ nostræ vnionem gemmarum instítores meminerunt,atque eo amplius scrupulo:non abhorrere à fide puto tanti æstimatum esse: simul quòd omnibus numeris commendationis absolutus erat,simul quòd ad culmen probationis & primatum peruenerat, & ita inclaruerat fama, vt natura specimen sui feciſſe in duabus margaritis existimaretur,vt ex Plinio apparet.Huius precii ratio sic arbitror iniri potest. Quum ex illo gemmario quærerem quanti ex formula æstimaretur plurimo margarita quæ pondere quaternaria, & bonitate prima esset:triginta(inquit)aureis eiusmodi emptam vidimus. Quid octonariam(inquam)eiusdem notæ quanti æstimares? Ait,minimum ducentis. Cum vlterius rogitando per accessiones pergerem, ita respondit,vt intelligerem accessionem precii deinceps ex pondere, non numero,sed proportione fieri: vt quomodo duplicando pondere supradicto octonaria margarita paulo minus septuplex quaternariæ æstimatione facta esset:sic in duodenaria & vicenaria & vlterioribus maiore deinceps maioreq; sursum versus incremento precium augesceret. Qua ratione si precium Plinianæ illi illi statuamus,in immensum quoddam precium abibit taxatio. Maius fortasse miraculum sit Cæsarem centũ quinquaginta millibus vnionem vnũ emisse,vt adulteræ donaret:de quo Trãquillus ita scribit(vt ad rem redeamus) In primo Cõsulatu tria millia põdo auri furatus è Capitolio,tantũ-

Amymones.

Ceratia.

Ordo gẽmarum auctoritatis.

Animaduertenda ratiocinatio.

Vnio Seruiliæ datꝰ. Rursus ad Cæsarem redit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem inaurati æris repoſuit:ſocietates ac regna precio dedit,vt qui vni Ptolemæo propè ſex millia talẽtorum ſuo Pompeiiq; nomine abſtulerit. Hæc Tranquilli auctoritas fidem facere poteſt iis quæ à nobis paulò antè dicta ſunt. Plutarchus de eodem loquens,Inter hæc(inquit)res Gallica maximè Cæſarem extulit,qui in remotiſſimis locis cum eſſet, bellaq; aduerſus Belgas Britannóſque conſereret, aurum argentumq; ſpolia,cæteraſq; diuitias ex hoſtibus partas (tanta horum aderat copia) magno numero Romam miſit. horum deinde largitionibus animos ciuium tentans, Aedilibúſque ad ſpectacula tribuens, Prætoribuſq; atque Conſulibus eorumq; vxoribus donans,multos ſibi allexit. Quare in reditu ſuperatis Alpibus,cum ad ciuitatem Lucanam hybernaret,virorum & matronarum magnum numerũ eò acceſſiſſe memorant,cum plauſu lætitiaq; ingenti ſeſe offerentium. Conſulares viri qò profecti ſunt ducenti, inter quos Pompeius & Craſſus fuere. Proconſulum quoque ac Prætorum centum & viginti faſces ante Cæſaris fores inſpecti. alios autem omnes ſpe doniſq; repletos Cæſar dimiſit, cum Craſſo autẽ & Pompeio fœdus iniit. Idem in Pompeio de initiis Ciuilis belli loquens, Cæſar(inquit)validius tum rebus imminebat: qui cum nondum longè Italiam attigiſſet,ſedulò ad vrbem deſtinabat milites vt comitiis adeſſent, multos illic tum ciues pecuniis alliciens,multos etiam primorum muneribus demulcens: inter quos Paulus Cõſul ob mille & quingenta talenta mutatus eſt, & Curio Tribunuſplebis ingenti ære alieno liberatus eſt. Hactenus ille. Ecquis eſt igitur qui animo concipere poſſit tantam corruptoris munificentiam,qui alterius tantum Conſulis fauorẽ nongentis millibus aureorum redimere non dubitarit? quanquã maior illa fuit Curionis merces, qui ſexcenties ſeſtertium æris alieni habuit, vt auctor eſt Valerius lib.ix. Ob illas rapinas Gallicas emanauit illud trimetrum iambicum Catulli,

Animoſiſſimus corruptor. Curionis æs alienũ.

Quis hoc poteſt videre,quis poteſt pati,
Mamurram habere quod comata Gallia
Habebat,& cuncta vltima Britannia?
Eóne nomine Imperator vnice
Fuiſti in vltima occidentis inſula,
Vt iſta veſtra diffututa mentula
Ducenties comeſſet aut trecenties?

Mamurra.

Quo ex loco ſatis coniicere eſt ingentem eſſe ſummam trecenties ſeſtertiũ, quo Catullus Mamurram præfectum fabrûm Cæſaris locupletatum eſſe à Cæſare ſpoliata Gallia & Britãnia cõqueritur: de quo Plinius lib.xxxvi. ſic inquit, Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradit Mamurram Formiis natum,præfectum fabrûm Caii Cæſaris in Gallia. Neque indignatio ſit tali auctore inuenta re. Hic nanque eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus: quem, vt res eſt, domus ipſius clarius quàm Catullus dixit habere quicquid habuiſſet Comata Gallia. Quibus verbis Plinius ingentẽ luxum ædificii ſignificauit,quòd Cæſaris & Mamurræ rapinas non modò præ

præ ſe ferre, ſed etiam clamitare videbatur voce latè exaudibili. Age quid de Luculli diuitiis exiſtimare poſſumus, qui cum Reip. infenſus, priuatæ vitæ ſe dediſſet, ædibus & prætoriis extruendis, hortis & cœnationibus amœniſſimis incredibili ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni vtriuſq; linguæ libris referta,atque omnibus obuia & patenti, opes bello quæſitas cõterere non potuit,cum interim quotidiano epularum apparatu in prouerbium propè venerit? Vnum de eo dictum Plutarchi referemus,quod eſt in hanc ferme ſententiam. Quodam die(inquit)cum Cicero & Pompeius Lucullum in foro ſedentem ocioſumq; offendiſſent,eo ſalutato dixerunt ſeſe apud eum eo die cœnaturos ea demum cõditione, vt nihil ad ſolitam cœnam eorum cauſa adderet. Quo primùm recuſante, cœnamq; in diem poſterum reiiciente,illi ſeſe dicere neque diem alium conſtituturos,ac ne poteſtatem quidem illi facturos vt ſeruis aliquid in aurem imperaret. Hic Lucullus deprenſum ſe videns,id tãdem orare eos inſtitit, vt vel eorum venia ſibi liceret palàm vni ex ſeruis dicere ad Apollinis eo die ſe cœnaturũ. erat autem Apollo triclinii aut cœnationis nomen. & ordinatas ille ita cœnationes habebat,vt taxata cœnarum ſumma vnicuique loco eſſet. Eo igitur audito famuli quid agi ille vellet gnari, cœnam continuò appararunt impendio quinquaginta millium, & tanta celeritate & lautitia epularum, vt Pompeius & Cicero conſtupeſcerent. Quinquaginta millia nummûm,mille ac ducentos quinquaginta aureos valent. In Plutarcho tamen Græco hæc verba leguntur, ἐώθει δὲ δεῖπνῶν οὐ ἐν ἀπόλλωνι πάντα μυριάδων. Solebat autem cœnare in Apolline quinque myriadibus,hoc eſt quinquaginta millibus drachmarum,quæ quinque millibus aureorum à nobis æſtimantur, & ducentis ſeſtertiis: quare malim myriades nummûm quàm drachmarum intelligere. Huiuſmodi multa à Plutarcho referuntur, fidem omnino excedentia ſi ex præſenti ſeculo æſtimentur. Athenæus lib.xii.de iis loquens qui luxu & deliciis olim celebres fuerunt: Νικόλαος δὲ ὁ περιπατητικὸς ἐν τῇ δεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν, λβύκκολόν φησιν ἀφικόμενον εἰς ῥώμην καὶ θριαμβεύσαντα, λόγον τε ἀποδόντα τῇ πρὸς μιθριδάτην πολέμῳ, ἔξοκεῖλαι εἰς πολυτελῆ δίαιταν ἐκ τῆς παλαιᾶς σωφροσύνης. φυφῦς τε πρῶτον ὡς ἔπος ῥωμαίοις ἡγεμόνα γενέσθαι, καρποῦμενον δυεῖν βασιλείοιν πλοῦτον μιθριδάτου καὶ τιγράνου. Nicolaus(inquit)peripateticus in decimo & viceſimo hiſtoriarum tradit,Lucullum cum Romam poſt expeditionem Ponticam rediiſſet, & ex eo bello triumphaſſet,rationes ad ærarium retuliſſe ob eius pecuniæ adminiſtrationem: quo facto ſe abrupta licentia ad vitam ſumptuoſam & elegantem ex ciuili & priſca frugalitate Romanorum contuliſſe, idq; exemplum Romanis prodidiſſe,vtpote qui duorum regum opulentiam in censum ſuum vertiſſet, publica victoria ex Mithridate ac Tigrane parta ad priuata commoda vſus. Ex quibus verbis intelligimus, vt & ex locis pluribus Ciceronis orationum, Imperatores Romanos rationes quidẽ ſpecioſas ad ærariũ referre ſolitos, ſed ita tamen, vt reliquorũ luculenta fragmenta apud ſe retinerẽt. Ne nimium igitur Gallicarum rerum diſpenſatoribus tanquam viris ingenioſis & ſolertibus publica fama plaudat. ſemper enim huiuſcemodi fuerũt, qui ex publicis actibus immodicè creſcerẽt, vt Athe-

Lucullus.

Bibliotheca Luculli

Memorabilis luxus Luculli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis Pericles & Phalereus. Varro lib.iii.de Re rust.de piscinis Luculli lo- F
quens, Contrà ad Neapolim L. Lucullus postquam perfodisset montem,
ac maritimum flumen immisisset in piscinas quæ reciprocæ fuere,ipse Ne-
Piscinæ. ptuno non cederet de piscatu. In Baiano aut Ardeæ tanta ardebat cura, vt
architecto permiserit vt suam pecuniam consumeret, dummodo produce
ret specus è piscinis in mare,obiectaculo quo æstus quotidie ab ortu lunæ
ad nouam proximam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigera-
re piscinas.Columella lib.ix.Attamẽ iisdem temporibus quibus hanc me-
morabat Varro luxuriem, maximè laudatur seueritas Catonis, qui nihilo G
minus & ipse tutor Luculli,grandi ære sestertiûm millium quadringento-
rum piscinas pupilli sui venditabat. Tum enim celebres erant deliciæ popi
nales,cum ad mare deferebantur viuaria : quorum studiosissimi velut antè
Aurata. deuictarum gentium Numantinus & Isauricus:ita Sergius Aurata &
Muræna. Licinius Muræna captorum piscium lætabantur vocabulis. Macrobius lib.iii.
Satur. Piscinas autem quàm refertas habuerint preciosissimis piscibus Ro-
mani illi nobilissimi principes L.Philippus & Hortensius, quos Cicero pi
Piscinarij. scinarios appellat,etiam illud indicium est,quòd M.Varro in lib.de Agri- H
cultura refert,M. Catonem qui pòst Vticæ periit, cum hæres testamento
Luculli esset relictus, pisces de piscina eius quadraginta millibus vendidis-
se. Locus autem Ciceronis à Macrobio significatus legitur lib.primo ad
Atticum his verbis,Sed posteaquam primùm Clodii absolutione, leuitatẽ
infirmitatemq; iudiciorum perspexi,tum autem beatos homines (hos pisci
narios dico tuos)non obscurè nobis inuidere,putaui mihi maiores quasdã
opes & firmiora præsidia esse quærenda. Plinius lib.ix.Eadem ætate prior
L.Muræna reliquorum piscium viuaria inuenit, cuius deinde exemplum I
nobilitas secuta est,Philippus,Hortensius,Lucullus:qui excisо etiam mon
te iuxta Neapolim maiore impendio quàm villam ædificauerat, Euripum
& maria admisit:qua de causa magnus Pompeius Xerxem togatum cum
appellabat.quadraginta ipsius piscinæ à defuncto illo veniere pisces.Ex an-
tiquo tamen melius legitur, X L sestertiis è piscina defuncto illo veniere pi
sces. Quare apud Columellã non millium quadringentorum, sed quadra-
ginta legendum videtur : quod tamen idem auctor grande æs appellauit.
Nos mille aureis eam summam taxamus.Idem Plinius lib.eodem, Muræ-
narum viuarium priuatim excogitauit C.Hirius ante alios,qui cœnis triũ-
phalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutua appen
dit.nam permutare quidem precio noluit,aliáve merce.Huius villam inter K
quàm modicum X L millibus piscinæ vendiderunt.Hoc dictum Plinii eò
pertinet,quod suprà diximus de magnificẽtia Cæsaris. Quantum enim æ-
stimamus reliquarum epularum apparatum fuisse,cum murenæ sex millia
numero fuerint,quanuis venales tot reperiri non possent? Verùm ille lo-
cus Plinii emendandus est partim ex vetustis in quibus ita legitur, Huius
villam intra quàm modicum X L piscinæ vendiderunt (mille autem adie-
ctitium verbum est)partim ex Varrone & Macrobio. Varro libro supradi-
cto,Illæ autem maritimę piscinæ nobilium potius exinaniunt marsupium

quàm

A quàm replent.Primùm enim ædificantur magno, secundò implentur ma-
gno, tertiò aluntur magno. Hirius circum piscinas suas ex ædificiis duo-
dena millia sestertiûm capiebat: eam omnem mercedem, escis quas dabat
piscibus,consumebat.nec mirum.vno tempore enim memini hunc Cæsa-
ri sex millia murænarum mutua dedisse in pondus, & propter pisciũ mul-
titudinẽ quadragies sestertio villã venisse. Duodena sestertia Varro magnũ
sumptũ vocauit, nos trecentis aureis æstimamus. sic igitur locũ Plinii le- Plinij loc.
go,Huius villam intra quàm modicam quadragies piscinæ vendiderunt,id
B est centum aureorum millibus.Villam intra quàm modicam intelligo mi Intra q̃.
norem etiam mediocri.hoc enim modica significat: quod notius est quàm
vt exempla requirantur. Verùm huius emendationis Macrobium auctо-
rem habeo, cuius hæc verba transcribenda duxi ex libro supradicto , Au-
ctor est Plinius C.Cæsarem Dictatorem cum triumphales cœnas populo
daret, sex millia murænarum â C.Hirio ad pondus accepisse : huius Hirii
villam,quanuis non amplam aut latam,cõstat propter viuaria quæ habuit,
quadragies sestertium venundatam.Sic autem intra quàm à Plinio dictum Infra q̃. Supra q̃.
est,vt supra quàm & extra quàm dicuntur ab auctoribus, & infra quàm.
C Cicero;Stomachi autem partes quę sunt infra quàm cibus deuoratur,dila-
tantur: & arteria aspera ostium habet adiunctum linguæ radicibus paulo
supra quàm ad linguam stomachus adnectitur. Hic locus admonere nos
debet quàm Plinius corruptus sit in huiusmodi rerum descriptione, vt an-
tea diximus. Subiungam nunc aliqua eodem pertinentia quò illa præce- Plinij locꝰ
dentia. Plinius lib.x. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator
Hortensius adiiciali cœna sacerdotii.saginare primus instituit circa nouis-
simum Piraticum bellum M. Aufidius Lurcho, exq; eo quæstu redditus
D is sexagena millia sestertiûm habuit.Varro libro supradicto,Ex pauonibus Pauonum precia.
M.Aufidius Lurcho supra sexagena millia nummûm in anno dicitur ca-
pere.Quod Varro nummum,Plinius sestertium dixit:ne de hoc postea du
bitetur, quod antea diximus, nummum & sestertium idem fuisse Roma- Nummus & sestertiũ idem Romanis.
nis. Quonam modo autem villatica pastio sexagena millia quotannis red-
dere vno nomine,id est pauonum sagina,potuerit,docet Varro his verbis,
Primus hos Q. Hortensius augurali adiiciali cœna posuisse dicitur: quem
multi secuti,citò precia eorum extulerunt, ita vt oua eorum denariis qui-
nis veneant, ipsi facilè quinquagenis , grex centenarius facilè quadragena
E millia sestertiûm reddat: vt quidem Albutius aiebat, Si in singulos ternos
exigeret pullos, perfici sexagena posse.Idem paulo superius, Hi ad consti-
tuendos greges parantur bona ætate,& bona forma: pascũtur omne genus
obiecto frumento, maxime hordeo. Itaque senis his dant in menses singu-
los,hordei modios singulos. Ita vt fœtura det vberius & antequam salire
incipiant.hic à procuratore ternos pullos exigit,eosq; cum creuerint, quin
quagenis denariis vendit, vt nulla ouis hunc assequatur fructum. Sexagena
sestertia,quindena millia denariorum valent, vt diximus.si ergo in singula
capita centenarii gregis ternos pauones redditus annui statuas , trecentos
pullos habebis:quos si grandiores factos & saginatos quinquagenis dena-

Universidad de Deusto
Biblioteca

riis venundatos intelligas, quinadena millia denariorum in summa erunt, F
id est quinquagies trecentena. Rursus sexagena millia sestertiûm, æstima-
tione nostra mille ac quingentos aureos valent, & quinquaginta denarios.
id est,selibram argenti,quinque coronatis æstimare solemus. Si igitur tre-
centies quinos vel quinquies trecenos aureos multiplices, mille ac quin-
gentos in summa inuenies.ita ad nummum conuenit quod de nummo ac
denario sestertiisq; diximus. Apud Varronem mendosè legitur, Itaque se-
nis his dant:pro, Seius his dat. Scianæ enim villæ apud eum fit mentio, &
alioquin modius sex pauonibus in mensem non sufficeret, qui vix vni suf- G
ficit, vt postea docebimus. Idem alibi de villatica pastione Scii loquens,
Certè,inquit Merula,ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum,colum-
barum,gruum,pauonum,necnon glirium,piscium,aprorum, cæteraq; ve-
nationis:ex quibus rebus scriba librarius eius in annos singulos plus quin-
quaginta millia è villa capere dicebat. Axio admirante,Certè nosti(inquit)
materteræ meæ fundum in Sabinis, qui est ad vigesimumquartum lapidē
via Salaria à Roma. Quid ni,inquit? Atqui in hac villa qui est ornithō, ex
eo vno quinque millia scio venisse turdorum denariis ternis, vt sexaginta
millia ea pars reddiderit eo anno villæ: bis tantum quàm tuus fundus du-
centorum iugerûm Reate reddit. Quid?sexaginta,inquit Axius?sexaginta-
sexaginta?derides?sexaginta inquam.Sed vt ad hūc bolum peruenias, opus
erit tibi aut epulum aut triumphus alicuius,vt tunc fuit Scipionis Metelli
aut collegiorum cœnæ, quæ nunc innumerabiles excandefaciunt annonā
macelli : reliquis annis omnibus & hanc expectabis summā. Quotus enim
quisque est annus quo non videas epulum aut triumphum, aut collegia
coëpulari? qui nunc innumerabiles intendunt annonam. Nonne item L.
Albutius homo(vt scitis)apprimè doctus, dicebat in Albano fundum suū
pastionibus semper vinci à villa? agrum enim minus dena millia reddere,
villam plus vicena. Idem secūdum mare quo loco vellet si parasset villam,
se supra centum millia villa recepturum. Age non Marcus Cato nuper cū
Luculli accepisset tutelam,è piscinis eius XL millibus sestertiûm vendidit
pisces? Ternis denariis,id est duodenis nummis turdos venisse ad epulum
adiiciale dicit,id est ære nostro denis solidis turonicis & semisse. Si igitur
quinquies duodena millia vel duodecies quina numeres,cum quinque tur-
dorum millia fuerint, sexaginta millia nummorū efficies. Turdi apud nos
hyeme non altiles,sed aucupio capti,& cōtinuò occisi, veneunt summùm
senis denariolis,id est solidi semisse. Florentiæ altiles auiculas comedi adi- K
pe omnino obesas, magnitudine alaudæ, sapore admodum suaui, quæ tri-
bus solidis nostris emptitari dicebantur:sæpe etiam pluris. Verùm hoc ad-
notandum,quòd ager ducentorum iugerûm, triginta millia reddere non
poterat,cum villatica pastio sexaginta millia vno nomine redderet. Trigin-
ta millia ære nostro septingentos quinquaginta aureos valent. Romanæ lu-
xuriæ rationem inire in vniuersum ex Plinii verbis possumus, qui lib. viii. Luxuriæ Romanæ.
de suibus loquens ita inquit, Et adhibetur ars iecori fœminarum sicut anse-
rum:inuentum M. Apicii,fico arida saginatis, vel(vt in recētioribus libris)
caryca,

A caryca,à satietate necatis repente mulsi potu dato. Neque alio ex animali
numerosior materia ganeæ:quinquaginta propè sapores, quum cæteris sin
guli.Hinc Cēsoriarum legum paginæ,interdictaq; cœnis abdomina, glan-
dia,testiculi, vuluæ, sincipita verrina. Placuere autem & feri vesicæ. Cato-
nis Censoris orationes aprinum exprobrant callum. In tres tamen partes
diuiso apro, media ponebant, lumbos aprinos appellata. Solidum aprum
Romanorum primus in epulis appositit P.Seruilius Rullus,pater eius Rul
li qui Ciceronis in Consulatu legem agrariam promulgauit.tam propin-
B qua origo nunc quotidianæ rei est: & hoc annales notarunt. Ex his verbis
intelligimus Plinii tempore solitum fuisse solidos apros inter fercula epu-
larum apponere etiam in quotidianis luxuriosorum epulis : quod etiam
Seneca attestatur.Sed nihil maius est quàm ficis aridis sues saginare,& mul
sum iis obiicere. Huiusmodi sues ex viuariis petebantur, quæ theriotro- Theriotro phium.
phia dicuntur: quale fuisse in Laurētina villa Hortensii oratoris apud Var
ronem legimus.Eodē pertinet porcus Troianus,cuius in lege Fannia sum- Porc⁹ Tro ianus.
ptuaria mentio facta est,qui mensis inferebatur aliis animalibus farctus, vt
olim equus ille Troianus armatis inclusis grauidus in vrbem Troianam il-
C latus esse dicitur.Sed in verbis Plinii suprascriptis ego duo verba emēdan-
da sic censeo,vt legamus, Placuere autem & feri sues. Iam Catonis &c. ex Plinij loc⁹
vetusti obseruatione,in quo legitur,& feris vesicam.Nusquam enim,vt ar-
bitror, vesicæ aprinæ fit mentio inter fercula antiquæ luxuriæ. Videamus
de mancipiis Romanis.Plinius lib.vii. Precium hominis in seruitio geniti Precia mā cipiorum.
maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit grāmaticæ ar-
tis Daphnidis,Cn.Pisaurense vendente,& M. Scauro principe ciuitatis.iii.
M.dcc.sestertiis licente. Excessere hoc in nostro æuo,nec modicè, histrio-
nes,sed libertatem suam mercati, quippe cum iam apud maiores Roscius
D histrio.iii.M.D.Anniā mercasse prodatur.Sic in omnibus impressis exem-
plaribus legitur,in iis etiam quæ Hermolaus castigando Plinio obseruasse Plinij loc⁹
se dicit.Quo magis mirum est Hermolaum conniuentibus oculis hæc ver
ba prætermisisse,cum tamen eodem capite vnum verbum mutauerit con-
tra fidem vetustæ lectionis,in quo ego ei non assentior. Quomodo autem
summum precium hominis serui esse potest tria millia & septingenti ses-
tertii,cum Columella lib.iiii.dicat de vinitore seruo loquens,Sed ego plu-
rimorum opinioni dissentiens,precioſum vinitorem in primis esse censeo:
isq; licet sit emptus sex vel potius sestertiûm octo millibus:cum ipsum so-
E lum septem iugerûm totidem millibus nummorum partum sit. Quod si
apud Plinium sestertia genere neutro intelligas, immane erit precium, etiā
præterquam quòd latinè loquentium consuetudo refragatur,vt alibi dixi-
mus. Plutarchus in Catone Maiore, Cum Babylonia supellex hæreditate
ei obuenisset, vt quamprimum venundaretur curauit.Nullam eius villam
tectorium habuisse, nec vllum mancipium vltra mille & quingentas dra-
chmas emisse dicit:quasi non delicatis & formosis, sed colonis ac robustis
stabulariis & bubulcis sibi opus esset.Mille & quingentæ drachmæ sex mil
lia nummorum valent. Quod conuenit cum dicto Columellæ,qui sex vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius octo millibus vult emi vinitorem,quem precioſum vocat,id eſt cē- F
tum quinquaginta vel ducētis aureis noſtris emptum. Liuius lib.ix.de bel.
Macedonico,de cenſura eiuſdem Catonis loquēs, In cenſibus quoque ac-
cipiendis triſtis & aſpera in omnes ordines cenſura fuit. Ornamenta & ve-
ſtem muliebrem,& vehicula quæ pluris quàm quindecim millium æris eſ-
ſent,in cenſum referre viatores iuſſit.Item mancipia minora annis.xx.quæ
poſt proximum luſtrum decem millibus æris aut eo pluris veniſſent:vti ea
quoque decies pluris quàm quanti eſſent,æſtimarentur:& his rebus omni-
bus terni in millia æris attribuerentur.Hæc æſtimatio maior eſt tribus mil- G
libus ſeptingentis ſeſtertiis: verùm ex Liuii loco intelligimus non impune
olim,id eſt cenſuræ tempore, fuiſſe iis qui precia rerum vltra modum in-
tendiſſent: propter quod emanauit dictum illud Plinii in loco ſupradicto
eodem capite ſtatim poſt verba antedicta,Niſi ſiquis in hoc loco deſiderat
Armeniaci belli paulò antè propter Tyridatem geſti diſpenſatorem,quem
Nero.III.C.XXX.manumiſit:ſed hoc precium belli,non hominis fuit,
tam Hercules , quàm libidinis non formæ Paronetemi ſpadonis Seiano
III.M. D.mercante à Sutorio Priſco , quam quidem iniuriam lucrifecit
ille,mercatus in luctu ciuitatis,quoniam arguere nulli vacabat.Quo in lo- H
co Peronetomi libentius legerim quàm Paronetemi:quod quid ſignifica-
re poſſit,non video. πδρονίζομος fortaſſe nomen ſpadoni accommodatum,
quaſi exectis genitalibus etiam infibulatus. Legimus apud Senecā in epiſt.
ad Lucillium lib.quarto,ſeruos anagnoſtas,id eſt lectores literarū peritos, Anagnoſtæ.
centum millibus nummorum emptos : quod tum maximum habebatur
precium. Caluiſius(inquit)Sabinus memoria noſtra fuit diues.hic eruditus
videri volebat. Hanc itaque compendiariam doctrinam excogitauit: ma-
gna ſumma emit ſeruos,vnum qui Homerum teneret,alterum qui Heſio-
dum. Nouem præterea Lyricis ſingulos aſſignauit. Poſtquam hæc familia
illi comparata eſt, ſuaſit illi Satellius ſtultorum diuitum arroſor, &(quod
ſequitur)arriſor,vt gramm aticos haberet analectos. cum dixiſſet Sabinus
centenis millibus ſibi conſtare ſingulos ſeruos, Minoris(inquit) totidem
ſcrinia emiſſes. Quin & apud Plinium ipſum eodē in libro de exemplis ſi-
militudinum loquentem ita legitur, Toranius M. Antonio iam Triumui-
ro eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes,
vt geminos vendidit:tanta vnitas erat. Poſtquam deinde ſermone puero-
rum detecta fraude,à furente increpitus Antonio eſt, inter alia magnitudi-
nem precii requirente(nam ducentis mercatus erat ſeſtertiis)reſpondit ver- K
ſutus ingenii mango, Ob id ipſum ſe tanti vendidiſſe, quoniam non eſſet
mira ſimilitudo in vllis eodem vtero editis. Tranquillus de Cæſare, Seruii-
tia recentiora politioraq; immenſo precio comparauit, & cuius etiā ipſum
puderet,ſic vt rationibus vetaret inferri. Proinde vel refragante exemplariū
fide hūc locū Plinii ita lego,M. Scauro principe ciuitatis CCC millibus
DCC ſeſtertiis licente. Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modicè hiſtrio-
nes,ſed libertatem ſuam mercati: quippe cum iam apud maiores Roſcius
hiſtrio CCCL annua meritaſſe prodatur, vel potius, ſeſtertia quingenta
annua

A annua meritaſſe. Nota enim ſeſtertii potuit immutari in aliam notam, vt
alibi ſæpe,ſicut tria iii,in locum trium ccc irrepſerāt. Meritaſſe autem ver-
bum nō ſine admonitione vetuſti vnius exemplaris lego. Quod autem ſe-
quitur,Niſi ſi quis in hoc loco deſiderat Armeniaci belli paulò antè pro-
pter Tyridatem geſti diſpenſatorem,quem Nero.III.C.XXX.manumi-
ſit:ſuſpectum mendi habeo,vt fortaſſe centies vicies legendum ſit,hoc mo Plinij loc.
do,quem Nero ſeſter.cēties vicies manumiſit.nam in vetuſto.III.C.XX.
legitur. Seſtertiū enim antiqui longuriolis binis & ſemiſſe notabant,quam Seſtertij
B notam facile fuit in tria iota decidere. Omnino ſtatuendum eſt nonnulla nota.
etiam contra fidem quantūuis vetuſtæ lectionis emendare, cum argumen-
tis ad hoc validis impellemur: vt alibi in eodem lib. vbi Plinius exempla
numeroſæ ſobolis ponit.Extat(inquit)in monumentis etiam medicorum,
& quibus talia conſectari curæ fuit , vno abortu duo puerperia egeſta. In
omnibus libris ſic legi, prę terquā in vno vetuſtiſſimo, vbi, duo dicit puer-
peria,legitur, cum anxiè obſeruarem propter Ariſtotelem qui duodecim
dicit lib.vii.de hiſt.animalium, ἤδη γὰρ γυναικὸς διαφθορᾶς καὶ πέντε σωίβια καὶ
πλείω καὶ ἐκτεθῆναι τὰ ἀδικυνθέντα. Iam contigit corruptione in locis muliebribus
C facta,& decem & duodecim ſuperfœtatos partus egeri. Quare hic duode-
cim puerperia lego.Illud eodē in loco magis ſuſpectum habeo, q̄ vt emē-
dare auſim, Quarto partu Dacorum nota in brachio redditur. Ariſtote-
les,ἤδη δέ ἀπέδωκε τῶν τοιούτων τι καὶ ὅλως τελῶν,ὃς ἔχοντός τινος σῆμα ἐν τῷ βραχίονι, ὁ μὴ υἱὸς
ἔσχεν,ὁ δὲ υἱὸς ἔχων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ συγκεχυμένον μέλαν. Iam tale quid aliquan-
do & in tertiam prolem rediit. ſiquidem habentis inuſti puncti notam in
brachio,filius ſine ea nota natus eſt: ex eo verò nepos, eodem in loco bra-
chii nigritiem quandam confuſam retulit. Plinium autem eo in loco Ari-
ſtotelem eſſe ſecutum, facile eſt vtriuſque auctoris collatione iudicare, vt
D fortaſſe non Dacorum,ſed vel decorum vel dedecorum legendum ſit pro
eò quod Ariſtoteles ſtigma dixit. Aliquādo ita cenſui, quoad , vt interim
nihil minus cogitātibus accidit,in locū Artemidori incidi in pri. τῶν ἀνιερο-
κρητικῶν , ex quo facilè & Ariſtotelis verba & Plinii intelligentur. ſic enim
inquit , καινὰ μὲν οὖν ἐστὶν ἃ ἦν πάντων τῶν ἐθνῶν ὅσοι ταῦτα, χρὼς σίβεσθαι καὶ τιμᾶν , τέκνα φέ-
ρειν, καθάπερ νύκτωρ.ἴδιόν δὲ τοῦ ἐθνικοῦ καλοῦμεν, ὃ ἔχον παρὸ θρᾴξιν οἱ εὐγενεῖς παῖδες, καὶ
παρὸ γίνεται ἄλλοι. Stigmate & nota inuruntur nobiles pueri. Ariſtoteles de
huiuſmodi nota in vniuerſum locutus eſt,tanquā ſuo tēpore nulli ignota.
E Plinius de Dacis dixit quod Artemidorus de Thracibus ſcripſit. Plin.ipſe
lib.iiii.Ab Hiſtro,inquit,in plenū omnes Scytharū ſunt gentes, variè tamē
littori appoſita tenuere,aliàs Getę,Daci à Romanis dicti. Veruntamē emē
dationē illa ſuperiorē inſigni aliqua auctoritate cōfirmare oportet, ne du-
bitādi argumentū cuiquā relinquamus. Audiamus igitur Macrobiū lib.iii.
Satur.de ſaltatione hiſtrionica & hiſtrionibus ita loquētem,Cæterùm hi-
ſtriones nō inter turpes habitos Cicero teſtimonio eſt: quē nullus ignorat Roſcius &
Roſcio & Aeſopo hiſtrionibus tam familiariter vſum, vt res rationéſque Aeſopus.
eorum ſua ſolertia tueretur. Et certè ſatis conſtat contendere eum cum
ipſo hiſtrione ſolitum, vtrum ille ſæpius eandem ſententiam variis geſti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus efficeret,an ipse per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronuncia- F
ret.Is est Roscius qui etiam Lucio Syllæ charissimus fuit, & annulo aureo
ab eodem Dictatore donatus est. Tanta autē fuit gratia & gloria, vt mer-
cedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus acceperit.
Aesopum verò ex pari arte ducenties sestertium reliquisse filio constat.
Hactenus ille. Mille denarii,quatuor millia nummûm valent,id est centum
aureos nostros:quam mercedem si per singulos dies anni accepisse Roscium
intelligeremus, fieret summa annuæ mercedis triginta sex millia & quin- G
genti, quæ computatione Romana sestertium quaterdecies & sexaginta
millia dicitur. At ea summa tribus partibus maior est ea quam Plinius po-
suit,id est trecentis & quinquagenis millibus sestertiûm. Quare mille de-
narios diurnos suspicari possumus Macrobium intellexisse ludorum tan-
tum diebus accepisse Roscium. Cicero in ea oratione quam pro Roscio
Salarium Roscianū Romæ. habuit,mercedem publicā Roscium respuisse dicit,his verbis, Roscio cur
tanti fuerit vt socium fraudaret, causam requiro. Egebat? immò locuples
erat.debebat? immò in suis summis versabatur. auarus erat? immò etiam
antequam locuples, semper liberalissimus munificentissimusq; fuit. Proh
deûm hominūq; fidē, qui HS.CCCLIII.CCCLIII.CCCLIII.
quæstus facere noluit(nā certe HS. CCCLIII. CCCLIII. CCC-
LIII.merere & potuit & debuit)is per summam fraudem & malitiam &
perfidiā HS.LIII.appetiit? & illa fuit pecunia immanis, hæc paruula:illa
honesta,hæc sordida:illa iucunda,hæc acerba. Cur hi numeri ter legantur,
non intelligo: sed CCCLM legendum puto, vt ex tribus III fiat M.
Est autem alioquin oratio illa,vel orationis fragmentum potius,& muti-
latum,& in numeris suspectum: magnam tamen fuisse mercedem Roscii
ex eo intelligimus,quod eodem in loco orationis sequitur, Decem his an-
nis proximis(inquit)sestertium sexagies honestissimè consequi potuit, no-
luit:laborem quæstus recepit, quæstum laboris reiecit: populo Romano
adhuc seruire non destitit, sibi seruire iampridem destitit. hoc tu vnquam
Fanni faceres? sed si hos quæstus recipere posses, non eodem tempore &
gestum & animam ageres? dic nunc te ab Roscio HS. LIII. circunscri-
ptum esse, qui tantas & tam infinitas pecunias non propter inertiam la-
boris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Infinitas pecu-
nias Cicero sexagies sestertium appellat:nec mirum,cum centum & quin-
quaginta aureorum nostrorum millia esse iam docuerimus. Ergo singu-
lis annis sexcenta sestertia, hoc est quindecim aureorum millia Roscius
merere recusauit. Quod tum intelligimus factum fuisse, cum diues esse coe-
pit,cum etiam ad extremum annulo aureo,id est Equestri ordine donatus
Aure⁹ annul⁹,equestris ordinis indiciū sit à Sylla. Re autem acrius pensitata, Plinii dictum de annuis trecentis &
quinquaginta sestertiis,vel de quingentis potius,intelligo de Roscii mer-
cede in seruitute existente.siquidem in eadem oratione Ciceronis legimus
Panurgum seruum comœdum tanti operas suas locasse, qui Panurgus
Roscii fuerat seruus.Sunt hæc verba ex oratione trāscripta, Panurgum tu
Saturi proprium Fannii dicis fuisse: at ego totum Roscii fuisse contendo.

Quod

A Quod erat enim Fannii,corpus est: quod erat Roscii,disciplina. Facies nō
erat,ars erat preciosa. nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed
ex artificio comico æstimabat.Illa membra merere per se non amplius po
terant.xii.æris:disciplina quæ erat ab hoc tradita,locabat se nō minus HS.
CCCLIII.Nihil autem certi constitui potest ex illa oratione,quam nō
nisi impressam vidimus.In volumine autem antiquo Orationum Cicero-
nis quod legere nobis contigit,illa oratio cum duabus aliis deerat. Quan-
tum tamen ex illo fragmento colligi potest, Panurgus ille comœdus qui
B communis inter Roscium & Fannium erat,à Flauio quodam interfectus
fuit,qui iudicio damni iniuriæ cōuentus,lite transactione decisa,CCCL.
sestertia Roscio dedit pro parte sua. quare cum Fannius partem à Roscio
auferre vellet tanquam in rem communem Roscius transegisset, Cicero
primùm actionem Fannii depellere volens, Roscium ait pro media tan-
tum parte decidisse, quippe qui amplius neminem eo nomine petiturum
non spopondisset:deinde etiam contendit Fannium alterum tantum à Fla
uio abstulisse eodem nomine.propter quod Plinius non frustra dixit, Ex-
C cessere hoc in nostro æuo nec modicè histriones, sed libertatē suam mer-
cati.aucto enim in immensum peculio histrionicis mercedibus, facilè li-
bertatem quantūuis magno emebant. Quòd si quis apud Macrobium non
mille denarios,sed mille nummos legat:erit summa annuæ mercedis pau-
lo id est quindecim tantum millibus sestertiûm maior quàm apud Plinium.
Vt autem denarios mille etiam quotidianos per annum totum meruisse
Roscium credam,& nihil in Macrobio mutandum censeam:facit id quod
sequitur,Aesopum ex pari arte ducēties sestertium reliquisse filio. Vt enim
triginta tātum annua aureorum nostrorum millia mereret, oportuit eum
D duodeuiginti annis vt minimum artem exercuisse vt ducenties sestertium
hæredi relinqueret. Plus autem quotannis meruisse ex eo coniecturam fa-
cio,quòd vix annis duodeuiginti vox perdurare potuit ad actus fabularū:
deinde(quod maius est argumentum) inusitato luxu vitam transegisse di-
citur. Quare vt tantum luxuriæ restaret,oportuit eum maiora multo sti-
pendia ac magis opima fecisse, de quo elogium illud extat Plinii lib.x. his
verbis,Maximè tamen insignis est in hac memoria Clodii Aesopi Tragici
histrionis patina,sexcentis sestertiis taxata, in qua posuit aues cantu aliquo
aut humano sermone vocales, nummûm sex millibus singulas coëmptas:
E dignus prorsus filio, à quo diximus deuoratas margaritas. De filio autem
lib.ix.locutus est his verbis,cum Antonii & Cleopatræ mentionem face-
ret,Non ferent tamen(inquit)hanc palmam, spoliabunturq; etiam luxuriæ
gloria.prior id fecerat Romę in vnionibus magnę taxationis Clodius Ae-
sopi tragœdi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres(ne triumphatu
suo nimis superbiat Antonius penè histrioni comparatus)& quidem nul-
la sponsione ad hoc productus,quo id magis regium erat: sed vt experire-
tur in gloria palati quid saperent margaritæ. Atque vt mirè placuere, ne so
lus hoc sciret, singulos vniones conuiuis ad sorbendum dedit. Quo in lo-
co nō triumphatu sed Triumuiratu lego ex vetusto libro. Docuimus su-

Plinij loc⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

prà hanc patinam Aesopi patris quindecim millibus coronatorũ nostrorum stetisse. Plinius dicit vniones magnæ taxationis filium conuiuis singulis sorbendos dedisse. Quòd si ducenties sestertium ad id sufficere potuit, coniectura assequi possumus immanem esse summam ducenties sestertiũ: præsertim cum Cicero sexagies sestertium infinitam pecuniam appellauerit. Athenæus lib.xiiii.de quodam Amœbeo citharœdo loquẽs, ita inquit, Mihi verò nihilo inferior esse videtur antiquo illo Amœbeo quem Aristeas in lib.de Citharœdis scribit Athenis habitasse, domumq; prope theatrum habuisse: cũq; in theatrum cantaturus prodiret, talẽtum vnum Atticum in dies singulos merere solitum esse, ὃν φασιν ἀφεισίας ὁ ἐξ ἀθηνῶν κιθαρῳδὸς, ὁ ἀθλώσεις κατοικῶντα, ἡ πλησίον τῆ σκάφῃ οἰκοῦντα, ὅτι χίλιοι ἀσόμενος τάλαντον ἀπίκοιτο ἡμέρης λαμβάνων. Qui hoc de citharœdo Athenis merẽte credere sibi persuaserit, quid de Aesopo & Roscio Romæ credere hæsitabit, cum talentum Atticum sexcentis aureis nostris valuerit? Restat igitur vt credamus Roscium non minus sex & triginta millibus aureorum nostrorum meruisse annua mercede, duntaxat publica, vt in ludis Romanis, & Megalensibus, Compitalitiis, Secularibus, & aliis qui publico sumptu fiebãt. Nam & priuatis ludis, vt funebribus, & aliis qui à magistratibus priuato apparatu fiebant, multas etiam pecunias meruisse eos intelligimus. De publicis meminit Iuuenalis Satyra sexta,

Si gaudet cantu, nullius fibula durat Vocem vendentis prætoribus.

Exemplum priuatorum est apud Tranquillũ in Cæsare: Edidit spectacula varii generis: munus gladiatorium, & ludos etiam regionatim vrbe tota, & quidem per omnes linguarum histriones. Ludis Decius Laberius Eques Ro. mimum suum egit, donatusq; est quingentis sestertiis, & annulo aureo. Inde illud Iuuenalis octaua Satyra,

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
Sippario, clamosum ageres vt phasma Catulli.

Idem Tranquillus in Augusto, Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus qui aut abessent, aut non sufficerent, ter & vicies: fecitq; nonnunquam vicatim ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones. Et post paulum, Ad scenicas quoque & gladiatorias operas & equitibus Romanis aliquando vsus est. spectandi voluptate teneri se neque dissimulauit vnquam, & sæpe ingenuè professus est. Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat. Idem in Vespasiano, Ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque actoamata reuocauerat: Apollinari tragœdo quadringenta, Tarpeio Diodoróque citharœdis ducenta, nonnullis centena: quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Ex dictis liquidò apparet vnde Aesopus tantæ luxuriæ sufficere potuerit, quanquam ante hæc tempora fuerit: sed quibus erat non minus studium artis histrionicæ: & maius fortasse, quo magis primores vrbis Romę populum huiusmodi spectaculis conciliare sibi conabantur, eo tempore quo omnia in populi erant potestate. Quantam enim esse eam munificentiam

A tiam putamus, quæ vnico histrioni vna donatione decem millia aureorum dederit? quanquam Cæsar Laberio quarta parte plus dedit. Hanc tamen Aesopi prodigentiam Apicius nepotinis helluationibus exuperasse dicitur, ob quod in prouerbium Apicianæ cœnæ venerunt: de quo Martialis in quinto Epigrammatum:

Apicij luxus perditissimi.

Dederas Apici bis trecenties ventri:
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus, ne famem & sitim ferres,
B Summa venenum potione duxisti.

Quod perinde est ac si diceret, Apici sexcenties sestertium, id est quindecies centena aureorum millia (de nostris semper loquor, iisq; coronatis) inexplebili illa ingluuie helluatus, cum posses adhuc ducentis quinquaginta millibus (quod centies laxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere: tamen venenum miser hausisti, ne patrimonio tanto superesses, quod iamiam te deserturum videbatur. Longè autem falsus est in hoc Calderinus, qui bis trecenties pro sex millibus vel sexcentis millibus intellexit: cum septingenties centena millia Martialis significauerit: quomodo & alibi in secundo Epigrammatum,

C Illa illa diues mortua est Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Millia enim subaudiendum, vt apud Iuuenalem,

- Et ritu decies centena dabuntur Antiquo. -

Quomodo idem alibi,

Optima sed quare Cæsonia teste marito?
Bis quingenta dedit: tanti vocat ille pudicam.

id est decies centena millia, quod decies sestertium dicitur. Plinius propterea Apicium ne- Decies cẽtena.
D porum omnium altissimum gurgitem appellat lib.x. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurges. Et in.ix.M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus. Suidas, ἀπίκιος μάγειρος, ὃς λέγεται μυρίον ὄνομα ὠδί τι ἀσωτίας καὶ πολυτελείας, ἱκανὰς μυριάδας ἀργυρίου καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα. Apicius Marcus, cuius adhuc nomen perdurat in luxum & inusitatos sumptus insigne, multas argenti myriadas in ventrem absumpsit. Martialis ex Seneca sumpsisse id videtur, qui libro de Consolatione ad matrem Albinam ita inquit, Apicius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abire
E iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit: cuius exitum nosse operæprecium est: Cum sestertium millies in culinam cõ gessisset, cum tot congiaria principum, & ingens Capitolii vectigal singulis comessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primùm coactus inspexit: superfuturum sibi sestertium centies computauit: & velut in vltima fame victurus, in sestertio centies si vixisset, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui sestertium centies egestas fuit? in imo putat pecuniæ modum ad rem pertinere. (Sic enim lego) Sestertium centies aliquis extimuit: & quod alii voto petunt, veneno fugit. Hactenus Se-

Apicij popinæ professor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neca: quem si secutus est Martialis, vt mihi videtur, apud Martialem non bis trecenties, sed ter trecenties legi debet. Is Apicius Tyberii tempore fuit, vt ex nonagesima epistola eiusdem Senecæ ad Lucillium patet, his verbis, Mullum ingentis formæ Tyberius Cæsar missum sibi, cum in macellum deferri, & venire iussisset: Amici (inquit) omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit, aut Publius Octauius. Vltra spem illi coniectura processit. licitati sunt, vicit Octauius: & ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque sestertiis emisset piscem quem Cæsar vendiderat, ne Apicius quidem emerat. Idem Martialis in eodem quinto,

Infusum sibi nuper à patrono
Plenum Maxime centies Syriscus,
In sellariolis vagus popinis
Circa balnea quatuor peregit.
O quanta est gula centies comesse?

Admiratur gulam quæ ducenta & quinquaginta millia aureorum vorare potuerit. Non omittendum videtur id quod à Plinio eodem loco dicitur: sed quia locus ille vulgò corruptè legitur, ideo eum ex animi mei sententia obseruatis veteribus libris referam. Asinius (inquit) Celer è Consularibus hoc pisce prodigus Claudio principe, vnum mercatus sester. octo millibus: quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorum qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris quàm equos quiritabant. At nunc coci triumphorum preciis parantur, & cocorum pisces: nullúsque propè iam mortalis æstimatur pluris, quàm qui peritissimè censum domini mergit. Meminit Liuius libro nono de bello Maced. de triumpho Manlii loquens, Epulæ quoque ipsæ & cura & sumptu maiori apparari cœptæ. Tum cocus, vilissimum antiquis mancipium & æstimatione & vsu, in precio esse: & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta: vix tamen illa quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ. Hæc verba congruunt cum Pliniano dicto, qui triumphorum preciis cocos emptitatos principum Romanorū temporibus admiratur, cum olim Cato & alii seueriores vrbis magistratus conciones queribundas ad populum haberent (quod quiritare à crebra Quiritium appellatione vocatur) ob id quòd ineunte luxuria, coci iam equorum preciis pararentur. Octo millia nummûm ducentos aureos æstimare solemus: verùm apud Macrobium non octo millia legitur, sed septem. Asinius (inquit) Celer vir Consularis, vt Samonicus refert, mullum vnum septem millibus nummûm mercatus est. In qua re luxuriam illius seculi licet æstimare, quòd Plinius secundus temporibus suis negat facilè mullum repertum qui duas pondo libras excederet: at nunc & maioris ponderis passim videmus, & precia hæc insana nescimus. Hactenus Macrobius. Iuuenalis de hoc dubitans Satyra quarta ita inquit,

- Mullum sex millibus emit
Aequantem sanè paribus sestertia libris,
Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.

Plinij loc. Precium mulli pisc.

Quirito.

A Ita in controuersia apud auctores duo millia manent. Cocum igitur Plinius antiqua æstimatione non pluris æstimauit, quàm ducentis aureis, quãti Columella vinitorem vult emi. non igitur precium hominis maximum tria millia & septingenti sunt sestertii, vt supra docuimus: sed trecenta millia. Multa huiusce generis restabãt, nisi hic liber iusta iã magnitudine excreuisset. Quare hactenus de nummo æreo argenteóque dictum sit, quorum explicationem aurea (vt ita dicam) commentatio excipiet, ampliore ipsa orsu ac teretiore filo supradictis attexenda.

B

Gulielmi Budæi Parisiensis, à secretis Regis Franciæ, de Asse & partibus eius Liber III.

C LONGVM iam iter emensis partim remigio, partim velificatu, cum scopulos omneis præteruecti videremur, Plinius nobis manus improuisus iniecit, ac consistere coactos, etiã propemodum retro conuersis velis inhibuit: apud quẽ lib. xxxiii. sic legitur, Aureus nummus post annos LXII percussus est quàm argenteus: ita vt scrupulum valeret sestertios vicenos, quod efficit in libras ratione sestertii qui tunc erat, sestertios nongentos. Post hæc placuit XL millia signari ex auri libris: paulatimq; principes imminuêre pondus: minutissimè vero ad XLV millia. Si enim hæc verba emendata D sunt, causam haud dico quin stylum vertere cogar, omniaq; retexere quæ magno cum labore adhuc comprobasse videor. Etenim cum duodenę sint vnciæ in libra Romana, & in vncia, quaterna & vicena scrupula: fiunt in asse scrupula ducenta octoginta octo. est enim scrupulũ, ducentesima octogesima octaua pars assis, vt inquit Columella. Si ergo scrupulum auri vicenos sestertios valet, & vicenario numerũ illum multiplicemus, fiet summa quinque millia septingenti sexaginta sestertii: quibus si semunciam addamus, vt sit libra centenaria quam antè instituimus, fient sex millia sestertiũm. siquidem quatuor drachmæ, id est semuncia, XII scrupula valent: quæ vicies multiplicata, ducentos quadraginta efficiunt. ita fiunt sestertii E sex millia, vel denarii mille & quingenti in auri libra. quæ ratio prorsus cũ Pliniano dicto discrepat. Deinde quod sequitur, Post hæc placuit XL millia signari ex auri libris, quonam modo explicari potest? Nam si nongenti sestertii in libra, quonam modo XL millia? Quod si millia æris intelligere libeat, non ideo magis negocium procedet: cum XL millia æris, sedecim millia nummûm valeant. Et ea ratio quam sequimur, XV millia æris, auri libram valere deprehendit. siquidem auri scrupulum vicenis sestertiis valet. In hoc nodo dissoluendo cum diu æstuarim, nihil comminisci potui quo locum hunc certò restituerem. Morem autẽ antiquis fuisse nouimus

Aureus nũmus.

Scrupulũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellauit:sed illud non conuenit,propter verba quæ sequuntur. Heu prodigia ventris: mirum esset non licere carduis pecori vesci, non licet plebi. Vt autem libris pro assibus intelligam, adduci non possum, cum legisse me non meminerim, nec id precium esset quod plebem à macello arceret. Eiusdem autem annonæ fuit duracina persica tricenis nummis aut vicenis venire,& asparagos singulos ternis nummis. In eodem capite obiter & alia emendabimus, Aues vltra Phasidem amnem peti, nec fabulosoquidem terrore tutas, immo sic preciosiores: alias in Numidia atque Aethiopia in sepulcris aucupari: aut pugnare cum feris:mandi ab eo cupientem,quod mãdat alius. Lego ex antiquis,Alias in Numidiæ atque Aethiopiæ sepulcra, aut depugnare cum feris, mandiq;, capientem quod mandat alius. Sic enim sensus argutior,& magis Plinianus. Ibidem, Hortorum Cato prædicat caules. hinc primùm agricolæ existimabantur prisci. Et sic statim faciebant iudicium numquæ esset in domo materfamilias(etenim hæc cura fœminæ dicebatur)vbi indiligens esset hortus. Lego ex antiquis,Et sic statim faciebant iudicium,nequam esse in domo matremfamilias, id est parum frugi,nec ad rem augendã acrem. hoc enim nequam significat,vt seruos nequam dicebant qui bonæ frugi non essent. Et paulo inferius, Nam carnis desideria etiam erant in exprobratione. Legendum,gari,id est liquaminis. Respondet enim præcedẽti membro, Damnantes pulmentaria quæ alio egerent pulmentario. Et rursus inferius, Hortos villæ iungendos non est dubium,riuosq; maximè habẽdos,si contingat,profluo amne. si minus, è puteo, pertica organisve pneumaticis tollendo non hausto rigando. Lego,Si contingat,præfluo amne: si minus,è puteo pertica organisve pneumaticis vel tollenonum hausto rigando. Liuius lib.viii.de bello Maced. circa principium,Collectis rursus animis, in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipites robustos incutiebant. Huiusmodi tollenonũ meminit Vegetius libro quarto. Dicuntur & tollones à quibusdam,à tollendis rebus vel hominibus. hic autem à Plinio pro eo haustorio accipitur quod à Græcis celoneum dicitur. In vetusto codice tollon nouum legitur, in aliis vel tollendo non:ex quibus facile erat coniicere tollenonum esse legendum. Sunt & alia in eodẽ capite mendosa,quæ intacta ideo relinquenda duxi,quia comminisci nihil potui:aliqua etiam vix digna quæ attingantur,vt illud in quo Hermolaus conflictatus est,In remedio saturnica signa: vbi Saturica ex vetustissimo lego pro Satyrica,more antiquo. Quod autẽ sequitur, Tot generibus vsque ad infimam plebem descendente anima:legendum mihi videtur annona,etiam si nulla auctoritate exemplaris ducar. Hæc autem ideo commemoranda duxi,vt labefactatam esse exemplarium Plinianorũ fidem lectores meritò iudicare possint,qui hæc & huiuscemodi alia toto hoc opere sparsa accuratè perpenderint: nec vnius aut alterius loci auctoritate rebus contestatissimis fidem derogandam esse: quanquam dictum Plinii supradictum huiusmodi est,vt res ipsa & mutilatum & corruptum esse locum clamitet,cum eius loci membra mutuò collidantur. Si enim auri scrupulum vicenis sestertiis valuit,quonam tandem modo in libra

Plin.locus

Nequam.

Tollenones.

bra sestertii tantum nongenti? sed sint sanè nongenti in libra sestertii, quî igitur fieri potest vt à noningentis ad X L millia peruentum sit? Quare relinquetur vt Plinius hoc in loco suo sibi testimonio refellatur & cõcidat. In vno venerandæ vetustatis libro ita legebatur, Quod efficit in libras ratione sestertii qui tunc erant. D.nongenti:post hæc placuit. X.X L signari ex auri libris. ex quo coniicio non millia X L, sed nummos Plinium reliquisse scriptum, & locũ mutilatũ post verbum sestertii. In omnibus enim libris antiquis,erant pluraliter legitur,& X L signari, nõ X L millia. Quàm autem ancipites notæ fuerint inter nummos & millia,patuit ex supradictis. Nec eò tamen pertinet longa hæc disputatio, vt veritatis assertionem in hoc loco positam putem,aleamq; huius operis in hoc vno cardine verti. Nec enim vsqueadeo exilibus argumentis nixus sum, vt si Plinius ipse reuiuiscat, & hunc locum agnoscere velit ita vt lectitatur, aut si dies olim forte autographum Plinii, aut eius ætatis volumen æquale protulerit (vt id fieri posse credamus)non ipsi etiam Plinio iudicem ferre ausim vniuersam antiquitatem,ni hoc perperam ac falsò scriptum sit,vt & alia quædam quę postea dicentur. Dixi suprà argẽtea me nomismata Romanorum diligenter expendisse,vt id quod ratiocinatione & auctoritate vetusta colligebam, reapse quoque comprobarem. In auro itidem faciẽdum quum statuissem, quatuor & viginti nomismata (tot enim aurea eoq; plura habebam) in altera lance posui,& ex aduerso sex vncias nostras statui. Quo facto, cum leuius aurum esse inuenirem,grossulorum duorum additamento cum paculis minutiis,rem ad æquilibrium perduxi. has minutias nostrates grana vocant:nos momenta latinè appellare possumus. hæc quatuor & viginti sunt in denario nostro,quod scrupulum latinè vocitatur. Quomodo enim in vncia latina quatuor & viginti sunt scrupula,sic in nostra quatuor & viginti denarii:& vt drachma tria scrupula pendet, sic grossus tres denarios. Verùm hæc nomismata cum singillatim pensitarem,in iis fuerunt Tyberii Augusti duo, in quibus effigies parum iconicæ videbantur: vnum hac inscriptione: Tyb.Cæs.diui Aug.Augustus. & in auersa facie, Pontif.Max. vbi simulacrum sedens. Alterum vtrinque effigiem habebat, vt eodem habitu, sic sibi dissimilem, cum hoc elogio notis scripto, Tyberius Cæsar Augustus Tribunitiæ potestatis quindecies. & in altera parte, Tyberius Cæsar diui filius. Singulorum pondus erat didrachmum,id est denarii bini argentei quadrigati,de quibus antè diximus. Alterum fuit male imitatũ, sed quod Augusti fuisse ex indice cognouimus, qui fuit eiusmodi, quatenus legi per vetustatem potuit, Cæsar Augustus Pater patriæ. & in postica facie, Cæsari Augusto. Hoc quanquam attritum, grauissimum tamen inuenimus,vt bina argẽtea traheret. Aliud eiusdem principis erat iconica effigie,qualis vulgò agnoscitur, à postica parte quadrigatum, dicterio tetragrammato in infimo margine, S.P.Q.R. significante Senatum populumq; Romanum. & in auersa parte nomẽ principis ipsius erat. hoc iusto pondere leuius erat circiter granulis duobus,sed ita, vt detritum diceres quod ponderi deerat. Erat vnum eiusdem Augusti & Antonii in Trium-

Aurea nomismata expensa.

Grana.

Momenta.

Denarius.

Grossus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nomisma ta prisca.

uiratu percussum, vtrinque effigie insigne: iisdem elogiis quibus & argenteum illud cuius inter argentea meminimus, nec decoris characteribus, & cætera inscitè assimulatum, pondere non detrito, sed iniquo, imminuto sex mometis. Incidit in manus meas & aliud in quo erat Augusti effigies pulchrè expressa, hoc titulo, S.P.Q.R. Cæsari Augusto Cos.xi.trib.Pot.vi. & in tergo, Ciuib.& sign.Milit. à Part.Recup. percussum in memoriam signorum quæ cum Crasso amissa erant, & postea Augusto à Parthis remissa sunt cum captiuis. Appendi & aliorum principum, in queis & Tyberii Claudii Augusti, elegãter percussum, hoc epigrammate, Ty. Claud. Cæs.Ger.IM.TR.P. iconicum, cuius imaginem ex Tranquillo agnoscerres: à tergo hoc elogio, Constantiæ Augusti. quod quanquam detritũ, pondus tamen iustum asseruauerat. Appẽdi & Neronis Cæsaris & iconica & scitè percussa hoc indice, Nero Cæsar Aug. Imp. In postica facie spicea erat corona, intus quatuor habens literas ex senatusconsulto significantes decretam ei coronam, ambiẽte extrorsus hoc elogio, Pontif. Max. TR.PO.VI. Cos. IIII. iusto pondere aliquanto leuiora. Vnum præterea Galbæ Neronis successoris iconicè effictum, cum corona spicea ambiente marginem, in auersa facie octo literarum elogio hoc significante, Senatus po.q; Romanus ob ciues seruatos. leuius etiam aliquanto Neronianis. Habui tum & Vespasiani supercilioſa fronte, & nitẽtis vultu. Habui & Neruæ & Traiani Hadrianiq; principum, eleganter quidem expressa, sed pondere leuiuscula, octonis circiter detractis minutiis. suus vnicuiq; index erat, supradictis tituloſior, vt in Neruæ, Imp.Cæsar, Nerua Traian. Aug.Ger.P.M. TR.PO. Cos. II.P.P. Imperator Cæsar Nerua Traianus, Augustus Germanicus, Pontifex Max. Tribunitiæ potestatis, Consul iterum, Pater patriæ. Et in Traiani itidem, nisi quòd Dacici titulus accesserat. In cuius postica facie statua equestris erat hastam intorquens, accuratè expressa, equo vehens incitato, cum honorifico hoc elogio, S.P.Q.R. optimo principi. Hoc nomisma, omnium quæ vidi, pulcherrimum erat, & facie augustissima, secundum quod Hadriani successoris eius nomisma principalem dignationem atque auctoritatem augustam præferre maximè videbatur: quod etiam ipsum equestrem statuam habebat, equo nõ pugnaci sed viatorio insidentẽ. Cernere erat asturconẽ tollutim gradientẽ, & velut à lõgis itineribus strigosum, credo, vt princeps terrarũ peragrator intelligeretur. sic enim appellatus est. Appendi etiã Antonini pii, M. Antonini cognomẽto Philosophi: Aurelii & Seueri, imminutiore sensim põdere. In quibusdam à tergo est pro elogio liberalitas Augusti, in Aureliano hilaritas, in Seueriano æternitas imperii, & in Lucii Veri Victoria Augusti alata. M. Antonini philosophi huiusmodi titulũ habebat, M. Aurelius Cæsar Aug. Pii filius, tribunitiæ potestatis tertiùm, Cõsul iterum. & in auersa facie Concordiæ simulacrum, brachiis leniter expassis, cuius latera altrinsecus cingebant chamæteræ pusillæ singulæ, inuicem auersantes, quibus vtraq; manu lacinias stolæ porrigere Concordia visebatur. Hic M. Philosophus, qui Verus ab Eusebio appellatur & ab Eutropio, Aurelius etiam dictus

Cõcordiæ simulacrũ.

A ctus est Antonini Pii adoptione, vt auctor est Capitolinus, qui etiam Faustinæ vxoris nomine nummum percussit hoc indice, Faustina Augusta, Pii Augusti filia. Hæc ideo enarraui verbosè fortasse, quòd hodie huiusmodi multa circunferuntur nomismata, ex quibus iudicium fieri volo si quid aut falsò aut temere censuisse visus sim. neque enim de meis tantummodo iudicio facto acquieui. Aureum autem Romanum Attici nummi instar percussum fuisse existimare debemus, coniectura ab argenteo nummo sumpta, de quo antè dictum est. At aureus Atticus, qui stater ab eis appellatur, pondere didrachmus erat, vt auctor est Pollux lib.iiii.de Vocabulis rerum, ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο ἔχω δραχμὰς ἀττικάς. Aureus (inquit) nummus duas drachmas Atticas habebat. de quo etiam infrà nonnihil dicetur. Existimo staterem esse quod in iure libra auri vocatur, vt in lege Omnes, in Cod.Iustiniani in tractatu de Appell.& in.l.Illustres, de modo mulctarũ. Plus est enim auri vncia, quàm auri libra, vt ibidem liquet, & inferius dicetur, si locus occurrerit. Quare cum denarium Romanum drachmali pondere fuisse constet, aureum quoque Romanum didrachmum, id est duorum denariorum pondere percussum fuisse meritò iudicare debemus. quanquã quid opus est argumentis, cum nummi ipsi extent vetustatis symbola asseruantes, ne imponere nobis nouitii pro veteranis possint? Proinde cũ libra Romana sex & nonaginta drachmarum fuerit, duodequinquaginta nummi didrachmi ex ea factitati sunt à principio: quibus si semunciam addideris, id est quatuor drachmas, vt ex libra fiat plena mina (cum libram & minam in re numaria idem fuisse docuerimus) erunt in libra quinquaginta omnino nomismata: vt apud Plinium quinquaginta potius quàm quadraginta legendum sit. Siquidem (vt dixi) cum illa nomismata vniuersa quatuor & viginti expensarem, & vnius nummi loco ponduscul ũ didrachmum (grossum nunc appellamus) adderem, minimo minus sex vncias in æquilibrio tenebam, hoc est libræ nostræ argentariæ dodrantem. Ex quo intelligimus quinquagenos olim aureos in singulis libris fuisse, duntaxat iusti ac legitimi nomismatis. Vetustos autem nummos extare, præter ea quæ dicta sunt, etiam Pomponius Iurisconsultus admonere nos potest, qui lib.vii. Digestorum sub titulo de vsufructu sic inquit, Nomismatum aureorum vel argenteorum veterum quibus pro gemmis vti solent, vsusfructus legari potest. Auaritia autem principum, vel temporum iniquitate imminutio ponderis postea inualuit. Id quod hodie apud nos, quanquam admurmurante hominum sermone, nihilo minus factitatur. In aureis enim nostris binũm ternumq; momentorum intertrimentum lege quoque admittitur. remediũ viri monetales appellant. id quod primùm clemẽtia edictali nummulariorum mancipibus indultum, ne cui fraudi esset si quis nummus ex multis leuiusculus fefellisset, auaritia pro iure suo sumpsit, ita vt nulli iam iusto prisco q; pondere signentur: & qui priscorum extant, aut ostentationis gratia in deliciis habeãtur, aut prius accisi demum in commercia & ad collybum prodeant. Hinc fit vt coronati qui Cruciati cognominãtur, iam commerciales non sint, vtpote superpondiales. Quòd si tam animosè principes im-

Aure⁹ Atticus stater

Libra auri in iure.

Plinij loc.

DE RE NVMMARIA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minutæ monetæ crimina exercerent,quàm imminutæ maiestatis exercent, melius cum rebus humanis ageretur,& minus fallerét adulteratores nummi,quorum iam ipsorum crimen multitudine reorum,& interdum potentia atrox esse desiit.Sed sic est ferè in omni parte sui Resp.nostra,vt primorum arbitrio (ne dicam libidine)non legum præscripto gubernetur: quarũ legum nulla tot,tantis,tamq; terrificis vinculis adstricta vnquam memoria nostra fuit sanctio,vt nõ quilibet in aula ordines ductantium, aut resoluere aut rescindere aut abrumpere non toto anno vertente potuerit. Romani autem nummi imminutionẽ sic colligo.In vncia(vt dixi)nostrates grossulos octo ponunt,vt Romani octo drachmas,& ternos in grossulo denarios, qui latinè scrupuli dicũtur: in singulis autem denariis vicenaquaterna grana momentâve, pro quibus & vlterioribus minutiis verbum Latinum assignare non possumus.In vncia igitur quatuor & viginti denarios ponimus,& granula seu momenta quingẽta septuagintasex,id est quater & vicies quatuor & viginti.At Romani quaternos aureos in vncias signabant, & argenteos octonos. siquidem argentei bini singulos aureos æquant pondere.Ita quater duodenos in libras signasse deprehenduntur,id est in duodecim vncias,& binos ex semuncia,quæ minæ,id est libræ argentariæ accedit.Sic numerus quinquagenarius in libram impleri deprehenditur. Agedum igitur fac ex quolibet nummo in argyrocopio,id est in officina argentaria detracta esse octo granula (quandoquidem hanc decessionem in recentioribus ferè deprehendimus) detrimenti scrupulũ vnum in ternis nũmis inuenies,& in denis octonis scrupula sex,id est aureum vnum,& duos aureos in tricenissenis, & in quadragenisquinis duos aureos & semissem, & in quinquagenis eo amplius aurei quadrantem. Quòd si sesquiplam huius detractionem posueris,vt in singulos nummos duodena granula decesserint, in libras quinquageniquaterni nummi signari potuerunt, ita vt eo amplius sextantes lucrifierent.huiusmodi autem ætate Plinii signatos fuisse affirmare non dubitem.quippe cum Tyberianis & Claudianis vt grauissimis aliorum principum nummos opponerem,non antè,quàm decimum granum addidi, prægrauare illi Vespasiani nummũ destiterũt,cum interim collybo detritus non videretur. Quod ne comminisci videar,à tergo in eo nummo annonam esse dico.quãquam in nummo Domitiani nihil didrachmo,id est ponderi iusto deerat: scitè quidem ipso assimulato, & in quo vultuosam faciem agnoscerес,Vespasianum genitorem lineamentis omnibus referẽtem.Illud Augustale ob Parthica signa percussum, duo amplius grana auctarii habebat. In Neruæ & Aurelii leuiter quidem detritis vndecimi demum pondusculi additamento examen neutrò propensum stabat. Hadrianici autem octo circiter granorum detractionem habebant. Sunt enim huiuscemodi qui in posteriore parte non equestrem statuam, sed salutem Augusti habent, in secundo Consulatu eius signati.in antica parte imago est lineamenta prioris illius male referens. Fortasse igitur apud Plinium legi posset,Post hæc placuit L nummos signari ex auri libris, paulatímque principes imminuêre pondus,minutissimè verò ad L V nummos,

Plinij loc.

Nam

A Nam vt millia legatur, ratio omnino refragatur, vt antea diximus, sed cò maximè,quòd millia argenti signari ex auro non potuerunt,nec auri pondere imminuto ex X I millibus X L V millia fieri,nisi argẽtei nummi pondus imminutum intelligamus:quod consentaneum huic loco nõ videtur. Vtcunque,locus ille corruptissimè legitur:nec nos in eo fallimur quod dictum est. re enim comprobatur. Romanis nomismatibus pares omnino pondere sunt Anglici nummi qui Nobiles appellantur,duntaxat Eduardei & Rosati,pondere senûm scrupulorum. Hoc cum ex actis virorum mo- B netalium & ex nummulariorum monumẽtis comperimus, tum verò examinali experimento probare voluimus. hoc tantum interest, quòd Rosati pondere pares,auri bonitate cedunt,Eduardei instar omnifariam habent illorum. in prima enim nota auri bonitatis censentur, quæ tamen ipsa à puritate exacta & obryza,quadrante scrupuli distat. Aiunt enim nullũ nũmum ad plenam puritatem exactum esse. Sed iam illud videndum, quonã modo auri scrupulus vicenos sestertios valere potuerit. quod antequã explico,hoc præfandum habeo,me Plinii locum ita legere instituisse, quoad aliud inuenero, Ita vt scrupulum valeret sestertios duodenos, vel bissenos C potius,quod efficit in libras ratione sestertiorum qui tunc erant, denarios nongentos.Et inferius, Paulatimque principes imminuêre pondus, minutissimè Nero,ad quinquagintaquinque nummos. vt intelligamus Neronẽ nomisma maximè omnium extenuasse, eo vtique tempore,quo donatiuis immodicis & prodigis impendiis exhaustus, à Senatu centies sestertium annuum exigere cœpit. Verùm esto recte apud Plinium sestertiis vicenis legatur: auri nunc vncia ad puritatem excocti, æstimatione principali sedecim francicis & quadrante & eo amplius denariis quinque valet. Hanc æstimationem finitimarum gentium commercia intenderunt.plu- D ris enim aurei nostri permutantur quàm per edictum liceat, conniuentia tamen principali approbante:quod temporum difficultate cõstitui vix potest:id quod experimento vno & altero cognitum est,fremente nequicquã homine viro primario qui id se effecturum per omnia numina deierarat, præconialibus interdictis aliis super alia personantibus: quæ quãlibet minacia,& ab homine iræ impotentissimę manantia (cuius tunc ferociæ recta & vtilia consilia cedebant)publicum tamen consensum peruincere nõ potuerunt. Nos autem ratione in argento instituta,neutram harum æsti- E mationum sequemur,sed mediocrem, & eam quam Mercuriali (vt ita dicam)arbitratu approbare,id est negociatorum opinione possimus. id enim genus hominum auri argentiq; rationem callere maximè mihi videtur, videlicet commerciis id assequentes.Etenim quanti vnumquodque sit nomisma, externarum gentium iudicio condiscunt, quippe quæ aurum argentumq; nostrum nullo respectu characteris,exploratum tantum appensumq; æstimant.Et vt auri argentiq; grauis rationem euariare cum ratione nummularia & consistere necesse est: sic æquandæ rei arbitramentũ in conciliabulis & emporiis rectè atque ordine fieri existimatur. Auri igitur vnciæ,sedecim francicos & octo solidos cum semisse precium statuemus, &

Nobiles, Anglici nummi.

Plin.locus

Auri precium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro ea summa nouem nostros solatos taxabimus, ratione ducta quasi singuli solati sex & triginta solidis & semisse valeant: etsi cum hæc proderem, duodequadraginta solidis oblocabantur. Qua ratione libra Romana centum & duodecim aureos solatos & semissem valebit. tantidem enim nec pluris singula pondo æstimabimus Romanis & Asiaticis opibus æstimandis, vt extenuasse magis rerum miracula quàm auxisse videamur. Tametsi poteramus citra reprehensionem aurum argentúmque ex temporis huius conditione æstimare, præsertim cum Italia & omnes penè prouinciæ prolixius ista æstimare quàm Gallia solitæ sint. Cuius rei luculenta testimonia proferre possem, si quorundam nostrorum hominum è ministerio Quæstorio quæstus immodicos commemorare vellem ex collybo factitatos dum in Italia res gessimus, aureis tunc nostris vice mercis exportatis. Tanti igitur nomismata Romana æstimare poteram, quanti aurum argentúmque infectum nunc permutatur, modò ne nota vetustatis in precium cederet. Sit igitur auri vncia primæ indicaturæ sedecim francicis, & octo duodenariis & semisse, quali nota percussi sunt aurei supradicti, & Gallię quódam vernaculi, qui pecude villosa signati sunt, nunc inuentu rari, vt plerique antiqui. Aiunt autem eos nummularii nulli nummo aureo bonitate secundos esse. Quod vt intelligatur, scire hoc oportet, auri bonitatẽ in quatuor & viginti caractis indicaturæ consummari, vltrà id nihil exquiri posse. Indicatura est quã lingua nostra legem vocat, id est notam gradumq; bonitatis. Eadem lingua caractas à ceratio verbo Græco vulgari inscitia deflexit. Est enim ceratium minuti ponderis vocabulum, à grano siliquę ductum, qui fructus est arboris Italicæ prædulcis, digitorum hominis longitudine, & pollicis latitudine. nos in hac vrbe importatum vidimus. intus sunt grana quæ ceratia dicuntur, nomine cum fructu cõmunicato. Theophrastus tamen aliter appellat: propterea Columella lib. iii. Siliquam (inquit) Græci quidam ceratiũ vocãt. Vtitur eo vocabulo Dioscorides. Aiunt Genuæ Carubam vocitari. Ex quo factum esse arbitror, vt nostri pondusculi certam minutiam eo nomine appellent. Tradunt enim nummulariorum placita, quatuor & viginti ceratia in auri libra esse, & in singulis ceratiis vicenaquaterna grana, & in his rursus singulis vicenasquaternas carubas, & postremò in carubis totidem minutula. Sed hic ceratium non ad pondus, sed ad indicaturam referendum est. Ceratio enim ponderali gemmarii tantum vtuntur, non aurifices, nec nummularii. Antiqui, scrupuli appellatione in ea re vtebantur. Plinius lib. xxxiii. de lapide Lydio loquens, His coticulis periti cum è lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scrupulari differentia mirabili ratione non fallente. Scrupulum dixit quod caractam nostri dicunt. Aurum itaque nummarium iam dictum licet non sit exacta probitate, in primam tamen notam cedet, quod quadrante tantum ceratii à primario absit, quanquam rarissimum sit primarium inuenire. Huius semuncia octonis erit francicis, & quaternis solidis, & quadrante solidi, æstimatione nostra. & quadrãs vnciæ, id est binæ drachmæ, quaternis francicis, & binis solidis, id est duodenariis.

Quanti auri libra Romana æstimatur.

Vncia auri.

Auri indicaturæ. Caractæ. Ceratium.

Qua ratione scrupulum, id est tertia pars drachmæ, quod denarium à nostris dicitur, ternisdenis solidis & besse valet. Est autem ea ratio argenti, vt quo purius inueniri non possit, id cineraceum & Parisinum vocetur, Parisiis ad summam bonitatem excoctũ. Apud nos enim non pridem vir quidam obscuræ sortis chrysoplysium instituit, id est lauandi auri officinam, rem omnino quæstuosam, sed paucissimis hominibus cognitam. Huius est id artificium, vt vi aquæ medicatæ, quam Chrysulcam appellant, quantulamcunque auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut confusam, nullo propemodum dispendio adimat, ita vt inauraturis nihil iam ferme depereat mundo, nisi quod vsu interteritur. Res omnino stupenda, auri argentiq; quotãcunque portionem ex ære eximere, etiam (quod magis mireris) manente vasculi forma quassa interdum & inani, veluti quadam idea à materia abstracta. Is moriens filio artem cum patrimonio non mediocri reliquit, qui nunc vnus Chrysoplytæ appellatione dignus esse existimatur. vsqueadeo ea in arte præstat, alioquin à paucis tentata, cæterùm valetudini noxia. fumus enim bullientis eius aquæ haustus vitalia tabefacere dictitatur: & eum artificem magna vigilãtia satagere circa aquam necesse est, occasionesq; horarum idẽtidem obseruare, & temperaturæ modũ nosse. quapropter in ea functione alieno sæpe ministerio vtitur, eminus ipse respectãs, in primis iam locuples eo artificio factus, ac secunda etiam fama celeber. Cointius appellatur. Quæ autem aqua vim habet chrysulcam (id est auri ab argento abstrahendi) in ea aurum fidit cum aqua deferbuit, argẽtum autem aquæ cõfusum visitur, & demum auro exempto, alio artificio ab aqua elicitur & eluitur. Argentum igitur cineraceum & Parisinum in prima indicatione censetur: tametsi à summa puritate sex granis abest, id est quadrante denarii. Hoc argentum vulgo granallium dictum in frusta formatur similia ramentis ligni à terebra conuolutis: quam formam accipere dicitur cum excoctum & feruens in aquam demittitur. sensim enim cæsitando, & pessum eundo, in lemniscos plerunque vel in clauiculas configuratur, quanquam & alias temerarias accipit formas. Est etiam cineraceum è Germania aduentitium, quod in pastillos grãdiores vel in quadras formatur leuiter pustulosas: & nostro bonitate secundum est. Huiusmodi ab antiquis pustulatum, vt arbitror, dictum est. Est autem ea ratio indicaturæ in auro argentoq; communis, vt quod excoctissimum sit vel aurum, vel argẽtum, in eo alieni metalli pars omnino decoqui non possit: vt verbi gratia in auro sexta & nonagesima pars cuiuscunque massæ, in argento octaua & quadragesima. Siquidem non eadem est formula in auri argentiq; exploratione. Nam omne corpus aureum in quatuor & viginti ceratia partiuntur, & pro modo temperaturæ varias notas auri faciunt. Summa autem nota auri in quarto & vicesimo est ceratio ad quadrantẽ absoluto, id est vt quadrans tantum ceratii in tota massa æreus sit aut argenteus. Argenteam autẽ massam in duodena denaria partiuntur, quæ latinè duodena sunt scrupula. Culmẽ igitur bonitatis in vndecim scrupulis & duodeuiginti granulis esse aiunt. Hæ igitur notæ non reapse primæ sunt, sed pro prima nota cedunt:

Argentum Parisinum & cineraceum. Chrysoplysium.

Chrysoplytes Parisiensis.

Vis aquæ chrysulcæ.

Granalliũ argentum.

Pustulatũ.

Sũma auri nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monetales viri.

quandoquidem experimento cognitum esse fertur Chrysurgicam diligentiam progredi porrò non posse,etiam si vulgò aurum & argentū omnibus numeris absolutum appellatur. Præfecti tamen nummulariorū, quos proviris monetalibus habemus,affirmant aurum non ad vltimum modò quadrantem excoqui posse,sed etiam eo amplius ad vltimi quadrātis quadrantem,ita vt ad bonitatē numeris omnibus absolutam nihil præter quadrantis quadrantem desit,quem ipsi appellāt sextādecimam caractæ. eum enim quadrātem qui deest exquisitæ auri vel argenti probitati, quartā ceratii appellantes, in octauas binas partiuntur, & octauā rursus vnā in binas sextadecimas. Decoqui igitur aiunt octauā & alteram sextādecimā summa industria posse,alterā sextādecimam non posse. Argentum verò ita decoqui posse,vt nihil præter merum argentum supersit:& huiuscemodi in hac vrbe fuisse dicebant cum hæc scriberem : verùm lege cautum olim fuisse,ne cui argyrocopii mācipi fraudi esset qui nummum percuteret, si auri quod primæ notæ adscriberetur,vltimi ceratii dodrās tantum aureus esset. videlicet id prouidente legislatore, ne auri excoquendi difficultate nummulariorum mancipes in mulctam inciderent, & nummi ipsi sæpe in publicum committerentur: eam tamen mentem fuisse,vt pleriq; nummi exacta indicatura signarētur:sed auaritia hominū factum, vt omnibus omnino nummis quadrans ille decederet:dum passim remissione summi iuris mancipes quasi iure suo vti cœperunt, & id quod intra spem veniæ relictum erat, ab omnibus & semper pro iure vsurpatum est. Huius rei argumentum esse, quòd quadrantale illud subsidium non lucro redemptorū cedere, sed principum solitum sit,quibus hoc lucrum refundere Monetarii redemptores, hoc est argyrocopiorum mancipes,publico nomine sæpissime coacti sunt virorum Monetalium seueritate: hodieq; ita factitari aiebant, licet in alio genere, vt si argyrocopiorum conductores(quos magistros nummulāriorum vocant)relatis pyxidibus deteriora aliquanto feciss nomismata iudicentur:quod notæ præstitutæ deest,id resarcire principi populi nomine cogantur. Pyxidas appellant vascula in quibus nomismatis cuiusq; officinæ specimina conduntur. Reliquum est vt colligamus qualis fuerit argēti ad aurum analogia. Diximus in vncia octonas esse drachmas, & in drachma terna scrupula. hac ratione scrupulus sestertium vnum & triētem capit,cū drachma & denarius quaternis sestertiis valeant. Si igitur scrupulum auri vicenos sestertios valuit , vt ex Plinio didicimus: auri ad argentum ea fuit proportio,quæ est quindecim ad vnum, cum viginti sestertios quindecim argenti scrupula valuerint,quot scilicet vnum auri scrupulum valuit. Hoc autem tempore ea ferè est auri ad argētum analogia, quæ est duodecim ad vnum,paululo tantum minor. siquidem cum vncia auri edicto regio sedecim francicis & quadrante taxata sit:& argenti , vigintiseptem solidis & semisse:si vndecies hanc summam solidorū numeres, fient quindecim francici,& duo solidi & semis,& minor erit summa. quòd si duodecies multiplices,fient sedecim francici & semis,& paulo summa exuperabit. Quòd si æstimationem à me institutam spectes, eadem erit ratio. hoc est si analogiā

Monetarij redemptores.

Nummulariorum magistri.

Pyxides argyrocopiorum.

Auri ad argentū analogia ex Plinio.

duodetriginta

duodetriginta solidorum(tanti enim vnciam argenti æstimaui)& sedecim francicorum & octo solidorū spectaueris,quāti aurum primariū æstimandum censui. Sex enim solidis tantū exuperabit summa,vt prior illa quinq;. Vt autem quindecuplex esset auri ad argentum olim analogia , fieri potuit propter auri pœnuriā,quam Romæ tunc fuisse Plinio auctori credendum est,qui lib.xxxiii.sic inquit, Romæ quidem non fuit aurum nisi admodū exiguum longo tempore.certè cum à Gallis capta vrbe pax emeretur, non plus quàm mille pondo effici potuere:nec ignoro M. Crassum duo millia pondo auri rapuisse suo & Pompeii tertio Consulatu è Capitolini Iouis solio, à Camillo ibi condita:& ideo à plerisq; existimari duo millia pondo collata: sed quod accessit,ex Gallorum præda fuit.Et paulo inferius, Ergo (vt maxime) duo tantum M pondo cum capta est Roma anno C C C L X I I I I fuere , cum iam capitum liberorum censa essent C L I I millia.Et rursus infrà, Frequentior autem vsus annulorum non ante Cn. Flauium Annii filium deprehenditur. hic nanque publicatis diebus fastis,tantam gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, vt Aedilis Curulis crearetur,præteritis C.Petilio & Domitio, quorum patres Consules fuerant. quo facto tanta Senatus indignatione exarsit, vt annulos ab eo abiectos fuisse,in antiquissimis reperiatur annalibus. Hoc primum annulorum vestigium extat, promiscui autem vsus alterum secūdo Punico bello. neque enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Idem inferius,Nullósque omnino annulos maior pars gētium hominúmque, etiam qui sub imperio nostro degunt , hodie habet, nec signat oriens aut Aegyptus etiam nunc , literis contenta solis. Multis hoc modis, vt cætera omnia , luxuria variauit, gemmas addendo exquisiti fulgoris,censúque opimo digitos onerando, mox etiam effigies varias cælando, vt alibi ars, alibi materia esset in precio. Alias deinde gemmas violari nefas putauit. Ac ne quis signandi causam annulis esse intelligeret, solidas induit. Contra verò multi nullas admittunt gemmas,auróque ipso signant,vt Claudii Cæsaris principatu repertū. Ex his verbis Plinii intelligimus annulos aureos non ornamenti causa,sed signādi institutos, siue aurea pala,siue gemmea:id quod satis ex libris iuris ciuilis intelligitur in mentione obsignandorum testamentorum. De iure autem annulorum aureorum nos alibi diximus. Tyberio autem principe(inquit idem auctor)anno ab Vrbe condita D C C L X X V,annulorum auctoritati forma constituta est. Quo tempore statutum ne cui ius esset annuli aurei gestandi, nisi cui ingenuo ipsi,patri,auóque paterno sestertia C C C C census fuissent,& lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus sedendi. Romæ autem argentum magis quàm aurum olim abundasse ex eo coniicere possumus, quòd idem auctor alibi eodem libro inquit his verbis, Sed præter alia quidem miror populum Romanum victis gentibus in tributo semper argenti pondo annua in quinquaginta annos , nihil auri. Nec potest videri pœnuria mundi id euenisse.nam Midas & Crœsus in infinitum possede-

k

Aestimatio vnciæ argenti.

Annulorū primū vestigium.

Aurei annuli gestādi ius.

Rarū olim aurū Romæ.

Plinij loc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant. Quo in loco numerus pondo deest in omnibus libris, ex Liuio restituendus, qui pacem factam ea conditione inquit, vt decem millia talentûm descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta soluerent. Aut igitur Plinium numerum omisisse calculi exigendi tædio dicendum est, aut locum sic restituendum, Argenti pondo annua sedecim millia in quinquaginta annos. Hoc autem sic colligo, Si decem millia talentûm in quinquaginta annos pensionibus æquis distributa sunt, oportuit ducenta singulis annis pensitari. At talentum octogenarium accipio, id est vel Euboicum, vel Aegyptium. quare ex ducenario numero per octogenarium ducto, summam sedecim millium pondo colligo. Non me latet Hermolaum Barbarum in loco Plinii supradicto, pro illis verbis, sed præter alia, legere, sed Spartaci, ita vt ad præcedentia referatur. Cui lectioni antiqua exemplaria adstipulantur. quod si quis sequi malit, sententia à verbo equidem incipienda erit: & illa duo verba, sed Spartaci, in superiore sententia includenda. Plinius, Talentum autem Aegyptium pondo octoginta patere Varro tradit. vbi fortasse capere Plinius scripsit, quod postea literis transpositis corruptum est. De Euboico testimonium est apud Liuium libro septimo de bello Macedonico, de pace cum Antiocho facta loquentem, Pro impensis in bellum factis, X V millia talentûm Euboicorum dabitis, quingenta præsentia, duo millia & quingenta cum Senatus populúsque Romanus pacem comprobauerit: mille deinde talenta in xii. annos. vbi non mille, sed millena lego. Et libro sequenti vbi de confirmatione eius pacis loquitur, Argenti probi X I I millia Attica talenta dato intra X I I annos pensionibus æquis. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat. Quo in loco non Attica talenta, sed Euboicorum talentûm lego. nisi intelligamus Atticum magnum & Euboicum idem fuisse, vt vtrunque Liuius pro eodem vsurpauerit. Pœnuria igitur auri fieri potuit, vt auri ad argentum quindecuplex proportio priscis temporibus fuerit: ideo scilicet, quòd Romani studiosiores argenti quàm auri tunc fuerunt. Pollux libro nono de vocabulis ad Commodum Cæsarem, aurum ad argentum decuplam proportionem habuisse his verbis affirmat, ὁ δὲ χρυσίον ὅτι τῇ ἀργυρίῳ δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἂν τις ἐκ τῆς μελάνδρου παραθήκης μάθοι. Quòd autem aurum decuplum argenti esset, non obscurè ex Menãdri comœdia quæ sponsio vel pignus dicitur, vel depositum apud argentarium potius, intelligere quiuis possit. Cum enim quodam in loco talenti aurei pondus dixisset, alio loco de eodem loquens, decatalantum dixit, id est talentis decem æstimabile. Herodotus aurum τεισκαιδεκασάσιον dixit, id est terdecies argẽto æstimabile, vel terdecies argento rependendum, vt infrà dicetur. Ecce autem rursus aliud aliúdque occursaculum. Si enim ea fuit auri analogia ad argentum quam diximus, quonam modo stare illud Tranquilli dictum poterit in Cæsare, In Gallia fana templáque deûm donis referta expilauit: vrbes diruit sæpius ob prædam, quàm ob delictum: vnde factum vt auro abundaret, terníque millibus nummûm in libras promercale in Italia prouinciísque diuendere-

Li. locus.

Auri ad argentũ proportio.

ret. Multis iam testimoniis docuimus absoluta nummi appellatione sestertium nummum intelligi, sestertiumq; quartam tãtum partem denarii fuisse: quare etiã drachmæ, cum denarius drachmali pondere fuerit. Porrò etiã ratione & experimento, id est libra docente, didicimus binos denarios aureis singulis rependi, & cẽtenos in libram (quæ duodenarum vnciarum est & semunciæ) signari solitos. Cui consequens est vt in libras singulas quadringentos nummos adnumerare debeamus: qua ratione tria nummûm millia, septem libras & selibram conficiunt. Ita apud Tranquillum auri ad argentum analogia dimidio minor est, quàm esse ex Plinii lectione collegerim, & quarta parte minor quàm Pollux esse dixerit. Ita quicquid hactenus adstruximus, corruat in sese necesse est. Age, nonne Plinius quodam loco libri tricesimitertii ita inquit, Miscuit denario Triumuir Antonius ferrum, miscuit æri falsæ monetæ. Alii è pondere subtrahunt, cum sit iustum L X X X I I I I è libris signari. Quo in loco notandum quod idem auctor inquit legem latam à Mario Gratidiano, vt ludus, id est schola Romæ institueretur probandi nomismatis, vt ægrè fallere possent adulteratores nummi. Igitur (inquit Plinius) ars facta denarios probare, tam iucunda è lege plebe, vti Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicauerit. mirúmque, in hac artium sola, vitia discuntur, & falsum denarii spectatur exemplar, pluribúsque veris denariis adulterinus emitur. Vbi tamen non iucunda è lege plebe, sed iucunda lege plebi lego, admonitus ab antiquis exemplaribus: alioquin absurda erit locutio. Sic suprà, non, miscuit æri falsæ monetæ: sed, miscentur æra. Verùm si hoc verum est quod Plinius dixit, nos luculento errore lapsi sumus, vel Plutarchus potius & Appianus, cæterique qui centenos denarios in libra statuunt, cum Plinius eo minus sedecim statuerit, qui etiam libro sexto de publicano rubri maris loquens, qui ad Taprobanem tempestate delatus, percontanti Regi enarrauit Romanos & Cæsarem, Rex autem (inquit) mirum in modum inter audita iustitiam Romanam suspexit, quòd pares pondere denarii essent in captiua pecunia, cum diuersæ imagines indicarent à pluribus factos. & hoc maximè solicitatus ad amicitiam, Legatos misit. Hoc dictum Plinii pugnare videtur cum eo quod idem ipse lib. xxxiii. dixit de imminutione põderis. Sed hoc Claudii tempore contigisse à Plinio dicitur. Et de denario dictum est, non de nummo aureo. Quare prius ad illud Tranquilli respondeo, & olim id posse semisse argenti veneat. Fac vt aurum obryzum decuplex quàm argentum fuerit purum, id quod Pollux inquit: potuit Cæsar aurum ex donariis templorum & priuatis expilationibus congestum, ita conflandum temperandúmque curasse: immo vt non hoc affectauerit Cæsar, potuit aurum ex omnibus notis cõflatum simul & colliquefactum, ad eam indicaturam redisse, quæ vno quadrante à primaria distat. Id hodie nostri duodeuicenarium vocant. Vasa enim rarò ex auro tenuissimo & mollissimo fiunt, ideo, quòd illud aurum vsuram non fert atque attrectationem sine magno incommodo. Quare aurum vascularium & vsuale, ferè vicenarium aurifi-

Ludus probandi nomismatis.

Plinij loc.

Aurum duodeuicenarium. Aurũ vicenarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces esse dicunt: quanquam & deterius multo reperitur, consultò etiam temperatum, non modò fortuitum. Plerunque tamen Parisiis celatores & inclusores in sigillis & catellis spiríque & mundo muliebri, duoetuicenario vtuntur, quod duodecima parte à purissimo distat. Est etiam in vsu vndeuicenarium, quod coticularium vulgò vocant. Qui autem splendidiora gestamina habere volunt, auro nomismatico vtuntur, quo aurei nostri percussi sunt: quorum legitima & iusta nota vno tantum ceratio indicatur deficitur. Non pridem aurifices in aureolis gestaminibus solo vndeuicenario vtebantur, quod coticularium ideo vocatur, quòd infra eam notam aurum celare lege municipali vetitum est. Superiores autem notæ nunc passim in officinarum vsu sunt vsque ad nomismaticam. Extant hodie nummi in Germania signati ex auro dodrantali, id est duodeuicenario, in quo quarta pars æris vel argenti mixta est. Visuntur etiam hodie Philippei & Gulielmei siue Hilermei Hollandini ex auro ferè septunciali, id est cui sesquiquadrans æris mixtus est, quos quindecim ceratiis temperatos appellant. Aurum primarium æstimatione quam nunc sequimur, valet in vncias (vt iam dictum est) senisdenis libris, & octonis solidis & semisse. Qua ratione ceratium XIII solidis & octo denariolis valet. Esto igitur (verbi gratia) proportio auri ad argentum, quæ est duodecim ad vnum: hac ratione libra auri Romana duntaxat summæ notæ quaternis millibus & octingenis nummis venalis esse debuit, & auri vicenarii quaternis millibus, & duodeuicenarii ternis millibus & sexcenis. Eadémque ratio est in cæteris temperaturis, accedente decedentéque semper auri portione pro eo quantum est æris quod in auro remansit. Fieri igitur potuit vt Cæsar aurum promercale tribus nummûm millibus in libras habuerit, tum ob auri abundantiam, tum ob crassitudinem, etiam vt maiorem decupla proportionem auri ad argentum statuas. Chrysurgorum tamen placita auri appellatione non dignantur quod infra dodrantem descendit. Fortasse etiam ternis millibus pro quaternis apud Suetonium legitur. Mihi enim antiquum videre non contigit, sed eò suspectos numeros habeo, quòd in Tyberio ita legitur, Corinthiorum autem vasorum precia in immensum excreuisse, trésque mullos X X X millibus nummûm venisse grauiter conquestus est. Si enim hoc verum esset, quonam modo aut Plinius hoc tacuisset, qui prodigũ appellat Asinium Celerem quòd mullum vnum Claudio principe octo millibus nummûm emerit: aut Iuuenalis, qui sex millibus emptum mullum satyricè exclamauit? Præterea quis credat tres pisces, decem auri libris emptos? (tanti enim empti sunt, si aurum tribus millibus veniit) & pisces eos qui Plinio auctore binas libras ponderis rarò ad modum exuperant? Restat nũc ille scrupulus vel scopulus potius de denariorum numero in libra testimonio Plinii, contrà quàm toto hoc opere censuimus: quem si eximere vel amoliri quoquo modo possim, rursus ille alter existet de millenis sestertiis quæ libro tertio de Institutione iuris à Iustiniano principe pro vno aureo accipiuntur, vt antea diximus. Equidem tot difficultatibus offensus, hanc nostram commentationem

Aurũ duoetuicenarium.
Aurũ vndeuicenarium.
Coticulariũ aurum.
Philippei Gulielmei

tionem subinde interpellantibus, marinum illum deum Protei nomine à poetis decantatum, retentare mihi visus sum. Protei autem nomine vetustatem esse à priscis adumbratam in præsentia interpretabor. Etenim senex ille fingitur, ad id etiam nomine accõmodato. Is cum omnia nouerit quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur: siquando è specu emergens, & in littore apricans, de rerum veritate consulitur, omnia transformat sese in miracula rerum: nec prius in sese redire dicitur, quàm omni ope omnibusq; (vt aiunt) vngulis correptus, manibus vinclisq; tenetur. Nam sine vi non vlla præcepta dabit, neque illum orando flectes: vim duram ac vincla capto iniicias necesse est, si veritatis documentũ ab eo elicere velis. Hunc Proteum non modò ego nunc captare, sed etiam vincire iam videor, nec-dum tamen satis arctis nexibus retinere. Siquidem veritatem rerum nunc in vasto quodam sinu vetustatis abstrusam, nunc in mendis exemplarium velut in alto quodam gurgite obscuritatis obrutam, in lucem ac solem eli cere conor, haud intẽpestiuè, vt arbitror: quippe eo demum tempore, quo lingua Romana maiorum æqualiumq; nostrorum diligentia propemodũ reddita sibi creditur: vt si hæc ætas paucarum adhuc rerũ caliginem dispulerit, prisca omnino lux oborta nobis existimari possit. Veritatem igitur adhuc attigisse magis, atque etiam nunc palpare, quàm in potestate habere ipse mihi videor. Idque adeò eò magis, quòd numerosa quædam cohors antiquorum scriptorum enarratrix ex aduerso stare mihi videtur, & Proteum ipsum altrinsecus retentare. Proinde instaurato commentandi impetu, rursus eodem incũbendum: quadoquidem forte, vt spero, fortunata, ex alterius operis diuerticulo quod in manibus erat, in parergon huiuscemodi transuersum me rapuit impetus animi fortasse inconsultus. Verùm multitudine rerum obuiam sese ingerente longissimè digressus, institutum cursum quem magnopere vrgebam, nõ modò differre (vt speraueram) sed etiã destituere atq; obliuisci coactus sum. Excreuit enim opus quadruplo iam amplius quàm pro destinatis modulis. In quo iam ipse in altũ iterum itemque raptus sum, haud sine quadam vtique culpa, vt qui expansis velis peruicaciæ, in altum magis ac magis quo res cunq; tulisset, quàm in littus quoddam certum meditatus vela facerem. Quare vltro citróque iactatus emansisse tandem me sensi, cum cœlum vndique & vndique pontus esset. videlicet in eo culpa fuit, quòd inexplorata improuisaq; rei absoluẽdæ difficultate, strenuè magis quàm considerate has mihi vices depoposci. Cum enim hoc opus (vt ita loquar) menses abhinc circiter decem locaretur, digito præcupidè sublato me obstrinxi. Itaque cum renunciare eam redẽptionem nequeam, & prædes annotationes meas, & omnem industriam meam atque etiam existimationem dederim, & idẽtidem appeller ab iis ad quos res emanauit, quasi iam dies & cesserit & venerit: omnino vetustati ipsi vt venerandæ quidem, sic malignè veritatem promenti, nec mihi vnquam veritatis dispendio sacrosanctæ, manus iniicienda nobis est. Quam enim interdum veritatem ipsa ad manum etiam aspiciẽdam porrexit, rursus in tenebras ac caliginem condit: & cum rem profligatam speramus, & ad lucẽ

Proteus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos peruenisse,tum variæ illudunt species:adeò nunc in summa manu imponenda operisq; ardui colophone labor propè omnis effusus. Atqui certum est nobis nihil eorum quæ dicta sunt antea, interlinere, cum satis animaduersa sint,& comprobata. Quid igitur?Proteo vim adhibere tum quidem cum flecti oratione nō poterit,& planè affirmare corrupta esse exemplaria,aut siquid eo facinorosius erit atque confidentius:cuius tamen inuidiam laudatis auctoribus summis amoliri à me possim,litiq; oppositis. Neque enim cum hoc commiserimus,nostrum id exemplum erit, & magnos in hoc viros crimineq; maiores imitabimur. Iamprimum ad Iustiniani dictum satis iam responsum est. Centenarii etiã olim dicti sunt non qui centum sestertia possidebant, sed qui centũ millibus æris censi erant, vt ex Liuio apparet in classium descriptione,& ex Plin.lib.xxxiii.his verbis, Maximus cẽsus C X millia assiũ fuit illo Rege,& ideo hæc prima classis. Quòd si lex Papia post nummum argenteum signatum lata sit, centenarii etiam dici potuerunt qui sestertia centum in censu habebant,quomodo ducenarii iudices dicti sunt Equites Romani,qui dimidiatum censum Equestrem habebant:de quibus Tranquillus in Augusto,Ad tres,inquit,iudicũ decurias quartam addidit,quæ ducenariorum vocaretur, iudicarentq; de leuioribus summis. Ii autem ius annulorum non habebant. Auctore Plinio his verbis, Diuo Augusto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit,iique non Equites,sed Iudices vocabantur. Vt autem pro mille sestertiis vnus aureus haberetur, nulla auctoritate antiqua defendi potest. Etenim docuimus suprà aureum vnum pro centum sestertiis cessisse Galbę tempore:qua ratione quinque millia sestertiũm in auri libra fuerũt. Et auri ad argentum proportio ea fuit, quæ est duodecim & semissis ad vnum. Restat locus ille Plinii de quatuor & octoginta denariis,& alter lib. xxxv.longè nos retroagens,quo in loco sic legitur, Timomachus Byzantinus Cæsaris Dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam, ab eo in Veneris genitricis æde positas, octoginta talentis venundatas. Talentum autem Atticum,vt ait Varro, sedecim sestertiis taxatur. Nos talentum Atticum sexcentis coronatis taxauimus, & singula sestertia quinis & vicenis. Qua ratione fit vt talentum quatuor & viginti sestertia valeat, quod Plinius sedecim valuisse dicit. Ita fit vt aut in his vadis hærere necesse sit atque consenescere,aut aliquid non vulgare nec mediocre comminisci:quádoquidem certum est retroactu non defungi. Quod ad prius igitur illud pertinet,Alii è pondere subtrahunt,cum sit iustum lxxxiiii è libris signari: hoc affirmare non dubitauerim, quod Hermolaus in glossematis suis suspicatus est,eo loco vbi talenti meminit,Plinium non lxxxiiii,sed lxxxxvi scriptum reliquisse. Ita enim fateri scriptorum auctoritas cogit: cui vt adstipulatur id quod apud Priscianum legitur, libram duodenarum unciarum sex & nonaginta drachmas habere, ita Plinianæ lectioni refragatur in libra eadem Romana denarios duos & septuaginta fuisse. id enim ibidem legitur. Alioquin piaculi instar esse non putem Plinio in hoc non assentiri, qui de re nummaria,& auri argentíque temperatura parum accuratè

Cẽtenarij.

Ducenarij iudices.

accuratè scripsit,nec pro eo quanta eius esse solet cæteris in rebus tradendis diligentia. Quod non magnopere mirandum est. Quotus enim quisq; hodie eorum qui literas didicerunt,disertus in ea re inuenitur,vt vel numerum nummorum in libram nostram statuere certò possit,nedum rationem indicaturæ tenere? Nihil tamen de Plinio, id est de ingenio rerum omniũ capaci,temere affirmare velim,nisi aut eum non semper idem de eodem dixisse,aut(quod verius est)corruptũ eius permultis in locis librum esse. Iam primum libro xxi. Drachma(inquit)Attica (ferè enim Attica obseruatione medici vtuntur)denarii argentei habet pondus,eademq; sex obolos pondere efficit. Nos autem suprà docuimus in scrupulo binos esse obolos, & in drachma terna scrupula: quod cum Plinii dicto congruit. Docuimus ex Plutarcho idem esse denarium & drachmam. Si Plutarchi testimonium non satis est,audiamus Strabonem, qui libro quinto Geographiæ circa finem sic inquit: Casilinum oppidum situm est ad flumen Vulturnum. In eo Prænestini viri quingẽti & X L cum Annibale tunc florẽte vsqueadeo restitere,vt vrgente fame medimnus frumenti ducentis drachmis veniret, eo euentu,vt vẽditor fame mortuus sit,emptor incolumis euaserit. ἄσθ' οὗτος λιμῶ ἑξακοσίων δραχμῶν πραθέντος μεδίμνου, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἰσόθεν δ' ὁ πριάμενος. Valerius de hoc loquens lib.vii. non medimnum sed murem fuisse dicit, his verbis, In illa obsidione & fide cum trecenti Prænestini permanerent, euẽnit vt quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quàm ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo deorum prouidentia effectum, vt & venditori & emptori quem vterque merebatur exitum attribuerint. Valerius denarios latinè dixit, quod Strabo græcè drachmas. Plin.lib.viii. nummos ducentos dixit, non denarios. Venisse murem ducentis nummis Casilinum obsidente Annibale, eumq; qui vendiderat,fame interiisse,emptorem vixisse,annales tradunt. Vsqueadeo vel varia antiqui de re eadem tradiderunt, vel nummis apud Plinium pro denariis legitur. Rursus Plinius eodem in loco libri vicesimiprimi, Mna, quam nostri minam vocant,pendet drachmas Atticas centum. Idem lib.xii.de thure loquens,Micas concussu elisas mannam vocamus. etiam tamen inueniuntur guttæ quæ tertiam partem minæ, hoc est X X X I X denariorum pondus æquent. In vetusto exemplari non X X X I X,sed X X I X, id est vndetriginta legitur. In duobus aliis manũ scriptis X X V I I I legitur. Si X X X I X probamus,vt omnia impressa habent exemplaria, mina centum & decem & septẽ denarios habet. si X X I X, septẽ & octoginta. si X X V I I I, quatuor & octoginta,& conuenit cum dicto Plinii lib.xxxiii.nisi quòd illic de libra dicitur, hic de mina:id quod si admittamus, Plinius secum ipse pugnabit. Ad illud alterum de talento Attico quod ex Varronis auctoritate à Plinio sedecim sestertiis taxatur,id est quadraginta libris, dico in antiquis omnibus codicibus non X V I sestertiis legi,sed, sedecim aliis:quod quo modo restituendum sit, nescio. Sed quàm dubia sit fides numerorum summarumq; in Plinio,& pecuniæ vocabulorum,multis iam exemplis docuimus:quibus tamen & vnum aut alterum addemus ex eodem.xxxv.li-

Rei nummariæ difficultas.

Pliniani numeri corruptissimi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locꝰ Plin.

bro. Quo enim in loco de Parethonio loquitur, sic habent impressi codices: Precium optimo in pondo sex librarum. vbi manu scripti habent, Precium optimo in pondo C X I denarii. vnus vetustissimus sic, in pondo C X I. & denarii verbum additum erat lectoris manu, & C loco deletili scriptum. Et paulo inferius de Vsta in impressis libris, Optima nunc Asiatica habetur, precium eius in libras æris quini. In manu autem scriptis, precium eius in libras X V I denarii. Et paulo superius de L. Mummio, Nam cum in præda vendenda Rex Attalus sex millibus sestertiûm emisset Aristidis tabulam Liberum patrem continentem, precium miratus, suspicatus aliquid in ea virtutis quod ipse nesciret, reuocauit tabulam, Attalo multum querente. In reliquis non sex millibus sester. sed sedecim libris legitur, pro sedecim talentis, vt arbitror. Græci enim sestertii vocabulum non nouerunt, & alioquin sex millia sestertiûm non erat precium quod Mummius Corintho expugnata miraretur, & ob id addictam tabulã reuocaret. Strabo lib. viii. de Corinthi euersione loquens, hanc tabulam Romæ se vidisse affirmat in æde Cereris consecratã, opus omnino speciosum, propter quod etiam emanauit prouerbium apud Græcos, οὐκ πρὸς τὸν Διόνυσον. id est, nihil ad Liberum patrem. hoc est, nihil hoc præ Aristidis Libero patre. quod prouerbium vsurpari solet quoties res impares componuntur. Talentum autẽ Atticum nemo minus dixit esse L X minis centenarum drachmarum, vt suprà docuimus. Suidas omnino L X minarum esse affirmat, & minas centenarias esse. Quare apud Plinium sic fortasse legendum est, Talentum autem Atticũ, vt ait Varro, denariorum V I millibus taxatur. Antiqui enim denarium X nota significabant, vt suprà dictũ est à nobis. Quod cum V I iunctum, pro X V I exauditum est, & millibus pro sestertiis, quorum verborũ eadẽ sæpe significatio est, vt ex præcedentibus apparet: vt cum centũ sestertia pro centum millibus sestertiûm dicũt. Hæc etsi abunde sufficiunt cum iis quæ antea tot auctoritatibus auctorum comprobata sunt, hæsitatiunculam tamen manere scrupulosis mentibus nolo, Protogenisq; pictoris exemplo tabulas idẽtidem respectans, tollere manũ nequeo: vrgeo memet ipse, scriptorúmque meorum calumniator fio, nec mihi satisfacio nisi omnia tam clara quàm lucem reddo. Itaque vt semel hanc disputationem finiam, recitanda sunt ea testimonia quæ controuersiam quãlibet ambiguã decernere ita possint, vt vltrà referri quæstio nequeat. Iam primum (vt mittam quod apud Priscianum legitur, Senecam ad Nouatum scribentẽ, Talentum paruum Atticum dixisse quatuor & viginti sestertiorũ fuisse, quæ sexaginta libras valent) Plutarchus in Fabio, Progressus, inquit, Dictator ad plebem vouit, diis omnia eius anni caprarum, ouium, suum, atque boũ fœta, quæ Italiæ montes planitiesq; ac flumina prataq; ea in regione educarent, se mactaturum fore, & trecenta trigintatria sestertia, totidemq; denarios pro Megalesiacis spectaculis faciẽdis, in impensam se collaturum, tertiamq; partem additurum. Hoc caput est octo myriades, & tria millia quingentæ octogintatres drachmæ, & oboli duo. Hæc verba Plutarchi prius q̃ exemplar Græcum legissem, quũ calculo prosequerer, nec numerus respõderet

Συλλ. πρὸς τὸν Διόνυσον.

Tollere manum de tabula nescire, verbũ est Plinianum lib. xxxv. & Ciceronianũ in libro de Perfecto Oratore.

deret ad rationem quam hactenus tenendam affirmaui, errore id factum interpretis intellexi, qui quod transtulit, non percepit. id quod facilè calculo explanabitur. trecenta sestertia septingentas ac quinquaginta libras valent: & trigintatria sestertia, octogintaduas libras & selibram, quum in singula sestertia dipondium & semissem intelligamus. fiunt hæc in summa octingenta trigintaduo pondo & selibra. Si igitur in singula pondo cẽtenas drachmas numeres, ideoq; eum numerum centenario multiplices, facilè drachmas octoginta millia & ducentas in summa inuenies, & præterea pro selibra quinquaginta. huic summæ si pro trecentis trigintatribus denariis totidem drachmas adieceris, fient in assem octogintatria millia quingentæ octogintatres drachmæ. Huic iterum summæ si tertiam partem addideris, nescio quid summæ habiturus sis. Non enim id conuenit vt tertiã partem addas huius ingẽtis summæ, cum duo oboli tantũ restent ex summa à Plutarcho posita. Si autem triẽtem adieceris, id est duos obolos (denarius enim senis obolis cõstat) summa adamussim quadrabit. Interpres Plutarchi tritemorion, id est trientẽ, pro trito morio, id est tertia parte, errore ductus accepit. Trientẽ enim Plutarchus pro triente denarii intelligi voluit, non pro tertia parte summæ, βίας δὲ μυριάδας καὶ χιλιάδας ἄγει ὀκτὼ σισσυρίων τετράκοντα τετρῶν, καὶ τριημορίου πεσσόντος. Hoc ex Liuio probari potest libro secundo de bello Punico, qui de Fabiano voto loquẽs (in quo omnia ternario numero nuncupata sunt) ita post alia verba subdit, Eiusdẽ rei causa ludi Magni voti, æris cccxxxiii millibus, triente, præterea bubus trecentis. nisi tamen error est apud Liuium. Plutarchus alium auctorem secutus est. Liuius enim pro C C C millibus nummûm, id est totidem sestertiis, millia æris dicit, & de denariis tacuit. Trientem autem tertiam partem Assis intellexit, qui genus nummi fuit, vt postea videbitur. Satis tamen patet ex verbis Plutarchi denarium & drachmam pro eodem accipi, & cẽtenos fuisse in libris. Suspicari quis posset apud Liuium locum esse mutilatum post verbum millibus, itâque restituendum, C C C X X X I I I. mil. trecentis trigintatribus assibus, triente. Idem Liuius lib. viii. de bello Macedonico de L. Scipione loquens, qui post triumphum Asiaticum accusantibus Tribunis peculatus damnatus esse dicitur ob suppressam manubiarũ partem, De Scipione (inquit ille) iudicium factum, quò commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse quàm in ærarium retulerat. Et paulo inferius de summa damnationis loquens, In L. Scipione malim equidem librarii mendum quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti. Similius enim veri est argenti q̃ auri maius pondus fuisse, & potius quadragies quàm ducenties quadragies litem æstimatam, eo magis, quòd tantæ summæ rationem etiam ab ipso requisitã Publio Scipione in Senatu tradunt: librumq; rationis eius cum L. fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus concerpsisse, indignatum quòd cum bis millies in ærarium retulisset, quadragies ab se ratio poscceretur. Hactenus Liuius. Valerius lib. 3. cap. 7. ita scripsit: Cum à L. Scipione ex Antiochensi pe-

Plutarchi locus.

Locus Liuij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunia sester. quadragies ratio in curia reposceretur. Sex millia pondo auri ex
æstimatione à nobis instituta sexcenta septuagintaquinq; millia solatorum
valent,cum in singula pondo,centum & duodecim aureos & semissem nu
meremus,id est nouenos in vncias: & quadringenta octoginta argenti pon
do,quatuor millia octingentos coronatos. Porrò si aureos solatos ad co-
ronatos redigere volumus, in singulos solatos deducere solidum & semis-
sem oportebit. Sic enim singulas auri libras, centum & duodecim solatis
& semisse taxauimus,vt solati singuli trigintasex solidis & semisse valerẽt.
quare ex sexcentis septuagintaquinq; millibus,decies centena & XII mil- G
lia quingenti solidi decedant necesse est: quæ summa ad quinquaginta mil
lia & sexcentos vigintiquinque francicos contracta, circiter vndetriginta
millia aureorum coronatorum valet. Nihil enim refert exactè hoc colligè-
re. fit summa septingenta & octo millia octingẽti aurei. Tanti æstimamus
peculatum L. Scipioni obiectum, & tamen lis æstimata fuit ducẽties qua-
dragies sestertium: quod nos æstimare solemus sexcenta millia coronato-
rum. Ita centum & octo millia octingẽti exuberant in priore summa, si tan
ti damnatus est,quanta fuit petitio. Sed si decuplex tantum fuit auri ad ar-
gentũ proportio,vt Polluci credere nunc velimus, sexta ferè pars hinc de- H
cedere debet. Ego enim hoc aurum ita æstimaui, vt auri libra paulo minus
duodecim libris argenti valuerit. Hæc sexta pars centũ decem & octo mil-
lia & paulo aliquid amplius efficit. Ad amussim autem quadrare numerus
non potest propter auri ad argentum analogiam hodiernã, quæ paulo mi-
nor est duodenaria, vt antea docuimus, & ego ita nunc deduxi quasi pla-
nè duodecuplex esset. Non dubito autem tanti Scipioni litem æstimatam
esse,quantum iudicatum fuit eum auri atque argenti interuertisse,id est in
lite æstimãda nihil ei remissum esse, sed iudices decuplicem æstimationem
secutos,quæ communis erat,præsertim in auro non planè obryzo. Hæc ra I
tio etsi odiosa est propter supputandi tædium: eò tamen pertinet, vt intel-
ligatur ducenties & quadragies sestertium ingentem pecuniam fuisse, nec
absurdam me rationem iniuisse in auri atque argenti æstimatione facien-
da. Nunc verò compendiariam rationẽ ineamus. Cẽties sestertium signi-
ficat centies centena millia nummûm,id est centies ducenas & quinqua-
genas libras,quæ sunt quinque & viginti millia pondo argenti. Sic ducen-
ties & quadragies sestertium,sexaginta millia argenti pondo valet. Huius
decima pars est sex millia,& illa est proportio auri ad argentum, ex Pollu- K
ce. Quare ad nummum ratio quadrabit, vt ducenties & quadragies sester-
tium,id est sexaginta millia pondo argenti,vel auri sex millia,sexcentis mil
libus aureorum nostrorum æstimari debeant,cum singulas libras denis au-
reis æstimare statuerim. id tantum excurret,quod pro quadringentis octo-
ginta libris argenti taxauimus,id est quatuor millia & octingenti aurei. In-
telligere autem debemus,vel argenti in lite æstimanda nullam habitam esse
rationem præut erat auri summa,vel annalium scriptores eam summã præ-
termisisse,quæ extra rotundum numerum excurrebat. Parum enim expe-
ditum erat sic loqui, vt dicerent ducenties & quadragies semel & aliquot

Animad-uertendus locus.

præterea

A præterea sestertiis litem ei æstimatam. Hoc autẽ ex eodem libro Liuii con-
firmari potest: qui de conditionibus pacis Aetolis datæ ita inquit, De pe-
cuniæ summa quam penderent, pensionibusq; eius, nihil de eo quod cum
COS. conuenerat,mutatum. Pro argento si aurum dare mallent,dare con-
uenit,dum pro argenteis decem aureus vnus valeret. Et intellige de num-
mis Asiaticis,non Romanis, quia aurei Romani duplici pondere quàm ar
gentei erant,vt antea dictum est, vtpote didrachmi. Hæc ratio etsi pulchrè
quadrare mihi visa est, sola tamen nequit ita hominum arbitrium adstrin-
B gere,vt non liberè negare possint nos ad veritatis ipsius (vt ita dicam) cubi-
le peruenisse,etiam si multa eius vestigia luculenta atque expressa deprehen
dimus. Vlteriore igitur indagine lectorem eò perducemus, vbi vel ab inui-
to confessio exprimatur,si iam veritatem non modò videre,sed etiam pal-
pare. Primus locus est apud Demosthenem in oratione quæ περὶ ἀφόβου in-
scribitur: in qua orator enumerans fraudes tutorum suorum, & ostendere
volens tribus propemodum talentis vno nomine se ab eis circunscriptum,
ita inquit, σκέψασθε πόσων ὄντων ἀργύριον ὅτοι παρὰ τοῦ κλινοποιοῦ κλίνας. πεπαρῳκυῖα
C μοῦ μνᾶς ἀνὴρ ὁ ἀρχαῖος. λίνα δ' ἐτῶν ὁ ἴδρυσ ἀυτῶν, δύο τάλαντα. δώδεκα δ' μνᾶς ἑκάστη τῆ
ἑαυτοῦ τῶν πεδοδῶν ἀυτῶν ἐλάμβανον. Considerate igitur quantam isti pecuniam
ex lecticariis fabris interuertunt. primùm pro sorte quadraginta minas po-
no, deinde pro quęstu decennii eorum opificii duo talenta. siquidem duo-
denas minas quotannis accipiebant eius mercedis nomine quam serui me-
ruerunt. His verbis apparet decies duodenas minas duo talenta valere: qua
ratione sexaginta minæ centenariæ talentum Atticum faciũt. Eodem per-
tinet locus à nobis in primo libro citatus cum de vsuris centesimis loque-
remur. His enim exemplis & aliis permultis eiusdem orationis, quæ citare
nunc longum esset, planum fit, quicquid aliqui scripserint de mina Attica,
D minam tamen Atticam semper centenariam intelligi, & huiusmodi minas
sexaginta talentum efficere. Demosthenes enim non modò Athenis & ad
Athenienses orationem illam habuit, sed etiam atticissimè locutus est, vt
alibi in eadem, ὅς τις γὰρ ἐκ πεντάρων ταλάντων καὶ τειχιλίων, τοῖς μὲν τελα τάλαντα καὶ
διχιλίας πεῖνα λίδωκε, δι' ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσθαι, φανερὸν λέ πᾶσιν, ὅτι ἐκ ἀρ-
μικρᾶς οὐσίας, ἀλλὰ πλέον ἢ διπλασίας ἦ ἐμοὶ καπέλιπε, ταῦτα ἀφεῖλεν. Verba sunt De-
mosthenis argumẽtantis ex verbis testaměti patris sui: quę verba sic verti la
tinè possunt, Qui enim ex quatuor talentis & tribus millibus, his quidem
tria talenta & bis millena doti dedit, illi verò septuaginta minarum vsum-
E fructum reliquit: nimirum hunc clarum est apud omnes non à tenuibus
fortunis ea legata decerpsisse, sed à summa altero tãto maiore, atque eo etiã
pleniore quàm mihi reliquerat. Quam autem summam his verbis orator
intellexerit, ex narratione eius orationis apparet, his verbis, Θηριππίδη μὲν ἔδω-
κεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον ἕως ἂν ἐγὼ ἀνὴρ ἔξω δοκιμασθείην·
καὶ ἐπειδὴ δὲ τῷ ἐμῷ ἀδελφῷ, καὶ δύο τάλαντα οὐ πλείω ἔδωκεν ἔχειν. αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ μητρὸς
ἑβδομήκοντα μνᾶς. Therippidæ quidem vsumfructum ex bonis meis
septuaginta minarum dedit, quoad ego inter viros cẽserer, id est quoad tu-
telæ meæ factus essem. Demophontem autem voluit apud se fororem meã

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere cum duobus talentis. Huic autem ipsi quicum ago, matrem meam f
vxorem ducendam cum dote octoginta minarum reliquit. Hactenus De-
mosthenes. Ex cuius verbis intelligimus duo talēta & octoginta minas &
septuaginta, id est centum & quinquaginta minas, tantum valere, quantum
quatuor talenta & ter millenas. vbi subintelligendū drachmas, vt ex Grę-
co apparet, propter quod millenas pro mille transtuli. Sic fit vt talentum
sexaginta sit minarum, & mina centum drachmarum. Minam enim Attica
ad centum drachmas auxisse Solonem Plutarchus in eius vita tradidit, vt
quæ Græci millia dicunt ex sua persona, drachmarum semper intellige- G
re debeamus. quod eò pertinet, quod legitur apud Plutarchū in Pompeio
de vectigalibus Romani imperii, & in Antonio de decies sestertio, vbi in-
terpretes male sestertios intellexerunt, vt suprà adnotauimus. Quàm mul-
tus autem Demosthenes in eo loquendi modo fuerit, licet ex eadem ora-
tione perlecta intelligere, cuius loca vertere necesse nunc non habui. Alter
Loc. Cice. est locus Ciceronis, vbi velut cubile esse ipsius veritatis quam quærimus,
existimaui. Is est autem in oratione pro Rabyrio, in qua oratione de Gabi-
Gabinius x.M. talentorum damnatus. nio loquens, qui ob Ptolemæi reductionem in Aegyptum, & peculatum
insignem in ea re admissum, decem millibus talentūm damnatus est, ita in- I
quit, Redeo igitur ad crimē & accusationem tuam. quid vociferabare de-
cem millia talenta Gabinio esse promissa? huic videlicet perblandus repe-
riundus fuit qui hominem vt tu vis auarissimum exoraret. Sestertium bis
millies, sed quadringenties magnopere contemneret. Ad intelligentiam ho
rum verborum hoc præfari habemus, Gabinium decem millibus talentūm
damnatum, nec prædes tantæ summæ dare, nec ex bonis eius auctione ad-
dictis eam summā seruari potuisse. Quare cum Rabyrius Posthumus eius
criminis affinis videretur, accusatus & ipse fuit, quasi impulsu eius Gabi-
nius Ptolemæū in regnum reduxisset, & quasi pars peculatus ad eum per-
ueniisset: vt quod eius pecuniæ à Gabinio seruari non potuerat, à Rabyrio
damnato exigeretur. Hunc igitur Cicero patrocinio suo defendit, cuius o-
ratio & corrupta & mutilata lectitatur, nec eam in vetusto libro orationū
Ciceronis reperi. Ea autem verba sic legēda censeo, Quid vociferabare de-
cem millia talentūm Gabinio esse promissa? huic videlicet perblandus re-
periendus fuit, qui hominem, vt tu vis, auarissimum exoraret. Sestertium
bis millies scilicet & quadringenties magnopere contemneret. Hoc sensu,
Pugnat secum accusatio tua. tu Gabinium auarissimum hominem fuisse
criminabaris, & vt regem reduceret, talentis decem millibus conductum K
esse: nunc Rabyrii impulsu feciſse dicis vt regem deduceret, & ob id Ra-
byrium in crimen vocas. quonam modo conuenit hominem auarissimū
(vt tu vis) Gabinium pollicitatione bis millies & quadringēties sestertium
adduci ad facinus nō potuisse, nisi & suasore Rabyrio impelleretur? Cæ-
terūm nos singula talenta sexcentis coronatis aureis, & sexaginta libris cen
tenariis æstimare instituimus: singulas autem libras denis aureis. sexagies
enim deni aurei, sexcenti in summa fiunt. Hac ratione cētum talenta, sexa-
ginta millia aureorum valent, id est centies sexcentos. Hæc summa decies
multiplicata

A multiplicata, sexcenta millia aureorum efficit. tot enim coronatorum mil-
lia, mille talentūm valet. Sic fit vt decem millia talentūm, sexagies centena
millia aureorum valeant, hoc est decies sexcenta millia. Rursus æstimatio-
ne nostra quadringenties sestertium, millies mille aureos nostros valet, hoc
est decies centena millia. Qua ratione bis millies & quadringēties, sexagies
centena millia valet. Et ita ad nummum summa latina cum summa græca
conuenit, & est ea quam Græci Apartilogiā vocant. lingua nostra verna- Apartilo-
cula latinę linguæ imitatione rotundam rationem vocat. Horatius libro gia.
B primo Epistolarum,

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò Tertia succedant.

De Gabinio & Ptolemæo Plutarchus in Antonio sic inquit circa princi-
pium, μετὰ ταῦτα γαβίνιον ὡθεῖ μυρίοις ταλάντοις πτολεμαῖος πάθους εἰς αἴγυπτον ἄμα στρα-
τεύσαι αὐτῷ, id est, Deinde cum Ptolemæus suadere cœpisset Gabinio, vt in
Aegyptum secum expeditionem susciperet, pacta mercede talentorum de-
cem millium. Qui locus latinè non est conuersus in exemplaribus quæ vi-
di. ex quibus verbis liquet id quod dictum est de decem millibus talento-
rum. Nego igitur quēquam esse tam hæsitatorem, qui modò hæc verba &
C supputationem intellexerit (quotus autem quisq; etiam citra calculum nō
intelliget?) vt de hoc quod hactenus egimus, vltrà addubitare possit, id est
de sestertiūm & talētorum & reliquorum verborum intellectu, & summa-
rum auri argentiq; æstimatione. Nam de auri proportione ad argentū, non- Logodæ-
dum planè statuo. Ita Proteus ille Logodædalus, id est verborum varietate dalus Pro
fallax, & diu exemplarium mendis veluti formarum desultoria vicissitudi- teus.
ne ludificatus, in sese tandem rediit, peruicaci nostro proposito victus veri-
tatis inuestigandæ. Exoratum autem vnumquēque lectorem velim, aut cer
tè candidissimum quēque, mihi vt vitio ne vertatur quòd monumenta an-
D tiquitatis hactenus sancta atque intacta, ipse temerare ausus sim, homo, vt
inter literatos homines, nouus, nulliq; maiorum imaginibus fretus atque
subnixus. A quo enim tandem literarum stemma ingeniiq; commēdatio-
nem Francus homo duceret? tametsi in hodierna literarum claritate, nihil
obstat quo minus in posterum nonnulli vbique gentium imagines sibi gē-
tilitatēq; comparent, à quibus posteritas fiduciam auctoritatēq; vendicet.
Quos etsi ipsos ingenio & doctrina longè me superaturos non dubito, ma
gni tamen meriti instar erit, vnum me ex iis esse qui rei cōmendabilis exem
E plum patriæ prodiderunt. Cedere autem mihi in compensationem id po-
stulo, quòd immutata haud ita pridem quædam loca nunc sibi restituerim,
vt paria feciſse iudicari possim cum eo, quod magnorum auctorum lauda-
tione fretus atque testimonio, commouere quædam non dubitaui trabali
(vt aiunt) clauo fixa. Hæc & alia cōtra ius receptum non sine exemplo ad-
missa, per Philologiæ numen multis hodie mortalibus venerandum, igno-
sci ita mihi postulo, si etiam sponsione perfunctus, corollarium non vnum
aut alterum, sed multiplex addidero. Gellius lib. v. noctiū Atticarū, Equus Gel. locus.
Alexandri Regis, & capite & nomine Bucephalas fuit. Emptum Chares Bucephali
scripsit talentis XIII, & Regi Philippo donatum. æris nostri summa est precium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sestertia trecenta & XII. Hactenus Gellius. Talenta decem, sex millia aureorū valent: & tria talenta, mille & octingentos: fiunt septem millia octingenti aurei. Centum sestertia duobus millibus & quingētis valent ea ratione qua in singula pondo denos aureos taxamus: sic trecēta sestertia, septem millia & quingentos coronatos valent, & XII trecentos, hoc est triginta libras argenti. Quare ad nummum conuenit inter vtranque summam. De hoc Plinius, Eidem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalum eum vocauerunt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi: sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptū etiam tum puero capto eius decore. Rectè tamen apud Gellium. xiii. legi ex Plutarcho paret in Alexandro, qui tredecim talentis à Philonico Thessalo emptum dicit, vt forte apud Plinium xvi. pro. xiii. legatur. Idem Gellius lib. iii. Aristotelem quoq; traditum est libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talentis Atticis tribus. ea summa fit nummi nostri duo & septuaginta millia. Hactenus Gellius. Nos diximus talentum LX librarum esse: qua ratione tria talenta, centum ac nonaginta libras valent: qui numerus ex duobus & septuaginta millibus confit, si in singula millia, bina pondo & selibram numeremus. Rursus tria talenta, mille & octingentis aureis æstimatione nostra valuerunt, & eadem summa conficitur ex septuagintaduobus sestertiis, si sestertia singula, quinque & viginti aureis æstimentur. Quare planum facimus & talenta nos & sestertia iusta æstimatione perpendisse. Apud eundem Gellium lib. i. emendandum vnum verbum huic dicto contrarium, vbi de Laide scorto Corinthio loquitur. Ad hanc, inquit, Demosthenes clanculum adit, & vt sui copiam faceret petit: at Lais myrias drachmas, id est decem drachmarum millia poscit. hoc facit nummi nostratis denariûm decem millia. Tali petulantia mulieris, atque pecuniæ magnitudine ictus expauiduſq; Demosthenes, auertit iter: & discedens, Ego (inquit) pœnitere tanti non emo. Sed græca ipsa quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, ὐκ ἀνῶμαι (inquit) μυείων ὀβραχμῶν μεταμέλεσθαι, id est, non emo centum sestertiis pœnitentiam. Ex his verbis testimonium locupletissimū habemus auctoris antiqui, qui Hadriani principis temporibus scripsit, drachmam & denarium eodem pondere fuisse. sed quòd decem millia denariorum centum sestertiis valuerint, falsum est. tantum enim quadraginta valent. minis ergo non sestertiis legendum est. Athenæus lib. iiii. Dipnosophistarum, ὁ δὲ μέγας ἀλέξανδρος δειπνῶν ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων, ὡς ἱστορεῖ Ἡφαιστίων ὁ ὀλύνθιος ἐν τῷ περὶ τὸν ἀλεξάνδρου καὶ Ἡφαιστίωνος μεταλλαγῆς, ἀνήλισκε τὸ ἡμέρας μηδὲν ἑκατὸν, δειπνούντων ἴσως ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα φίλων. ὁ δὲ πόρρω βασιλεύς, ὥς φησι κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τοῖς περσικοῖς, ἐδείπνα μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων, καὶ ἀνήλισκεν ὡς ἐπὶ δεῖπνον τάλαντα τετρακόσια. γίνεται δὲ τοῦτο ἰταλικῆς νομίσματος ἐν μυριάσι δισχιλίαις πεντακοσίαις. γίνονται δὲ εἰς μυρίους πεντακισχιλίους μεριζόμενα, ἑκάστῳ ἀνδρὶ γίνονται ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἰταλικῆ νομίσματος, ὡς εἰς ἴζον καθίστασθαι ἐν τῷ ἀλεξάνδρου ἀναλώματι, ἑκατὸν γὰρ μνᾶς ἀνήλισκεν ὡς ἑτέρως ἰσόρροπον. Magnus autem (inquit) Alexander cœnans semper & vbique cum amicis, vt Ephippus Olynthius in eo volumine prodidit quod de Alexandri obitu & Ephæstionis scripsit, cētenas minas in dies expēsas cœnæ ferebat, cum ad sexagenos, aut summum septuagenos ad cœnam adhiberet. At verò Persarum Rex, vt auctores sunt Ctesias & Dinon in historiis Persicis, ad cœnam suam quindecim hominum millia accipiebat, in easq; cœnas quadringena talenta expensabat. Fiunt hæc Italico nomismate myriades ducentæ & quadraginta. Porrò hæ in quindecim millia hominum distributæ, fiunt in singulos centum & sexaginta Italici nomismatis. Quare hic sumptus superiorem illum Alexandrinum æquat, quippe cum Alexander centenas minas in dies expenderet. Hæc verba Athenęi cum ad calculum reuocarem, sic rationem inibam: ducentæ & quadraginta myriades, id est ducenties & quadragies dena millia, more Romano viciesquater centena millia dicuntur. Cum igitur compēdio sermonis quater & vicies sestertium dici soleat ab antiquis, vt nos in superioribus docuimus: si nummos hic sestertios intelligamus, & ad aureos nostros redigamus, fient sexaginta millia coronatorum, id est duplex census Senatorius. At quadringenta talenta more à nobis instituto æstimata, fiunt ducenta & quadraginta millia coronatorum, cum centum talenta sexagenis millibus semper antea æstimauerim. Quare talentorum æstimatio quadruplex erit nomismatis Italici cōtra sententiā Athenæi, qui ignorare hoc nō potuit, cū Romæ sub Hadriano scripserit, vt ex lectione eius intelligimus. Quòd si vt antea apud Plutarchum fecimus, non sestertios nummos, sed denarios, id est drachmas intelligamus, vt mos Græcorum postulat, summa ad nummum quadrabit. Sexaginta enim aureorum millia quater multiplicata, ducenta & quadraginta millia fient: & quater & vicies sestertium, nonagiessexies sestertium fiet: cum singuli denarii quaternos nummos valeant. Græci enim videntes denarios Romanos æquales esse suis drachmis, cum myriadas dicerent, denariorum intelligi volebant, quandoquidem sic Attici numerabant, quos alii omnes secuti sunt scriptores. Hic locus colophonem (vt aiunt) disputationi nostræ demonstrationibúsque imponit. Age exigamus rem ad calculum. ducentæ & quadraginta myriades drachmarum vel denariorum, id est viciesquater centena millia, ad minas contracta centenarias, quatuor & viginti millia fiunt, id est quadringenties sexagenæ minæ: at eandem summam quadringenta talenta sexagenaria efficiunt. ita ratio conuenit. Alioquin si nummos sestertios aliquis improbior Athenæum intellexisse dixerit, talētum Atticum quindecim necessariò minarum erit: quod nemò vnquam scripsit. Nunc pergamus porrò, & quatuor & viginti millia minarū in quindecim millia conuiuarum diuidamus, fient in capita sesquimina & denæ drachmæ: vtpote cum quindecies millies sesquimina, vicenabina millia & quingenas efficiat. Ita restant mille & quingentæ minæ ex numero supradicto, quæ centena quinquagena millia denariorum valent, in quindecim partes diuidenda propter quindecim cœnantium millia. Atqui numerus hic partiens denarius est numerus, cum in centum & quinquaginta millibus, decies quindecim millia inueniantur, & deciesquinquies decem millia. ita fit vt in singula millia conuiuarum, dena millia denariorum accedant, & in singula capita denarii deni. sic fiunt centeni & sexageni denarii

Plinij loc⁹

Gel. locus.

Laidis meretricis petulantia.

Hic locus colophonem & coronidē diſ purationi imponit.

Conuiuæ Alexandri & Persarū Regum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in capita,id quod Athenæus dixit. Et totidem denarios nos sedecim aureis f
nostris æstimare instituimus:qui numerus si per numerum conuiuarū mul
tiplicetur,vt quindecies senadena millia,vel sedecies quinadena millia mul
tiplicemus:fient ducena quadragena aureorum millia, quanti quadringena
talenta æstimanda contendimus. Porrò cum Alexander in sexaginta con-
uiuas centenas minas impenderet,id est dena denariorum millia,hac ratio-
ne in capita sesquiminam & sextantem minæ consumebat,hoc est centum
& sexagintasex denarios & bessem,quæ summa sex denariis in capita exce
dit. Quòd si in septuaginta conuiuas rationē ineamus,in capita singula mi-G
nus erit sesquimina. Ita obiter locum Athenæi explicuimus, & extremam
manum operi addidimus, quod ad hoc quidē pertinet. Plutarchus in An-
tonio de Curione & Antonio loquens sic inquit, Ex quibus sumptibus
grande æs alienum ei,maiusq; quàm pro ætate conflatum est, ducentorum
quinquaginta talentorum. Hæc summa ad nomisma nostrum reducta æsti
matione à me instituta, centum & quinquaginta millia aureorum nostro-
rum efficit,cum talentū aureos sexcentos,& centum talenta centies sexcen
tos valeant,hoc est sexaginta millia. Audiamus igitur nunc Ciceroné Phi-
lipp.ii.qui Antonium increpans contumeliosa oratione, ita inquit, Tenes
ne memoria,prætextatum te decoxisse? Et paulò pòst, Recordare tempus
illud cum pater Curio mœrēs iacebat in lecto, filius se ad pedes meos pro-
sternens,lachrymans te mihi commendabat: orabat vt te contra suum pa-
trem si sexagies sestertium peteret,defenderem. Tantum enim pro te inter-
cessisse dicebat. Hactenus Cicero. De hac intercessione Plutarchus ibidem
meminit his verbis,Pro quibus C C L talentis cum intercessisset Curio,pa-
ter id ægrè ferens,domo sua expulit Antoniū. Cum decies sestertium à me
quinque & viginti millibus aureorum sæpe sit æstimatum, in promptu est
sexagies sestertium centum & quinquaginta millia valere, & ita vtrangue
summam ad nummum congruere apud Ciceronem & Plutarchum. Idem
Plutarchus in Antonio,Calphurniam Cæsaris vxorem tradit apud Anto-
nium bonam partem pecuniarum deposuisse,quarum summa fuit ad qua-
tuor millia talētorum. At in vita Ciceronis idem auctor scribit inimicitias
inter Antonium & Octauium ortas ob pecuniam Cæsaris auunculi eius
ab Antonio interuersam. Ab eo enim repetebat(inquit) Cæsar iunior du-
centas quinquaginta myriadas. Hoc latinè dici debet ducenties quinqua-
gies centena millia drachmarum,hoc est millies centena millia nummum,
vel loquendi compendio, millies sestertium : quod nos æstimare solemus
vicies quinquies centenis millibus aureorum coronatorum. At mille talen-
ta,sexcentis millibus aureorum à nobis æstimata sunt. Quo fit vt quatuor
millia,quater & vicies centenis millibus aureorum valeant. Quare summæ
ambæ quadrabunt,si tantum hoc animaduertamus,Plutarchum excurren-
tem numerum talentorum(qui sunt ferè centum & quinquaginta sex)ad-
dere quatuor millibus neglexisse. Sed ne mirum aut incredibile potius vi-
deatur tanti cœnas Persicas constare Regibus potuisse, hic mihi in mentē
venit vt adderem id quod memorię proditum est de vasis & supellectile &
instrumento

A instrumento(vt ita dicam)luxuriæ Persicæ. Post victum igitur Dariū apud
Issum in Cilicia,cum Alexander Darium fugiētem secuturus, Parmenio-
nem Damascum misisset, vbi veluti sedem eius belli Darius esse statuerat,
comportatis illuc pecuniis,omniq; splendore instrumenti viatorii tam re-
gii quàm procerum: Damasco iam in potestatē redacta, Parmenio ad Re-
gem Alexandrum scribens de thesauris repertis,& impedimētorum copias
enumerans, inter alia luxus castrensis ministerium hoc catalogo recensuit, Luxus darij Persarū Regis.
B μελλακίδας ἔυροι μαγειρεῖς τῦ βασιλέως τετρακοσίας ἑξηκοντα, ἄνδρας στεφανοπλόκους ἓξ καὶ πε-
ντηκοντα, ὀψοφόους ἑξακοσίους ἑβδομήκοντα ἑπτά, χυτρίνους εἰκοσιπέντε, γαλακτοπώλας ἕξ καὶ
δέκα, πολυμαθεῖς ἑπτὰ καὶ δέκα, οἰνοχόους ἑβδομήκοντα, μυροθήρας πεντεκαίδεκα. Pallacas
(inquit)inueni canendi peritas,& musicæ variæ artifices,ad Regis oblecta-
tionem intentas,numero trecentas vndetriginta. viros coronamentorū ar-
tifices sex & quadraginta. coquos ducentos & septuagintaseptem. figulos
ad culinarium instrumentum in castris fingendum vndetriginta. lactarios
pistores tredecim. potionum temperatores concinnatoresq; liquorum de-
cem & septem:& præter hos, homines septuaginta qui à sacellandis vinis
C erant Regi,& colo condiendis. vnguentarios insuper quadraginta. Si tan-
tus igitur splendor fuit,tamq; copiosus in statiuis & castris apparatus,quan
tum concipere animo possumus eum fuisse apparatum qui Babylone aut
Susis aut Persepoli fuit? Hoc igitur tandem cōfecto,quod vix absolui pos-
se sperabamus,videamus quonā modo intelligi possit id quod apud Plu-
tarchum legitur de tertio Pompeii triumpho loquenté,quem de Asia sub-
acta egisse dicitur. Ex prēnotatis(inquit)literis clarè cognoscebatur ex quo
genere gentium triumpharet. Erant quippe regiones hæ,Pontus,Armenia,
Cappadocia,Paphlagonia,Media,Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia,
D Mesopotamia. Præterea ii qui circa Phœniciam & Palæstinen incolunt,
Iudæi,Arabes. Piratarū etiam quotquot genera terra mariq; debellata erāt.
Inter hæc notabantur castella haud pauciora quàm mille capta, ciuitates
ferme noningentæ,Piraticæ naues octingentæ:vrbes coloniis Romanis ha
bitatas esse vndequadraginta. His quoque addebatur vniuersa Romanæ
vrbis tributa ante id bellum quinquagies decies centena millia fuisse:
cum iis verò quæ Populo Romano ipse quæsiuit,octuagiesquinquies de-
cies centena millia. In ærarium præterea vasa aurum argentumque signa- Sūma tri-
tum ad viginti millia talentorum, præter ea quæ militibus diuisa sunt, buterum
quorum qui minimum accepit,mille & quingentos æris tulit. Hæc verba Po. Roma
E significant tributa Populi Romani ante Mithridatem victum, quingen- ni ex Plu-
ties sestertium fuisse:& ex tertia expeditione Pompeii trecenties quinqua- tarcho.
gies accessionis factum esse. Hæc summa ære nostro vicies semel centena
& vigintiquinque millia aureorum valet. Intra quam summam si coarcta-
re velimus imperii Romani redditum, ridebimur ab iis qui nouerunt re- Redditus
gni nostri tributa. Quo anno hæc prodidi, princeps noster tantam ferme regni Fran
pecuniam ex ditione Gallica percepit. Quod ne comminisci videar,scire li ciæ.
cet apud nos tria esse pensitationum genera ex quibus ærarium nostrum
constat,Canonem,Oblationem, & Indictionem. In Canone censentur ea Canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sceptris ita hærent, vt cum sceptris nata, nec sine iis interitura videantur, qualia sunt portoria, & isagogica vel exagogica quæ in introitu vel exitu vrbium vel locorum aliorum pensitantur. Et in vniuersum vectigalia quæ multis nominibus accepta referuntur in ratiociniis principalibus, & possessiones prædiaq; quorum etiam mancipium proprium est diadematis Francici, nec in commercio hominum esse putatur, duntaxat vt perpetuò emancipari ipsæ possessiones possint. Huc accedunt regaliorum clientelarúmque iura, id est iura quædam certarum perceptionum in eas possessiones adscripta, quę in fide sunt diadematis. Accedũt & commissa omnia, & aduentitia quę assertorem non habent, Albana vulgo dicuntur, adespota à Græcis appellantur, quæ assertorem nullum atque vindicem habent, ob idque in fiscum cedunt. Strabo libro decimoseptimo de Aegypto loquens, ἄλλος δέ ἐστιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τὴν ἀδεσπότων καὶ τὴν εἰς κοινὸν πίστιν ἀφαλόντων ἐξέτασίν ἐστιν. Eodem pertinent vno verbo omnia in fiscum cedentia, vt caducorum iura in externorum hominum hæreditates, qui quidem ius ciuilitatis aut prouinciæ à principe non impetrarint. In secundo genere sunt quæ Oblationes dicuntur, vicesima, & octaua, & quarta in quibusdam locis, in res promercales statutæ, & salarium vectigal, & exoticum, omnia à popularibus olim principibus delata: vnde nomen Oblatio apud priscos accepit. Horum duorum generum vt æstimationem certam facere nequeo, sic ad sexcenta aureorum millia, hoc nomine accepta referri haud incerta ratiocinatione colligo. Tertium genus Indictio appellatur. hoc caput statam plerunque habet summam paulo plus octingena & quinquagena aureorum millia, ita vt vrbes insignes stipendiariæ non sint. Indictio ob id appellata, quòd anniuersariis diplomatis indicitur. Ex quo tamen trans Alpes res gessimus, accessionibus quas superindictiones appellant, identidem aucta est. Sic enim sunt Galli homines, vt prout quidque principi aut collibuit, aut collibuisse dictitetur, id perinde ius fasque esse credatur: omnium haud dubiè mortalium, qui quidem Barbari non sint, maximè (vt græce dicitur) Pitharchici, id est principalibus edictis æquo animo obsequentes, nec ideo tamen minus libertatem loquendi viuendíque vsurpantes, principibus etiam haud inuitis. Sic enim fert huius regni genius, nobis à Deo omnipotente Christianissimi nominis (vt arbitror) commendatione concessus, vt & obsequiosa alacritate seruiamus, & qui nobis imperant, liberos nos esse non nolint. Verùm quo anno hæc prodidi, vno edicto princeps ter & tricies centena millia Francicorum imperauit. Quibus accedit haud contemnenda summa quam cuiusuis non est intelligere. Neoterico enim inuento hominum in æraria officina perpolitorum factum est, vt dies pensitationum ita cedant, vt insequentis anni quadrans primus in vltimum præcedentis incurrat, sicque quinque quadrantes in vno asse reperiantur. Nouo etiam aucupio trientes ex quadrantibus facti, quò perplexioribus inuolucris res argentaria intricaretur. Hoc nomine dicere possem quantũ accessionis hoc biennio factũ sit, populo ita deuorãte strophas argẽtarias, vt nihil nó con-

Regalia.

Albana, adespota.

Oblationes.

Indictio.

Superindictiones.

Pitharchici Franci.

coxerit:

coxerit: id quod eò pertinet, quod dixi de æquanimitate populi in accipiẽdis obeundisque imperiis. In quo vtinam etiam felicitatem suam ac benignitatem diuinam principes agnoscerent: nec fallere nos ii homines existimarent, qui huiuscemodi commentis deum & superos omneis aut accommodare conniuentiam, aut arridere credunt. Verùm vt ad rem redeamus, hoc affirmare ausim, Indictionum capiti principem quo anno hæc prodidi, non minus acceptum retulisse, supputata cum forte supradicta repręsentatione, quàm quãta sit æstimatio illa supradicta octingẽties sestertii. Quare apud Plutarchum legendum antea putabam, quinquagies decies centena millia drachmarum. Græci enim nunquam per sestertiũm millia numeros colligere solent, sed per myriadas chiliadásque drachmarum, vt non semel antè diximus. Nunc autem quod antea coniiciebam, certò ac nõ dubiè opinor, vt paulò pòst ostendam. hac verò ratione summa illa redditus Romani quadruplicato augetur, & fit ter millies & quadringenties sestertium, id est octogiesquinquies centena millia aureorum nostrorum. Summa autem pecuniæ in ærarium relatæ ab eodem Pompeio, fit centies & vicies centena millia aureorum, quod nos duodecies millies mille aureos lingua vernacula dicimus: Græci mille ac ducentas myriadas appellant. Myrias enim numerum decies millenarium significat. Quòd si præter hoc æstimemus in capita singula militum sesquilibrã argẽti, id est mille & quingentos æris, æstimatio in immẽsum abibit: & tamen corruptũ id esse apud Plutarchum interpretis culpa facilè ostendemus ex Appiano, qui in eo libro qui Mithridaticus dicitur, de hoc loquens ita inquit, Finiente hyeme Pompeius prędia militibus exhibuit, viritim mille & quingẽtas drachmas Atticas, ducibus eorum condigna pariter impẽdit, quorum summa decies sexagies mille talenta attigisse creditur. Vbi legendum, Quarum summam aiunt fuisse talenta sedecim millia, vel decem & sex millia. καθ' ἕκαστον ἄνδρα χιλίας πεντακοσίας ἀπήκασε, πρὸς τοὺς ἡγεμόνους αὐτῶν ἀνάλογον. & ducibus eorũ pro portione, καὶ φασὶ χιλιάδας τάλαντα μύρια ἑξακισχίλια. Huiusmodi corruptos numeros non semel apud eum auctoré latinũ factum offendi: sed ex his verbis intelligimus non mille & quingentos æris, vt interpres existimauit, sed mille & quingentas drachmas, id est denasquinas libras argenti, hoc est centenos quinquagenos aureos singulis militibus datos. Ex Plutarcho autẽ ipso Grẽco, qui post alteram etiam libri huius editionem ad nos peruenit, error interpretis ipsius Plutarchi manifestus est. sic enim in eo loco historiæ legitur, πρὸς δὲ τούτοις ἔφραζε μὲν τὴν γραμμάτων, ὅτι πεντακισχίλιαι μὲν μυριάδες ἐκ τῶν πλῶν ὑπῆρχον, ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τὴν πόλα, μυριάδας ὀκτακισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνουσιν. Et paulò pòst, τῶν δὲ στρατιωτῶν ὁ πύλαχιστον αἴρων χιλίαν, δραχμὰς ἑπτακισχιλίας πεντακοσίας. Ex quibus apparet interpretẽ nummos sestertios vel asses pro drachmis intellexisse, errore luculento, qui etiã tributa pro vectigalibus trãstulit. Plutarchus enim iis summis vectigalia, id est πλῶ, non tributa, id est φόρους significasse mihi videtur. Quod autem Plutarchus quinq; millia myriadum scripsit, quingenties centena millia latinè verti debuit, vel quingenties sestertium, si quidem sestertios nummos intelligi volebat. Et secundo

Plutarchi locus.

Summa pecuniæ à Põpeio in ærariũ illarg triumpho Mithridatico.

Vectigalia Tributa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco octingenties quinquagies. Verùm quoniam Plutarchus more Græ- F
corũ scripsit,summa quadruplicato excrescit, & fit ter millies & quadrin-
genties centena millia nummûm,vel ter millies quadringenties sestertium.
Plutarchi autem verba sic verti ad verbum possunt:Ex iis verò quę ipse ci-
uitati Romanæ iam quæsitis addidit,Romanos capere quotãnis octo mil-
lia & quingentas myriadas drachmarum.Sic superior summa quaternario
multiplicata,efficit ter millies & quadringenties centena millia.Plinius lib.
Cap.1. xxxvii.hunc triumphum magnificè descripsit, sed adeò corruptus ad nos G
peruenit,vt satis habuerim locum notare,quem transcribere non poteram.
Qui tamẽ locum illum legerit,Plutarchum mirabitur viginti tantum mil-
libus talentûm æstimasse prædam in ærarium illatã. Apud Plinium in eius
triumphi descriptione ad vltimum ita legitur in codicibus omnibus im-
pressis,Cætera triumphi eiusdem quàm verissime subiiciam, Reip.datum
mille talentûm, Legatis & quæstoribus qui oras maris defendissent, sester-
tia bina millia:commilitibus singulis quinquaginta. Hoc prorsus non con
uenit nec cum Appiano,nec cum Plutarcho.bina enim millia sestertiûm
quinas libras argenti valẽt,& quinquaginta sestertii viginti drachmas.Præ- I
terea quis credat Plinii post bina millia dixisse quinquaginta? saltem quin-
quagena emendatores scriberent. In antiquis quos vidi,sic legitur, Cæte-
ra triumphi eiusdem quàm virilia.Reip.& Quęstoribus qui oras maris de-
fendissent,datum mille talentûm:militibus singulis sena millia sestertiûm.
Plinij loc⁹. Et hactenus legitur.Fortasse autem sic legi debet,Cętera triumphi eiusdem
quàm virilia(vt hoc referatur ad superiora, in quibus Plinius mollitiem &
delicias reprehendit)præfectis & quæstoribus qui oras maris defendissent,
datum mille talentûm,militibus singulis sena millia sestertiûm, comitibus
singulis quinquagena. Vt intelligamus comites, eos qui sponte Pompe- L
ium secuti sunt. Sena millia sestertiũ,millenas & quinquagenas drachmas
significant, quod conuenit cum supradictis. Quapropter admirari subit
vel emendatorum licentiam, vel librariorum incuriam, qui hunc locum
ita corruperunt: ex quo coniecturam in vniuersam Plinii emendationem
facere licet. Appianus auctor est, in exercitu Pompeii ab initio statim pe-
ditum viginti millia,& equitum quatuor fuisse: & legatos ei quinque &
viginti à Senatu decretos. Vt ergo in singulos pedites mille & quingentas
drachmas dederit, & tria millia in equites (sic enim fieri solitum, vt e-
quites vel duplex vel triplex donatiuum acciperent, & duplex Centu- M
riones) Pompeius vltra mille talenta legatis & Præfectis data, non po-
tuit minoris quadringentis & viginti millibus argenti libris defungi.
Fiunt in summa cum mille talentis quadringenta octoginta millia pon-
do,quæ ære nostro duodequinquagies centenis millibus aureorum æsti-
mantur.In singula enim pondo,denos aureos numeramus. Atque in hoc
rationem nullam habeo centurionatus, nec auxiliaris militis,& euoca-
App.loc⁹. ti,& prouinciatim collecti.Appianus Latinus(vt diximus)summas argen-
ti non modò incredibiles,sed etiam absurdas refert: apud quem legitur, in
eam largitionem Pompeium decies sexagies mille talenta impendisse. Ego
autem

A autem interpretem non sexagies decies,sed decies & sexies scripsisse puto,
pro sedecim talentorum millibus, quæ ære nostro sexies & nonagies cen-
tena millia aureorum dici possunt. Hoc donatiuum Pompeianum nõ mo
dò credibile,sed etiam contemnendum nec memorabile fecerunt illa quæ
posteà secuta sunt donatiua,ad bella ciuilia legiones auctorantia, vt post-
hac ostendemus. Nunc verò si Romani imperii magnitudinem non dico Magnitu-
do Roma
ni imperij.
ostendere,sed argumentis tantum coniiciendam relinquere velim, longus
de integro instaurandus erit sermo. Plinius libro septimo de trophæis triũ-
B phísque Pompeianis loquens ita inquit, Triumphi verò quem deduxit
Pompeius ad tertium Calend.Octobris,præfatio hæc fuit,Cum oram ma-
ritimam à prædonibus liberasset,& imperium maris Populo Romano re-
stituisset,ex Asia,Pŏto,Armenia,Paphlagonia,Cappadocia, Cilicia,Syria,
Scythis,Iudæis,Albanis,Iberia insula,Creta,Basternis.& super hæc de Re-
gibus Mithridate atque Tigrane triumphauit. Summa summarum in illo
gloria fuit,vt ipse in concione dixit cum de rebus suis differeret, Asiam vl-
timam prouinciarum accepisse, eandémque mediam patriæ reddidisse. Si
C quis econtrario simili modo velit percensere Cæsaris res, qui maior illo
apparuit:totum profectò terrarum orbem enumeret, quod infinitum esse
conueniet.Asiam hoc in loco Plinius pro peninsula Asiæ accipit,quod re-
gnum olim Lydiorum dictum est. Tranquillus in Cæsare, Gessit autem
nouem annis, quibus cum imperio fuit, hæc ferè. Omnem Galliam quæ
à saltu Pyrenæo Alpibúsque & monte Gebenna, fluminibus Rheno &
Rhodano continetur,patétque circuitu ad bis & tricies centum millia pas
suum, præter socias ac bene meritas ciuitates,in prouinciæ formam rede-
git, éique in singulos annos stipendii nomen imposuit. Ab his duobus
D ducibus Romana res magnopere creuit. Quanta autem peninsulæ Asiæ
fuerit accessio, quæ Asia proprio ac priuato nomine dicta est, vt auctor Asia pro-
prie.
est Plinius,ex eo coniicere datur, quòd Plutarchus in Lucullo scribit,Syl-
lam quum fœdere icto cum Mithridate Asiam recepisset, viginti millia Vigiti mil-
lia talentũ
Asię impe-
rara à Syl-
la.
talentûm mulctæ nomine Asiæ imperasse, éique pecuniæ colligendæ Lu-
cullum qui secum militauerat,præfecisse, vt inde pecuniam signaret.quan
ta autem sit pecunia, nos suprà docuimus. σύλλας δὲ τὴν ἀσίαν δυσμενέσιν πο-
λέμῳ ἐχομένην. Appianus in secundo de bellis ciuilibus, de Cæsare Dicta-
tore loquens,Statim post triumphum quęcunque exercitui pollicitus fue-
E rat, omnia cum additamento exoluit, militi drachmas Atticas quinque Donatiũ
Cæsaris &
congiariũ
memorabi
le.
millia,manipuli ductori bis totidem, Tribunis militum,equitúmque præ-
fectis duplo maius.Sic enim legi debet,στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας δραχμὰς ἀτ-
τικὰς,λοχαγῷ δ' ἐνυέα τ διπλάσιον, καὶ χιλιάρχῳ καὶ ἱππάρχῳ τ δέκα διπλάσιον, καὶ τοῖς δημό-
ταις ἑκάστῳ μνᾶν ἀττικὴν. Ad hæc singulis ex populo minam vnam Atticam.
Apud Tranquillum locus mutilatus est.Veteranis(inquit)legionibus præ-
dæ nomine in pedites singulos super bina sestertia quæ initio ciuilis tumul
tus numerauerat, in equites vicenaquaterna millia nummûm dedit: popu-
lo præter frumenti denos modios,ac totidem olei libras, trecenos quoque
nummos quos pollicitus olim erat, viritim diuisit: & hoc amplius cente-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos pro mora: annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia F
nummûm, in Italia non vltra quingenos sestertios. Quadringentos sester-
tios dedisse viritim populo Tranquillus dicit, & Appianus minam Atti-
cam, quod idē est: ex quo loco cōprobatur id quod semper diximus, libra
fuisse centenûm denariorum: & soluitur obiectum superius factum ex Pri
sciano. Sed hic quina millia drachmarum data dicit in singulos milites, &
in equitum prętectos singulos multo maiorem summam: ille in equites vi-
cenaquaterna millia nummûm, id est sena millia drachmarum. quare locū
mutilatum esse oportet apud Tranquillum. Sed & apud Appianum nulla G
equitum fit mentio. ἱππαρχοι enim turmarum ductores sunt, non λοχαγοί, vt
interpres intellexit: quo verbo Appianus vti solet pro Centurione, quem-
admodum & in quarto de pronunciatione eius donatiui loquens in con-
cione ab Antonio facta, καὶ τοιαύτης δ' ὁμως ζημίας ἴσης ὠφιλῴησθαι ὑμῖν νικητήρια
δραχμὰς ἑκάστῳ στρατιώτῃ πεντακισχιλίας, λοχαγῷ δὲ πεντάκις τοσαύτας, χιλιάρχῃ δὲ δεκάκις
τοσοῦτον τῷ λοχαγῷ. Equitum nullam facit mentionem. Eusebius auctor est, eo tem
pore quo Sylla Dictaturam inuasit, censu Romæ acto inuenta esse homi-
num quadringenta sexagintatria millia. Appianus autem tradit censu post
triumphum Cæsaris acto, inuentum esse dimidio penè minorem numerū H
ciuium quàm quantus ante bellum ciuile fuisset. Esto igitur vt Romæ du-
centa & viginti millia hominum fuerint eo tempore quo Cæsar centenas
drachmas in populum diuisit: id congiarium bis & vicies centenis millibus
aureorum nostrorum æstimabitur. Age esto vt viginti millia veteranorum
fuerint (tot enim minimum esse oportuit, vt ex Hircio nouimus in Com-
mentario de bello Aphrico) si quina millia drachmarum, id est quinqua-
ginta argenti pondo in singulos diuisit, decies millies mille aureis nostris
id donatiuū constitit, id est centies centenis millibus. Adde nunc augmen-
tum pro Centurione & Equite & Tribuno, & habitationes illas gratuitas I
Romæ & in Italia datas: certè in immensum res abibit, si omnia æstimen-
tur. Appianus ipse de triumphis eius loquēs, quos diebus quatuor instau-
rauit post omnia bella confecta, Pecuniarum (inquit) in triumphis illatarū
summam ad sexagintaquinque talentûm millia fuisse ferunt, & coronas ex
auro fuisse addit duo millia & octingenta & duas & viginti, quæ pondo
amplius viginti millia penderent: ex quibus exercitui promissa præmia cū
fœnore propemodum exoluit. χρήματα δ' ἐν τοῖς θριάμβοις φησὶ παρενεχθῆναι μυριά-
δας ξ καὶ ἥμισυ ταλάντων, καὶ στεφάνους δύο καὶ ἑκατόν, καὶ διχλίας ὡδὶ τοῖς ὀκτακοσίοις ἀφ' K
χρυσῶ, ἑλκοντας ἐς πεντηκοντούτεις καὶ πέντε καὶ τέσσαρας καὶ πρακοσίας λίβρας, ἀφ' ὧν ἐνθὺς ὡδὶ ἐξ
θριάμβῳ δίνημι τὰ ὑπεχθμενα παντ' ἐπιδραμόντα. Summa talentorum æstimatio-
ne nostra vndequadragies millies mille aureos nostros valet. Viginti millia
pondo auri, vt minimum vicies centena millia superiori addidit summæ,
vt sint semel & quadragies millies mille aureorum coronatorum, hoc est
quadringenties decies centena millia: cuius summæ bonam partem Cæsar
ex Gallorum spoliis coegit: præter ea quæ impendit in emerendo fauore
plebis & potentium Romæ, vt Pauli & Curionis, & aliorum, vt suprà di-
ctum est. Omnia enim illa ante bellū ciuile cōtigerant: sed triumphi ducti
sunt

A sunt post bella ciuilia confecta. Antonius autem Triumuir post mortem
Cæsaris bellum Philippense pariter cum Cæsare qui postea Augustus di-
ctus est, gessit in Cæsaris interfectores: quo confecto morte Cassii & Bruti,
cum Cæsar Octauius Romam rediisset, ipse Antonius in Græciam se con
tulit, vt illic de donatiuo statueret quod militi antea polliciti fuerāt: quód- Donatiuū
que (vt Plutarchus inquit) quinûm millium drachmarum in singula capita Antonij.
fuerat, vt antè Cæsaris, id est vicenûm millium nummûm ὑπερημιλύοι γὰρ ἑκάσῳ στρατιώτῃ δραχμὰς πεντακισχιλίας, ἐλλιόνῳ σωτηρωτέρῳ χρηματισμῷ καὶ διασμολογίας.
B Quātus autem fuerit exercitus eius, ex eodem auctore alio loco nouimus:
qui de altero dissidio Cæsaris & Antonii loquens, & de bello Mutinensi,
quo tempore Antonius Lepidi castra ingressus esse dicitur, Munatiumq;
sibi adiunxisse, οὕτω δὲ μέγας ἀρθεὶς, ἄνδρας ὑπερέβαλε τὰς ἐλπίδας, εἰς πλῆ ἰταλίαν ἀπὸ πα-
καὶ δέκα τέλη πεζῶν σὺν ἀὐτῷ, καὶ μυρίους ἱππεῖς. His rebus (inquit ille) elatus Anto-
nius, castra Lepidi ingressus, quodā ex compotoribus suis cum sex legio-
nibus in præsidio Galliæ relicto, ipse in Italiam rediit, decem millia equitū
& decem & septem legiones peditum secum agens: quo tempore Cicero à
C Cæsare destitutus est ob id quòd libertati nimium tribuere videretur, Cæ-
sarq; cum Antonio iterum in gratiam rediit. Vt autem omnia extenuare
potius quàm augere videamur: ponamus equitū peditumq; octoginta mil
lia capitum fuisse (plenæ enim rarò legiones erant) equites etiam & Centu-
riones in ordinem redigamus, vt in singula militum capita simplex donati-
uum procedat, id est quingenti aurei: ad eam largitionē quadringenties cen
tena millia aureorum nostrorum constituenda sunt æstimatione iam di-
cta, vt promptum est colligere. Quod an credibile sit, ex iis quæ infrà dicen
tur, apparebit. Fuerat etiam memorabile donatiuum Cassii & Bruti, quod
D Cassius in concione pronunciauit. nam cum octoginta millia legionario-
rū essent in eius exercitu sine equitibus, ipse in singulos milites millenas &
quingenas drachmas italicas se confestim repræsentaturum dixit iis qui ad
pręliū quod instabat, alacri animo ituri essent, & cēturioni quincuplex do
natiuū, & tribuno pro portione. καὶ πως ἴσα ὠδὶ ἐ ἤρων ἤδη, σωσίλα δ' δὲ καὶ λόγῳ
ἴσα, ὠδὶ ἐβόων ἐυθὺς ἀφ' ἑαυτῶν δὲ καὶ ἐπὶ βῆμα ἔρχεσθαι, στρατιώτῃ μὲν χιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς ἰτα-
λικὰς, χιλιάρχῃ δὲ ἐ ἀναλογῶν. & paulopost, Collaudantes autem milites Brutū
& Cassium, cum se omnia eorū causa, vt par erat, facturos polliciti essent,
illi confestim quod pronunciarant, præsenti pecunia persoluerunt, & alia
E insuper aliis atque aliis nominibus erogauerunt. Hac ratione in octoginta
millia hominum, qui vndeuiginti legiones non planè integras, vt ipse in-
quit, conficiebant, centies & vicies centena millia aureorum Fráciæ elargi-
ti sunt, absque eo quod Centurionibus, quod Tribunis, quod equitibus da
tum est, qui amplius decem millia fuerunt, Celtæ, Lusitani, Parthi, & aliarū
gentium. Eodē autē tempore Antonius cum Ephesum in Asiam ex Græ-
cia venisset, & eò reges reginæq; orientis ad eum salutandum confluerent,
sese suaq; vltro illi offerentes (vt auctor est Plutarchus) diu illic per luxum
inusitatū debacchatus, cum de primoribus viris pro arbitrio suo statuisset,
prædictarum rerum impendiis exhaustus, altera tandem vectigalia Asiati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hybreas orator.

cis populis imperare institit. Ibi Hybreas quidam orator nobilis, qui cau- F
sam gentium Asiaticarū agendam receperat, huiusmodi oratione vsus esse
dicitur, memorabili certè, ac nostris quibusdam hominibus etiam atque
etiam animaduertenda, si ipsis ab aulicis apparituris feriari paulisper vaca-
ret, & animū aduertere huiuscemodi acroamatis. Sed quādò id fieri nó po
test, proximum est vt optemus per ora id hominum ferri tādiu quoadusq;
ad principes permanarit. Verùm ille orator, Si potes (inquit) o Antoni alte-
rum vectigal eodem anno exigere: illud etiam posse te æquum est, binas vt
Memora- bile dictū. eodem anno æstates, binosq; etiam autumnos habeamus. Ducenta tibi ta- G
lentûm millia Asia iam pependit: hæc si tu nō accepisti, exige ab iis qui ac-
ceperunt. sin cum acceperis, iam non habes, quid nunc causæ est quin ipsi
perierimus? ταῦτα ἔστιν, ἐὰ μὴ ὃν ἔλαφας, ἀπαίτει παρ' ἐκ λαβόντων. ἐὰν λαβὼν ὃν ἔχεις,
ἀπολόλαμεν. Hoc sermone magnopere flexit Antonium Hybreas, vt quem
plurima latuissent eorū quæ fiebant: & erat non tam remisso animo q̄ sim-
plici, ideoq; omnia credens iis quos circa se esse voluerat. Inerat enim mo-
ribus hominis simplicitas, nec cito ad secus admissa animum aduertebat:
verùm vbi res perperam actas senserat, illico pœnitentia subibat eius ani- H
mum, culpamq; ingenuè etiam ad eosipsos agnoscebat, ad quos res acta in-
iuriaq; pertinebat. Hic locus, vt alia pleraq; eius auctoris, mendose latinus
factus est. Digna verò omnino historia quæ in regiæ conspicuo loco ses-
quipedalibus literis proscriberetur, vel in æs incideretur potius, vt & prin-
cipes nostri meminissent quid sui sit officii, & qui rei argentariæ apud nos
summam tenent, innocentius & cautius obirent sua munera in posterum.
Hic est ille M. Antonius qui Cleopatræ vltimæ Aegypti reginæ, Phœni- I
ciam, Syriam, Cyprum, & Ciliciæ bonam partem, Iudæam balsamiferam
& Nabathæorum Arabiam in stupri mercedem dedit: qui Antigonū Re-
gem securi percussit: qui expeditionem in Parthos cum centum millibus
peditum equitumq; suscepit: cui denique nobilis illa cœna portentosi lu-
xus condicta est à Cleopatra, in qua centies sestertiū, id est ducenta & quin-
Mirabilis cœna. quaginta millia aureorum vno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt.
De hac re Athenæus in quarto Dipnosophistarum ita propemodum in-
quit, verbis ex Rhodio Socrate transcriptis, qui bellū ciuile Cæsaris & An-
tonii scripsit: Quum autem Cleopatra obuiam processisset Antonio in Ci-
Cleopa- træ luxus in cōuiuio liciam, ibi conuiuium regium opiparumq; instruxit, in quo aulicum omne
instrumentum aureum erat, gemmis etiam cōsertum singulari vasculario- K
rum opificio. Erant etiam parietes purpureis aureisq; peripetasmatis obten-
ti. Duodecim igitur ad hunc modum tricliniis constratis & instructis, An-
tonium ad conuiuium illud Cleopatra, quosdámque primorum vocauit,
quos ei visum fuit. Ibi Antonio apparatus magnificentiā cum stupore ad-
mirante, renidens Cleopatra, omnia se illi dono dare respondit: & subinde
in diem posterum cœnam ei condixit: ad quam ille postridie cum venisset
comitatus amicis & proceribus, eo splendore Cleopatra atque ea opulen-
tia conuiuium instruxit, vt hesternus apparatus despicabilis præ eo videre-
tur. ac nihilo secius peracto conuiuio omnia idētidem donauit: visenda sa-
nè

A nè munificentia, cum vnicuique conuiuarum permitteretur toralia, & lec-
tum in quo accubuisset, & vasa aurea præterea auferre, ita vt cuique lecti-
sternio cesserant. His peractis sub digressum Antonii comites prout digni-
tate aliqua præcellebant, ita partim lecticas gestatorias cum seruis lectica-
riis, partim equos instratos argenteis ephippiis referebant. queis omnibus
regina eo amplius face prælucentes asseclas digredientibus repræsentauit,
καὶ εἰς ἄνεσιν παρεκάλει σωθῆναι πάλιν ἥκοντα μετὰ τῆς φίλων καὶ τῆς ἡγεμόνων, ὅτι καὶ
πολλῷ κρεῖττον διακοσμήσειν ἔμελλε συμπόσιον, ἐποίησε φανῆναι τὰ πρῶτα μικρά, καὶ πάλιν ἡ τοῦ
B τὰ ἰδιαίτατα. τῆς δ' ἡγεμόνων ἑφ' ἕκαστος κατέκλιθ κλίνη, ἡ τὰ κυλίνια καθὼς ταῖς τρόμναις
ἐμεμέριστο, ἐκάστῳ φέρειν ἐπέτρεψε, καὶ ἦν πᾶν ἄφοδον, τοῖς μὲν ἐν ἀξιώμασι φορεῖα σὺν τοῖς κομί-
ζουσι, τοῖς πλείοσι δὲ καταγρύοις σκευαῖς κεκοσμημένους ἵππους. πᾶσι δὲ λαμπηροφόρους παῖδας
αἰθίοπας παρῆσαν. Mirabitur forsan quispiam quonam modo ducenta millia
talentûm vno anno Antonius ex Asia auferre potuerit. Asiam hic intelli-
gere oportet orientale Populi Ro. imperiū: quod quantum fuerit, ex par-
titione illa Triumuirali intelligere licet, quæ mihi instar fuisse videtur Ho Triumui- ralis partitio.
mericæ regnorum diuisionis inter Iouem Neptunum & Plutonem. In ea
C partitione omnis ad orientem tractus Antonio, ad Hesperiam Cæsari, hoc
est Octauio concessus. Vtriusque autem imperii confinium, Ionium ma-
re factum. Lepido Africa cessit. Ita ditio nostra omnium citra mare longè
hodie clarissima, portiuncula propè dixerim fuit non dico Romani im-
perii, sed tertiæ partis eius. Postea autem sublato Lepido, cum Triumuira-
tus ad Duumuiratum rediisset, quantæ fuerint Romani imperii vires, æsti-
mare datur ex vtriusque copiis. siquidem in Actiaco bello Antonius pedi Actiacus exercitus.
tum centum millia, equitum duo & viginti, & naues bellicas non pauco-
res quingentis habuit, & sex Reges in comitatu suo: Cæsar autē naues bel-
lo aptas ducentas & quinquaginta, peditum octoginta millia, & equitum
D parem Antonio numerum. quo tempore, vt diximus, Lepido de medio
sublato, Antonius ab Euphrate & Armenia ad Ionium mare & Illyricum:
Cæsar ab Illyrico ad Hesperium oceanū, & ab oceano ad Tyrrhenum Si-
culumq; mare: Libyæ verò quantum Italiæ Galliæq; & Hispaniæ obiectū
est ad Herculeas columnas, obtinebat: Antonius verò à Cyrene ad Aethio
piam. Appianus autem lib. v. bel. ciuilium Marcum Antonium inducit E-
phesi ad Græcas Asiaticasq; gentes orationem habentem, dicentemq; sibi
duodetriginta legiones esse, quæ cum auxiliaribus centum & septuaginta
peditum millia implerent, equitibus non adnumeratis: quas legiones reli-
E quias esse dictitabat trium & quadraginta legionum quas Mutinæ habuis-
set cum Cæsare & Lepido communes. τίλλ δ' ὅσην ἡμῖν ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ὁπλιτῶν, ἃ
μὲν τῶν σωτηριομιλίων ἐστὶν μυριάδες ἀνδρῶν ἑπτακαίδεκα, καὶ τῶτων ἄνευθεν ἱππεῖς, καὶ
ἕτερος ὅμιλος ἑτέρᾳ τροπῇ. Itaque cum præmia iis reddere opus esset, & orienta-
les populi ita de eo & Cæsare meriti essent, vt digni maxima mulcta vide-
rentur ob pecunias Cassio & Bruto Cæsaris interfectoribus collatas, se
mulctæ eis nomine decem annorum tributa imperare continuò persolue-
da, quandoquidem tot annorum ipsi tributa Bruto & Cassio biēnio pro-
xīmo pensitassent. ad extremumq; Græcos & Asiaticos multis lachrymis

Universidad de Deusto
Biblioteca

impetrasse,vt nouem annorum tributum biennio persoluerent,καὶ τέλος πα-
ρεκαλοῦντες ἐπυχον ἐννία ἐτῶν φόρος ἀσυγχωρήτων ἐπὶ δύο. βασιλεῦσι δὲ καὶ δωρέας καὶ πόλε-
σιν ἐλευθερίας ἀλλὰ ἐς πλῆ ἑκάστων διώρυμα ἐπετέλεσεν. Cum interim & regibus & po-
tentatibus & liberis ciuitatibus aliæ insuper collationes imperarentur. Sic
enim verti debuit. Quod autem tributa decem annorum Asiatici populi
Cassio pependissent,ipse Appianus his verbis refert lib.4. bellorū ciuiliū de
expugnatione Rhodi loquens, ὁ δὲ κάσσιος ἁλόμενος τῇ παραβρίᾳ τὸ ῥόδιον ἀλόντος
καὶ ᾧ πλήθει τῶν χρημάτων ἐπίταξεν ὅμως καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τὰ ἀσίας ἅπασι φόρους ἐπῶν
λίκα συμφέρειν. καὶ οἱ μὲν ἐπράσσοντο σωτόνως. Ducenta igitur millia talentûm quæ
Plutarchus exacta esse ab Antonio dixit, ex ea collatione fuerunt quæ vno
& altero anno in nouē annos indicta est. Hæc summa nomismate nostro
centies & vicies millies mille aureos valet. Græce duodecies millenas my-
riadas dicerem:vel centies & vicies cētenas myriadas aureorum. Hac sum-
ma maiorem nullam(vt arbitror)dicturi sumus vno tempore congestā,ni-
si maiores summę in ærario fuisse vidētur,vt apparet ex iis quę lib.superio-
re adnotata sunt. Plin.lib.xxxiii. Messala orator prodidit Antonium Triū
uirum aureis vsum vasis in omnibus obscœnis desideriis,pudendo etiā cri-
mine Cleopatræ. Et paulo inferius, Antonius in contumeliam naturæ, vi-
litatem auro fecit,opus proscriptione dignum. Idem auctor est luxum tum
primùm Romanum populū inuasisse,quum Asia deuicta est. Asia(inquit)
primùm deuicta luxuriam misit in Italiam. Siquidem L. Scipio transtulit
in triumpho argenti pondo millia quadringenta quinquaginta, & vasorū
aureorum pondo centum millia. Anno vrbis conditæ quingentesimo se-
xagesimoquinto eadem Asia domita multo etiam grauius afflixit mores,
inutiliorq; victoria illa hæreditas Attalo Rege mortuo fuit. Tū enim hæc
emendi Romæ in auctionibus regiis verecundia exempta est, vrbis anno
D C X X V I,mediis L V I I annis erudita ciuitate amare etiam & non so-
lum admirari opulentiam externam. Immenso & Achaicæ victoriæ mo-
mento ad impellendos mores, quæ & ipsa hoc interuallo anno vrbis D C
V I I I Parthica signa & tabulas pictas inuexit,nequid deesset:pariterq; lu-
xuria nata est,& Carthago sublata,ita congruentibus fatis, vt liberet ample
cti vitia,& liceret peccare ex dignatione. In quibusdam impressis libris legi-
tur,& vasorum aureorum pondo ducenta millia,duplicato auri numero.
In antiquis omnibus,pondo mille quingenta. adeò fluxa fides est exempla-
rium in numeris tradendis. Apud Liuium non millia sed mille vtrobique
legitur:quod luculentam facit discrepantiam. In quibusdam antiquis mille
legitur,in aliis per notas scriptum est,vt ad mille & millia ambiguū sit. Sic
autem inquit Liuius lib.vii.de bel.Maced. Tulit in triumpho vasorum ar-
genteorum(omnia cęlata erant) mille pondo, & C C C C X X I I I I au-
reorum mille pondo,& X X I I I I. Præter hæc etiam duo verba in suprā-
dicto loco corrupta esse intelligo ex obseruatione vetustæ lectionis. Nec
enim Asia domita lego,sed donata. Scimus enim Attalum Regem Asiæ,
populum Romanum hæredem instituisse, auctore Trogo lib.xxxvi. De-
uictam igitur Asiam Plinius prius dixit luxuriam misisse in Italiam, quod
fuit

Asia demū victa,luxuria Romā inuasit,magis etiam donata.

Locꝰ Plinii emendatus.

A fuit Antiochi tempore:postea etiam donatam,quod fuit Attalo Rege hæ-
reditatem populo Romano relinquente. Parthica autem signa corruptum
esse satis scio:sed quomodo restituendum sit, affirmare non ausim. Diceré
Corinthiaca, nisi in vetusto parta legissem, vt victoriam partam intelliga-
mus,id est vt parta victoria signa & statuas & tabulas inuexerit Romam ex
Achaia. Neque verò ex Asiaticis tantum tributis Antonius infinitam vim
auri argentiq; collegit & prodegit,sed etiam ex hæreditate Cæsaris pecu-
niam auertisse traditur. Plutarchus enim auctor est,interfecto statim Cæsa-
B re Calpurniam Cæsaris vxorem quatuor millia talentûm ad Antonium
transportanda curasse. Maximam tamen pecuniam Cæsarem reliquisse,ex
secunda Antoniana intelligimus:quo in loco Cicero ita inquit, Vbi est se-
pties millies sestertium,quod in tabulis quæ sunt ad Opis,petebatur? fune-
stæ quidem illius pecuniæ:sed tamen,si iis quorum erat,nō redderetur,quę
nos à tributis posset vindicare. Tu autem sestertium quadringenties quod
Idibus Martiis debuisti,quonam modo ante Calendas Aprilis debere desii-
sti? Et rursus Philip.v. Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo
modo est,per quam septies millies falsis donationibus perscriptionibúsque
C vertit: vt portēto simile videatur,tantam pecuniā populi Romani tam bre-
ui tempore perire potuisse. Perscribere Cicero vocat quod lingua nostra
registrare appellat. Vertit autem pro auertit, puto esse mendosum. Appia-
nus de hoc loquens,Octauium ita ad Antonium loquentem inducit,cum
primùm Apollonia Romam rediit audita morte Cæsaris. ὅσα δὲ τῆ καίσαρος
θυγατρὶ ἐδὴ ᾧ φόνῳ πρὸς σε μεμενήκει,ὡς ἐπ' ἀσφαλεῖ ᾗ ἀθικωτάτῳ τόπῳ οἰκίας: τὰ μὲν καμὲ
λια αὐτῶν καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα κόσμον ἔχειν ἀξιῶ σε, καὶ ὅστε ἂν ἐθέλῃς ἄλλα, παρ' ἡμῶν ἀθίλα-
βῶν. ἐς δὲ πλῆ λέγομαι σοφεῖναί μοι σ χρυσίον σ ἀθίσμον ὃ στρωθροίκα μὲν ἐς τὸν πολεμίσ
ἐκεῖνος ὃν ἐστενόα. ἀρκέσῃ δὲ καῖ μοι ἐς τεσσάκοντα μυριάδας ἀνδρῶν μόριζόμενον. Proinde quę
D à cæde statim Cæsaris transportata sunt tanquam in locum tutum è domo
tunc periculo exposita,ex iis tute ea habeto tibi,quæ in sanctiore thesauro
censebantur, cum omni alio mundo, ornamentoq;. hæc enim ego tibi au-
ctor sum vt retineas,& si quid iis amplius à nobis tibi opus esse existimaris.
cæterùm ad congiarium erogandum & persoluendum velim vt aurum il-
lud signatum reddas,quod Cæsar ad bellorum vsum comparauerat; quæ
gerenda sibi constituerat. satis autem mihi nunc erit is pecunię modus,quę
ad trecenta millia viritim diuisa suffectura sit. Tranquillus autē auctor est
Cæsarē ipsum dictatorē populo viritim trecenos sestertios legasse:pro qui-
E bus Plutarch.in Anto. & Appianus ipse quinas & septuagenas drachmas
dicunt:quod idem est,& par ad nummum summa. Plinius lib.xxxiii. Cæ-
sar primo introitu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum au-
reorum X X V I millia,& numero pondo trecenta:nec fuit aliis tempori-
bus Resp.locupletior. Sic & in impressis codicibus & in duobus antiquis
legi,vt antea dictum est. In vno autem venerandæ antiquitatis qui in rebus
meis erat,ita legitur, Laterum aureorum X V, argenteorum X X X V,&
in numero HS C C C C. quod ego interpretor sestertium quadringenties.
Locum autem mutilatum esse in vulgatis exemplaribus, ex illo vetusto

Cæsaris mortui pecunia.

Perscribere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniicio,& ex Orosio historico,qui lib.vi.sic inquit,Cæsar Romam venit, negatamq; sibi ex ærario pecuniam fractis foribus inuasit, protulitq; ex eo auri pondo IIII M C XXXV,argenti pondo propè D C C C C.Numeros tamen Orosii corruptos esse facilè ex Plinio cõiicimus: & alioquin quis credat Cęsarem ad bellum ciuile contra Senatum euntem,locupletissimum ærariũ primoribus (vt inquit Plautus)digitis delibasse? Vsqueadeo numeri per omnia in omnibus auctoribus mendosi sunt, antiquitatis culpa,quæ notarum compendiis nimium gauisa est. Verùm opulentissimum illud seculum,Augusti principatus excepit,sub quo principe latissimè patuisse Romanum imperium demonstrabimus,& priuatim publicèq; locupletissimum fuisse, licet postea Germaniæ populi multi aliique ad Arctou vergentes accesserint,à quibus principes Romani cognomina sumpserũt. Strabo enim Græcus auctor, qui Romæ diu versatus est Augusti Tyberiique temporibus,libro.xvii.circa finem ita inquit:ἐπεὶ δ' οἱ ἑωμαῖοι πᾶν ἀείσω τὸ οἰκούμενον καὶ γνωσιμωτάτην κατέχουσιν , ἅπαντας ὑποβεβληκότες τὸν πρότερον ἀγῶνα μόνον ἴσμεν,ἄξιον καὶ ἀπὸ βραχέων τοὺ τόπων εἰπεῖν. Quoniam verò Romani terræ habitabilis optimam quãq; regionem ac celeberrimam obtinent, omnes ante se populis imperitantes supergressi, duntaxat quorum memoriam notiorem habemus, dignum esse duxi vt de eorum statu breuibus disseramus. Et postpaulum,πᾶν μὲν δὴ βέλτιον χωρὶς τι παῦσαι ἔχουσιν, τἄλλα τ' ἔξω τῆ ἴσχυος, καὶ πᾶν μᾶλλον ἐπὶ ῥόην καὶ τὴ ταναΐδος παροικούντων. τ' δὲ λιβύης ἢ καθ' ἡμᾶς παραλία πᾶσα εὐσχεμόνως ἔχει. ἡ δ' ἄλλη ἀοίκητος ἐστιν,ἢ λυπρῶς καὶ νομαδικῶς οἰκῶται. ὁμοίως δὲ καὶ τ' ἀσίας ἢ καθ' ἡμᾶς παραλία πᾶσα εὐσχεμόνως ἔχει. Europam igitur ferme omnem tenent, præter eam eius partem quæ vltra Danubium protenditur,& eas gentes littorales quæ inter Rhenum & Tanaim ad oceanum vergunt. Africę autem ora quæ nobis obuersa est, omnino eis paret. reliqua autem Africæ vel ægrè habitatur,vel Nomadum more incoluntur. Similiter & Asiæ omnis ora quæ ad nos vergit,ab eis imperia accipit:nisi siquis Achæorum & Zygorum & Heniochorum rationem habendam putat, aut eorum regiones in numero aliquo habendas censet, qui & latrocinia exercent, & Nomadum vitam degunt. At vero mediterranea & interiora partim Romani obtinent,partim Parthi,& qui supra eos sunt Barbari septentrionem & orientem versus,vt Indi,Bactrii & Scythæ, inde Arabes & Aethiopes,à quibus Romani semper sensim aliquid adimunt, ditioni suæ adiungentes, προσίενται δὲ καὶ ἃ πρὸς ἑκάτερον αὐτοῖς. His verbis apparet quàm latè patuerit imperium Romanum sub Augusto. Ex sequentibus autem qualis fuerit status eius, & cuiusmodi imperitandi ratio;ταύτης δὲ τ' συμπάσης χώρας τ' κατ' ἑωμαίων, ἡ μὲν βασιλεύεται. οἳ δὲ ἔχουσιν αὐτοὶ καλέσαντες ἐπαρχίαν,καὶ πέμπουσιν ἡγεμόνας καὶ φορολόγους. εἰσὶ δέ τινες ἡ ἐλευθέραι πόλεις,αἱ μὲν ἀρχὰς ἔχουσαι καὶ αὐτὰς πεποιεῖσθαι,τοὺς δὲ ἀληθεύουσαν αὐτοὶ ἐπὶ τιμῇ. εἰσὶ δὲ καὶ φιλικαὶ πόλεις καὶ φύλαρχοι καὶ ἱερεῖς κατ' αὐτοὺς, οὓς μὲν ἐπὶ τοῖς κατά τινας πατρίους νόμους. Vniuersæ autem(inquit)huius regionis quæ Romanis paret, partim à Regibus tenetur, partim Romani ipsi tenent, & prouincias appellant, in quas & Præsides & Quæstores mittunt qui tributa exigant: in queis tamen liberæ quædam sunt ciuitates,quarum nonnullæ in Romanorum amicitiã ea

Imperium Augusti.

A ea lege venerunt : nonnullis & ipsi postea honorem habentes, libertate eas donauere.Sunt & Dynastæ quidam sub eis,id est potentatus nomine dominantes, & Phylarchi,id est gentium principes, & sacerdotia obtinentes, hi quidem ipsi legibus quibusdam suis viuentes. αἱ δ' ἐπαρχίαι διήρηνται μὴ ἄλλοπ ἄλλως,οἱ δὲ δὴ παρόντι ὡς καῖσαρ ὁ σεβαστὸς διέταξεν. ἐπειδὴ δὲ ἡ παρὸς ἐπέβλεψεν αὐτῷ πλὴ πεπαισίαν τ' ἡγεμονίας, καὶ πολέμου ἢ εἰρήνης κατέστη κύριος ὅλῃ βίᾳ, λίχα διεῖλε πᾶσαν πλὴ χώραν.καὶ πλὴ μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ,πλὴ δὲ δῆμῳ.Prouinciæ verò aliàs aliter,nec semper iisdem finibus diuisę sunt. Nunc autem eam diuisionis rationem tenẽt,

B quam Cæsar Augustus arbitratus est.Siquidem postquam ei à patria imperii summa,& pacis belliq; arbitrium perpetuum delata sunt,in duas partes vniuersam ditionem partitus est,quarum vnam sibi, alteram populo attribuit.Et sibi quidem quæcunque militari præsidio egent,retinuit, vt regiones barbaras, & gentibus nondum subactis finitimas: populo autem eam partem concessit,quæ paci acquiescens, facilè sine præsidio in officio continetur.Rursus vtrãque partem in prouincias complureis distribuit,quarũ alterę populi dicuntur. Et paulo inferius enumeratis populi prouinciis, in

C quas populus Consules vel Prætores mittebat,ita subdit, τοὺς δ' ἄλλας ἐπαρχίας ἃς ἂς ἡ μὲν πέμπει τῶν ὠνομασμένων ὑπατικὴς ἄνδρας,εἰς ἃς δὲ στρατηγικούς, ἃς ἂς ἢ μὴ ὑπατικούς,καὶ βασιλεῖς δὲ καὶ δυνάμεις,ἡ δὲ καισαρίαι τ' ἐκείνῃ μοῖρίδος καὶ εἰσὶν καὶ ὑπὲρ ἐκείνα. Alias autẽ prouincias Cæsar obtinet,ad quas regendas partim Consulares,partim Prętorios mittit,in quasdã etiã Equestris ordinis viros. Huius portionis Reges & potẽtatus & decarchię,id est decẽprimatus seu decemuiratus & sunt nũc, & semper aliàs fuerũt. Ex iamdictis forma imperii Romani, & veluti incunabula principatus monarchiæ ineuntis habentur,

D quæ mihi magnopere pertinere visa sunt ad intelligendam rationem Romani principatus.Nullus enim auctor (quod meminerim) tam apertè hæc tradidit: meliúsque ex iis Tranquilli locus in eodem Augusto intelligetur: Prouincias validiores,& quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat,ipse suscepit: cæteras Proconsulibus sortitò permisit,& tamen nonnullas commutauit interdum, atque ex vtroque genere plerasque sæpius adiit. Vrbium quasdam fœderatas, sed ad exitũ licentia præcipites,libertate priuauit:alias aut ære alieno laborãtes leuauit,aut terræ motu subuersas denuo condidit, aut merita erga Remp.allegantes, latinitate vel ciuitate donauit. Et paulò pòst, Regna quibus belli iure potitus est,

E præter pauca,aut iisdem quibus ademerat reddidit, aut alienigenis contribuit.Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus iunxit mutuis: promptissimus affinitatis cuiusque atque amicitiæ conciliator & fautor: nec aliter vniuersos quàm membra partésque imperii curæ habuit. Rectorem quoque solitus apponere ætate paruis,aut mente lapsis, donec adolescerent,aut resipiscerent:ac plurimorũ liberos & educauit simul cum suis, & instituit.Hactenus Tranquillus.Hic idem Augustus Aegyptũ post Antonium victum,& Cleopatram captam,in prouinciæ formam redegit, vt auctor est Strabo:cuius etiam arma Petronio duce in Aethiopiam penetrauerunt.Plinius lib.vii.de Aethiopia loquens,Intrauere autẽ & eò arma

Potestas à populo in Augustum trãslata, imperiumq; perpetuũ delatum.

Prouinciæ Cæsaris & populi.

De ratione Romani imperij. Augusti gesta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arma Ro. in Aethiopiã penetrauerunt.

Romana diui Augusti temporibus duce P. Petronio, & ipso Equestris ordinis præfecto Aegyptiis, oppida eorũ expugnauit quæ sola inuenerat, quo dicemus ordine. Sic enim legendum est, quanquam in omnibus exemplaribus legatur non Aegyptiis sed Aegyptus Aethiopiam expugnauit, non Petronius Aegyptiis præfectus. nota est historia ex Strabone. Aelius etiam Gallus in Arabiam felicem Augusto iubente expeditionẽ sumpsit, & multa ibi oppida expugnauit, quam tamen non subegit, deceptus à Syleo duce quodam Nabatæorum primario viro, qui diuturna ludificatione Gallũ per deserta frustratus est, exercitu interim penè consumpto: ob quam causam postea Syleus ab Augusto securi percussus est, vt auctor est Strabo lib. xvi. Nabataei tamen & Sabæi felicis Arabiæ incolæ Romanis tum parebant, vt idem auctor est, his verbis, πρῶτοι δὲ ἔσχον οἱ συλέως ναβαταῖοι τὴν εὐδαίμονα ἀραβίαν νέμοντες, καὶ πολλάκις καθεῖρξαν αὐτῶν πρὶν ἢ ῥωμαίων γενέσθαι φίλοι καὶ πρὸς καίσαρος τὸν σεβαστόν, ὥστε καὶ τὸ φρόνημα ἔπεμψεν ἃ χρὴ τὴν ῥωμαίων ἀνθησαν παρθυαίοι, καὶ καλίσας εἰς σύλλογον τίτιον τὸν ὠδισατάβητα τ' συρίας, ἢ παῖδας ὁμήρους αὐτῷ. Post Actiacam autẽ victoriam quantum opes Romanæ creuerint, ex Trãquilli verbis intelligere licet. Inuecta (inquit ille) Vrbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam rei nummariæ effecit, vt fœnore diminuto plurimum agrorum preciis accesserit. Senatorum census ampliauit, ac pro octingentorum millium summa duodecies sestertium taxauit, suppleuitq; non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diuersæ ferè summæ, modò quadragenos, modò tricenos, nonnunquam ducenos quinquagenosq; nummos: ac ne minores quidem pueros præteriit, quãuis non nisi ab vndecimo ætatis anno accipere consueuissent. Frumentum quoque in annonę difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo precio viritim admensus est. Hic si reputare velim quanti congiarium vnum ducenorum nummorum constiterit illi principi, vereor ne fidem detraham historiæ. Legitur autem apud Eusebiũ in Chronicis, post triumphum Actiacum Romę censu acto inuenta esse Romanorum ciuiũ quadragies semel centena & sexaginta millia. Domino autem nostro iam nato & adolescente, Augustum cum Tyberio quem sibi in filium adoptauerat, censum Romæ egisse, & inuenisse capitum Romanorum ter & nonagies centena & septuaginta millia. Fac igitur (vt omnia intra fidem statuam) vicies centena millia ciuium fuisse ad congiarium nomina dantium, quod ipsum ducenũm tantum nummũm fuerit, id est quinquaginta denariorum, seu selibræ Romanæ: oportuit decies centena millia pondo argenti congiarium constitisse, quod nos centies centenis millibus æstimare solemus. quòd si ducenũm quinquagenũm nummũm congiarium statuamus, viciesquinquies centena millia aureorum ad summam illam accedent. Perge porrò, & fac quadragies centena millia ciuium fuisse, & ducenties quinquagies centenis millibus id cõgiarium necessariò æstimabis. Dubium tamen esse potest vtrum congiarium Romæ tantum commorantes acceperint, an omnes ciues Romani qui ad censum nomina dabant. Orosius lib. vi. Augustum post legiones in Sicilia à Pompeio receptas, XXX millia seruorum dominis restituisse tradit, & quatuor & quadraginta legiones ad tutelam imperii per prouincias instituisse. Trãquillus de hoc ita scribit, Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit, classem Miseni, & alteram Rauennæ ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Et post aliquot versus, Quicquid autem (inquit) vbique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumq; formulam adstrinxit, definitis pro gradu cuiusq; & temporibus militiæ, & commodis missionum, ne aut ætate aut inopia post missionem solicitari ad res nouas possent: vtq; perpetuò ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequẽdosq; suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis constituit. Strabo lib. xvi. de Beryto loquens quæ est in Syria, αὕτη καταπαύθη μὲν ὑπὸ φύσωνος, ἀνελήφθη δὲ καὶ ὑπὸ ῥωμαίων, πέμψαντων δύο τάγματα, ἃ ἵδρυσεν ἀγρίππας ἐνταῦθα. Hæc euersa à Tryphone, nunc à Romanis restituta est, duas legiones admittens, quas in ea Agrippa collocauit. Illa est Berytus colonia, cuius meminit Vlpianus in Pandectis titulo De censibus, in principio. Apud Strabonem latinum Baruthus vbiq; legitur: credo, quia sic hodie vocitatur. Idem lib. xvii. de Aegypto loquens in prouinciam redacta, ὅτι δὲ καὶ στρατιωτικὸ γ τάγματα, ὧν ε̃ ἐν μὲν τῇ πόλει ἵδρυται. τὰ δ' ἄλλα ἐν τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων ἱππέα μὲν εἰσὶ σπεῖραι ῥωμαίων, ὡς ἐν τῇ πόλει, ὡς ὑπὸ τὴν ὄρων τ' αἰθιοπίας ἐν συήνῃ, φρουροῦσι τοῖς τόποις, ὡς δὲ καὶ τὴν ἄλλην χώραν, εἰσὶ δὲ καὶ ἱππαρχίαι τέσσ. Copiarum autem militarium tres sunt legiones, quarum vna in vrbe collocata, reliquæ duæ per regionẽ dispositæ, &

Parthi.

Congiaria Augusti.

Christo nato, census Romanorum capitum.

xliiii. legiones sub Augusto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter has nouem cohortes Romanæ, ternæ in vrbe, ternæ in finibus Aethiopiæ ad Syenem pro locorum præsidio: & tres per regionem sparsæ: & insuper tres equitum turmæ opportunis locis dispositæ. Libro autem quarto in mentione Britanniæ, pacatam illam prouinciã vna tantum legione contineri in officio dicit, & paruo equitatu, τὸ ὀλάχιστον μὲν ἀπὸ τάγματος χιλίοι ἄνδρες ἱππικὸν πεζόν. Lib. iii. de Hispania loquens, Betica (inquit) plebi attributa est, ad quam Prætor mittitur, qui Legatum habet & Quæstorem, ἔχων πρεσβευτὴν καὶ ταμίαν. Et pòst aliquanto, ἡ λοιπὴ δέ, ἄντικα δ' ἔξω ἡ πολέμου, δ' ἰβηρίας ὑπὸ δὲ ὑπατικῷ ἡγεμόνι, στρατίαν ἔχοντι ἀξιόλογον τειῶν πε ταγμάτων. Reliqua autem Iberiæ pars (hæc autem est plurima) à Consulari viro regitur, memorabilem exercitũ habẽte ad tres circiter legiones. Verùm hæc & alia è Græcis auctoribus citata & græce plerunque & latine in hos veluti commentarios reconditioris antiquitatis referenda esse duxi & perscribẽda. Nam cum id nõ esse discrepans generi scriptionis arbitrabar, tum verò si latina à me facta tantummodo proferrem, veritus sum ne rerum penè incredibilium fidem lectoribus parum certam facerem, vt mihi interpretes plurimi nunc faciũt, postquam pœnitere me cœpit multorũ, pudereq; quòd eorum testimoniis inconsulta securitate & penè inerti vsus essem: qua etiam & ipsi vsi sunt quælibet exemplaria inexploratò sequẽdo. Sin græca tantum verba pro testimonio protulissem, non contemnenda parte rerum enarratarum maximam partẽ lectorum fraudauissem. Verùm Romanarum legionum in Germania nõ mediocres fuisse copias oportuit, cum Trãquillus dicat Varium cum tribus legionibus & auxiliis in Germania cæsum: vnde Variana clades dicta: de qua Pli. in vii. Iuxta hæc & Variana clades, & maiestatis eius fœda suggillatio. Strabo in Cheruscis hoc contigisse tradit. Ex supradictis autem coiectura facienda in vniuersam Romani imperii amplitudinem. Huic principi Reges amici & socii populi Ro. singuli in suo quisque regno Cæsareas vrbes condiderunt, vt auctor est Tranquillus: & cuncti simul ædẽ Iouis Olympici Athenis antiquitus incohatam perficere communi sumptu destinauerunt, genioq; eius dedicare: ac sæpe regnis relictis, non Romæ modo, sed prouincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni more clientum præstiterunt. Quo quid posset honorificentius homini cõtingere, non video, à rebus quidem humanis. Ad extremum ipse moriens legauit populo Ro. quadringenties, tribubus tricies quinquies, id est vnicuique tribui centena sestertia (quinque enim & triginta tribus erant Romanæ, vt ex Cicerone nouimus de lege Agraria contra Rullum) Prætorianis militibus singula millia nummũm, cohortibus vrbanis quingenos, legionariis trecenos nummos. quam summã repręsentari iussit. nam & confiscatam semper repositamq; habuerat. Reliqua legata varie dedit, produxitq; quædam ad vicies sestertium: quibus soluendis annuum diem finiit, nec plus peruenturum ad hæredes suos quàm millies & quingenties professus, quãuis. xx. proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset, quod penè omne cum duobus paternis patrimoniis, cæteriscq; hæreditatibus in Rempub. absumpsisset. quorum verborum auctor

Cur Budæus citata é Græcis auctorib⁹ loca latina fecerit.

Variana clades sub Augusto.

Testamentum Augusti.

Tranquillus. Diximus suprà auctoritate Orosii quatuor & quadraginta legionibus Augustum rem Romanã tueri instituisse, idq; argumentis haud leuibus credendum esse collegimus. Si plenæ igitur legiones fuerunt, id est denis cohortibus constantes, quarum prima millenaria, reliquæ quingenariæ esse solebant, præter equitum alas: quantũ numerũ hominum in tot legionibus fuisse dicemus? Nam eas non plenas fuisse sub mortem Augusti Christo domino nostro recèns è virgine nato, credibile nõ est, cum omnia penè pacata essent, & in locũ demortuorũ succenturiari facilè posset: præsertim sub eo principe, qui rem militarem seueriss imè rexit, & copiarũ militarium breuiarium, quod & pyctaciũ dicitur, apud sese habuisse dicitur. Sed fuerint sanè legiones quatuor & quadraginta, non iustæ plenæq;, sed quaternûm tantum millium singulæ, vt legionariorũ peditum centum & septuaginta sex millia fuerint: vt trecenos nummos singuli acceperint, hæredibus hoc legatũ centum & triginta duobus millibus pondo argenti stetit, hoc est tredecies centenis ac viginti millibus aureorum. Quibus si nunc addamus prætorianas & vrbanas cohortes & equitatum, nescio q̃ magna summa accessura sit. Legatum autem populo & tribubus factũ paulo minus vndecies centenis millibus valet. quod ad hæredes peruenit, tricies sepcies centenis & quinquaginta millibus æstimari debet. In varia legata non dubito ingentem summam absumptam. Præter congiaria autem quæ suprà retulimus in vita sæpe dedisse (nam frumẽtationes ternas in anno quaternorum mensium, ne plebs frumẽtandi causa ab vrbe & negociis auocaretur, ex ærario publico institutas esse existimo) præter largitiones inquam iam dictas etiam opera publica plurima & magnifica extruxit, in quibus priuatas propriásque opes absumpsisse se elogio vltimo testatus est. Ex his præcipua sunt forum cum æde Martis vltoris in honorem confecti Pharsalici belli ob vltionem cædis Cæsarianæ susceptí, quo nomine etiã nummus percussus visitur. Aedes tonantis Iouis in Capitolio. templum Apollinis ea parte Palatinæ domus excitatum, quam fulmine ictam desiderari à deo Aruspices pronunciarant. addita porticus cũ bibliotheca Latina Græcáque, quo loco iam senior sæpe etiam Senatum habuit, decuriásque iudicum recognouit. Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet & vxoris sororisq; fecit, vt porticum basilicámque Lucii & Caii. Item Porticus Liuiæ & Octauiæ, theatrúmque Marcelli. Sed & cæteros principes viros, vt pro facultate quisque monumentis vel nouis vel refectis & excultis Vrbem adornarent, adhortatus est: multáque à multis extructa sunt, sicut à Martio Philippo ædes Herculis & Musarũ, à L. Cornificio ædes Dianæ, ab Asinio Pollione atrium Libertatis, à Munatio Planco ædes Saturni, à Cornelio Balbo theatrum, à Statilio Tauro Amphitheatrum, à Marco verò Agrippa complura & egregia. Idem princeps aduersus incendia excubias nocturnas vigiliásque commentus est. ad coercendas inundationes, alueum Tyberis laxauit, ac repurgauit, completum olim ruderibus & ædificiorum prolapsionibus coarctatum. Quò autem facilius vndiq; Vrbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Ariminõ tenus munien-

Legiones Romanæ.

Opera publica ab Augusto extructa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

da, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easq; & cæteras opulentissimis donis adornauit, vtpote qui in cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, gemmásque & margaritas quingenties sestertium vna donatione contulerit: quæ omnia auctore Tranquillo nouimus. Sexdecim millia pondo auri æstimatione nostra (quæ est centum duodecim aureorum & semissis in singula pondo, si eius indicaturæ aurum fuit, cuius extant Romana nomismata) duodeuicies centena aureorum millia valent: & quingenties sestertium, duodecies cẽtena & quinquaginta millia. fit summa huius donationis tricies centena & quinquaginta millia aureorum. Cum hæc & multo plura feciſſet, paulo minus (vt diximus) quadragies centena millia hæredibus reliquit: cum tanta etiam legata reliquerit: cum interim (quod mireris) ærarium publicum non attigerit: quod non suum (vt plerique sequentium principum) sed populi esse voluit. Tria enim volumina cum testamento suo reliquit: vnum, in quo mandata de funere suo complexus est: alterum, indicem rerum à se gestarum: tertium, breuiarium totius imperii, quantum militum sub signis vbique esset, quãtum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigaliorum residuis, & eorum seruorum libertorúmque nomina à quibus ratio exigi posset: vt auctor est Tranquillus. Hic nescias vtrum magis mirere, potentiámne & opulentiam Romani imperii hac ætate inauditam & incredibilem, an principis frugalitatem & diligẽtiam: qui tanta opera efficere, tot sumptus tolerare, tantisq; summis testari potuerit. Spartianus auctor est, Hadrianum, antequam Antoninum Pium adoptasset, Ceioniũ Commodũ adoptasse: ob cuius adoptionem Circenses ludos dedit, & donatiuum populo ac militibus. Quem Consulem designatum cum minus sanum videret, sæpissime dictitabat, se caducum parietem nos inclinauimus, & perdidimus quater millies sestertium, quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Hæc summa à nobis centies centena millia aureũm nostrorũ æstimatur. Is princeps cum magnificentissimus videri vellet, & à nullo magnificentia superari, cum Phrasmeni Iberorum Regi ingentia dona dedisset, & ipse vicissim ab eo visenda accepisset, & inter alia auratas chlamydes, ipse irridendis eius Regis donis, trecentos noxios cum auratis itidem chlamydibus in arenam misit cum feris depugnaturos, aut à feris laniandos. Idem Spartianus alio libro de supradicto Commodo loquens, qui Aelius Verus post adoptionem dictus est, Pro eius (inquit) adoptione infinitam pecuniam populo & militibus Hadrianus dedit: sed cum eum videret homo angutior ægerrimæ valetudinis, ita vt scutum solidius iactare non posset, dixisse fertur, Ter millies perdidimus, quod exercitui populóque pro eo dependimus. Sed quater (vt arbitror) hic vt suprà legendum est. Quin & illud mirari magnopere quis possit, quòd Augustus testamento suo inseruit, Se viginti annis proximis quaterdecies millies testamentis amicorum percepisse: quam summam non minorem quinquies & tricies centenis myriadibus aureorum coronatorum esse existimo, hoc est trecenties

Hadrian⁹.

Donatiuũ Hadriani.

ties & quinquagies centenis millibus. Hæc enim & huiusce modi credi nó possunt ab iis qui Romanorum opes publicas priuatásque animo non cõceperunt. Quotus autem quisque intra annos octingentos concepisse dici potest? Multa iam diximus de Crasso, de Pompeio, de Cæsare, & aliis permultis qui ciuile fastigium non excesserunt. Vidimus etiam quibus Romanorum victoriis luxuria Asiatica admissa sit in Vrbem & Italiam. Plinius igitur lib. xxxiii. de copia argenti loquens ita inquit, Scimus lectos mulierum iampridem totos operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidisse primus traditur Pollio Eques Romanus, non vt operiret, aut deliaca specie faceret, sed punica. Idem & aureos fecit. Nec multo pòst argentei deliacos imitati sunt. quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. paulò enim antè hæc facta sunt. Lancésque centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat, multósque ob eas proscriptos dolo concupiscentium. Erubescant annales qui bellum talibus vitiis imputauere. Nostra ætas fortior fuit Claudii principatu. Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispanię citerioris, quinquagenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat, & comites eius octingentas quinquagintaocto librarum. Quare quæso? nisi vt quammulti eas conserui inferrẽt. Quinquagenariam in omnibus libris legitur, sed tamen quingenariam lego. sensus enim omnino ita poscit. Idem, Delphinos quinis millibus sestertiũm in libras emptos C. Gracchus habuit, L. verò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centum. Confessus tamen est nunquam se iis vti propter verecundiam ausum: sicut eundem sex millibus sestertiũm in libras vasa empta habuisse: vel vt in quibusdam legitur, constat eundem. locus tamen mendæ suspectus est in dictione vasa, ex antiquo. Sestertia centum, duobus millibus & quingentis aureis à nobis æstimantur. Magnificam autem æstimatricem cælaturæ eam ætatem esse oportet, quæ vasa cælata in singulas libras senis sestertiis emeret, id est centenis & quinquagenis aureis nostris. Idem lib. xxxvi. de luxuria Romanarum ædium loquitur, quam repentè inuasisse Vrbem significare volens, Parua sunt (inquit) cuncta quæ diximus, & omnia vni comparanda miraculo antequam noua attingam. M. Lepido, Q. Catulo Coss. vt constat inter diligentissimos auctores, domus pulchrior non fuit Romæ, quàm Lepidi ipsius: at hercule intra annos trigintaquinque eadem centesimum locum non obtinuit. Computet nunc in hac æstimatione qui volet marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcherrima laudatissimáque certantes centum domos, posteáque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. Idem libro decimoseptimo, Nobilissimarum gentium ambo Crassus atque Domitius Censuram post Consulatum simul gessere, anno conditæ Vrbis sexcentesimo sexagesimosecundo, frequentem iurgiis propter dissimilitudinẽ morum. Tunc C. Domitius vt erat vehemens natura, præterea accensus odio, quod ex æmulatione auidissimum est, grauiter increpuit tanti Censorem habitare, pro domo eius millia nummorum idẽtidem

Lances argẽteæ memorabili pondere.

Plin. locus Vasa argẽtea.

Magnificę ædes Ro.

Precia domorum.

L. Crassus orator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

promittens. At Crassus vt præsens ingenio semper, & faceto lepore solers, f
concedere se respondit exceptis sex arboribus. At ne vno quidem denario
si adimerentur, emptam volente Domitio, Crassus, Vtrúm ne igitur ego
sum (inquit) quæso Domiti exemplo graui, & ab ipsa Censura mea no-
tandus, qui in domo quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habitem: an tu
qui sex arbores æstimes? Eæ fuere Loti, patula ramorum opacitate lasciuæ.
Valerius libro nono, Cn. Domitius L. Crasso Collegæ suo altercatione
orta obiecit quòd columnas Hymetias in porticu domus haberet: quem
quum continuò Crassus quanti ipse domum suam æstimaret, interroga- G
ret, atque vt respondit sexagies sestertio, Quo ergo (inquit) minoris fore æ-
stimas si decem arbusculas inde succidero? Ipse tricies sestertio, inquit Do-
mitius. Tunc ait Crassus, Vter igitur luxuriosior est? egó ne qui decem co-
lumnas centum millibus nummûm emi, an tu qui decem arbuscularum
vmbram tricies sestertiûm summa compensas? Tricies sestertium Omni-
bonus pro X X X sestertiis intellexit, cum apertè sensus refragetur. Ex his
Plin. locus restituendus. verbis Valerii intelligimus numerum in Plinio deesse. Valerius enim ante
Plinium fuit. In antiquissimo codice sic scriptū inueni, Pro domo eius HS
promittens. quod significat sestertium, sed numerus deest, quem numerum H
cum librarii vel emendatores non perciperēt, millia nummorum subdide-
runt. In eodem codice non concedere sed addicere legitur, quod mihi pla-
cuit. Verùm eas columnas Hymetias Plinius libro trigesimosexto duobus
in locis non decem sed sex fuisse dicit. Quòd si domus Crassi sexagies ses-
tertiûm æstimata fuit ab inimico, ita vt ne tanti quidem Crassus addicere
voluerit quin arbores inde tolleret, quid existimabimus de aliis quæ postea
factæ fuerunt? Siquidem L. Crassus æqualis Q. Catuli fuit, cuius paulò an-
tè mentio facta est ex Plinio. Hoc autem ex verbis Plinii intelligimus in I
eodem xvii. Crassus (inquit) orator fuit in primis nominis Romani: do-
mus ei magnifica, sed aliquanto præstantior in eodem Palatio Q. Catuli
qui Cimbros cum Mario fudit: multo verò pulcherrima consensu omniū
ætate ea in colle Viminali C. Aquilii Equitis Romani, clarioris etiam tum
iuris ciuilis scientia, cum tamen obiecta Crasso sua est. Hactenus Plinius.
Si ergo Crassus Censor ipse centum & quinquaginta millibus aureorum
nostrorum habitauit (tanti enim sexagies sestertium esse dico) nec tamen
pulcherrimam tum habuit, & quæ tunc pulcherrima domus fuit Romæ,
post trigintaquinque annos centesimam pulchritudinis notam non obti- K
nuit: quantam magnificentiam ædium Romanarum luxurię tempore cō-
cipiemus, cum nulla iam Censura timeretur? Is enim est Crassus Dialogis
Ciceronis de Oratore nobilitatus, quem Cicero meminisse potuit, non
etiam vidisse, & qui vasa argentea senis sestertiis in libras empta habuit,
si exempla non mendosa sunt in eo loco: quod minime ipse arbitror. Plu-
tarchus in Mario, de domo vel prætorio Marii loquens, circa Mise-
num ad voluptatem etiam effœminatam condito, Hanc, inquit, do-
mum Cornelia fertur quinque & septuaginta drachmarum millibus e-
misse. ταύτην λέγεται μυριάσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα πριαθαι. Postea tempore non
admodum

A admodum multo interlapso Lucius Lucullus hanc eandem quingentis
drachmarum millibus emit, & ducentis præterea. χρόνῳ δ' ὁ πάνυ πολλῷ χιλιοπλέθρου
λούκιος λούκελλος ἐνεῖπεν μυριάσιν πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων. ὅσῳ τοίχος ἀνδρωνῖτιν ἢ πολυ-
τέλειαν. vsque adeo celeriter luxuria excurrit. Posterior summa quinquaginta
millibus aureorum coronatorum valuit, & paulo plus, cum prior non ma
ior fuerit septem millibus & quingentis. Cicero autem non minoris quin- Cic. dom⁹.
quaginta millibus aureorum coronatorum habitauit. Gellius lib. xi. Cice-
ro cum emere vellet in Palatio domum, & pecuniam in præsens non ha-
B beret, à Publio Sylla qui tum reus erat, mutuò sestertium vicies tacitè acce-
pit. Ea res tamen priusquam emeret, prodita in vulgus exiuit, obiectúm-
que ei est quòd pecuniam domus emendæ causa à reo accepisset. Tum Ci-
cero inopinata opprobratione permotus, accepisse se, ac domum quoq; se
empturum negauit. Atque adeò (inquit) verum sit accepisse me pecuniam,
si domum emero. Sed cum postea emisset, & hoc mendacium in Senatu ei
ab inimicis obiiceretur, risit satis, atque inter ridendum, Ignoratis (inquit) Cicero fa-
prudentis & cauti patrissa. esse, quod emere velit, empturum sese negare cetè men-
C propter competitores emptionis? Hactenus Gellius Tanti autem æstima- dacij cri-
tam fuisse Senatus etiam decreto Cicero ipse testis est scribens ad Atticum mē diluit.
libro quarto, & de euentu actionis eius loquens quam pro domo sua ha-
buit, quæ hodie inter alias orationes extat. Secuta est (inquit) contentio de
domo. diximus apud Pontifices. acta res est accuratè à nobis: & si vnquam
in dicendo fuimus aliquid, tum profectò doloris magnitudo vim quan-
dam nobis dicendi dedit. Senatusconsultū factum est id quod ad te misi.
nobis superficiem ædium Consules de consilii sententia æstimarunt sester-
tium vicies, cætera in re valde liberaliter, Tusculanam villam quingentis
D millibus, Formianum sestertiûm ducentis quinquaginta millibus. quæ æ-
stimatio non modò vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe re-
prehenditur. Dices, quid causæ fuit? Dicunt illi quidem pudorem meum,
quòd neque negarim, neque vehementius postularim. Sed non est id. Nam
hoc quidem etiam profuisset: verùm iidem mi Tite Pomponi, iidem in-
quam illi quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt
easdem renasci. His verbis apparet domus superficiem vicies sestertium Ci-
ceroni æstimatam, etiam ab iis hominibus qui Ciceronem crescere nole-
bant. Ea autē æstimatio facta est propter P. Clodium, qui plebiscito obti-
E nuerat cum Tribunus plebis esset, vt Cicero in exilium pelleretur, & bona
eius publicarentur: quo facto disturbanda ædificia & ad solum diruenda
curauit. Cicero autem reuersus obtinuit vt publicè damnum illud sarcire-
tur. Huic æstimationi fidem facit Sallustius in Inuectiua oratione quam in
Ciceronem habuit, his verbis, Domum ipsam tuam vi & rapinis funestam
tibi ac tuis comparasti, videlicet vt nos commonefacias quàm conuersa
respublica sit, cum in ea domo habitaris homo flagitiosissime, quę P. Cras-
si viri clarissimi fuit. Et post paulum ita subdit, Sed, vt opinor, illa te magis
extollunt, quæ post Consulatum cum vxore de Republica consuluisti,
cum legis Plauciæ iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios pecunię con

Universidad de Deusto
Biblioteca

demnabas,cum tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam ædificabat,alius domum emebat. qui verò nihil poterat, hic erat calumniæ proximus.hic oppugnatum domum tuam venerat, aut insidias Senatui fecerat.denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domum praueris, Tusculanum & Pompeianum infinito sumptu exædificaueris : aut si retices, cui dubium potest esse quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuium praueris ? Ex his verbis satis appareret vicies sestertium magnam pecuniam fuisse, nec immeritò Ciceronem conquestum apud Atticum, quòd Tusculanum suum ædificium quingentis sestertiis æstimatum esset, quæ nos duodecim millia & quingentos aureos esse dicimus.Sallustius enim infinito sumptu ædificatum esse obiecit.Blondus libro nono Romæ triumphantis, in quo libro vrbis Romæ Romanorúmque magnificentiam diligenter magis quàm doctè ostendisse videtur,ait obseruasse in Epistolis Ciceronis,Ciceronem villas duodeuiginti numero habuisse, in queis præcipuas Tusculanam, Formianam, Arpinatem,Ancanam, & Pompeianam. quas tamen eum simul possedisse non credo, nec ipse Blondus affirmat. Cicero in Oratione pro M. Cælio, Sumptus vnius generis obiectus est,habitationis.X X X millibus dixistis eum habitare. Ex hoc loco coniici potest magnam esse pecuniam X X X sestertia:& præterea exemplum habemus quanti domus locarentur anniuersaria mercede.X X X sestertia ego septingentos quinquaginta aureos nostros esse dico. Ipse in Oratione pro domo sua quodam in loco ita inquit,Nihil erat latum de me:non adesse eram iussus, non citatus affueram: eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis, cuius domus in palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum Consulem transferebatur: Senatus Consules vocabat,columnæ marmoreæ ex ædibus meis inspectante populo Romano ad socerum Consulis portabantur.Sed emendandus locus in quinto Epistolarum,vbi ad P.Sestium scribens,ita inquit,Ego tua gratulatione cõmotus,quòd ad me pridẽ scripseras,velle te bene euenire quòd de Crasso domum emissem, emi eam ipsam domũ millibus nummũm X X X V aliquanto post tuam gratulationem. Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni,vt cupiam coniurare,si quisquam recipiat.Huiuscemodi menda est in X I,in epistola Decimi Bruti ad Ciceronẽ,Cum ad Remp.liberandã accessi,mihi fuit sestertiũm quatuor millibus amplius.septẽ legionum numerum alo,qua difficultate, tu arbitrare. Verum illic triciesquinquies sestertium legendum puto.Si enim superficies vicies æstimata est,potuit area quindecies addere ad precium. Huiusmodi ædificia damnosa ambitione exædificata compellás Sallustius in Catilinario, ita inquit, Operæprecium est cum domos atque villas cognoueris in vrbium modum ædificatas, vsque templa deorum quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere. Ciceronem autẽ tanti domum emere potuisse,argumentũ est id quod ipse in secunda Antoniana dicit, Hæreditatẽ mihi negasti obuenisse . vtinam hoc tuum verũ crimẽ esset.Ego enim amplius sestertiũ ducẽties acceptũ hæreditatibus

Sestertia x x x.

Cic.locus.

ditatibus retuli. quanquam in hoc genere fateor feliciorem esse te. me nemo nisi amicus fecit hæredem,vt cum illo cõmodo quod erat, animi quidam dolor iungeretur:te is quem nunquam vidisti L.Rubrius Cassinas fecit hæredem. Quibus verbis Antonium vt testamentarium ridiculè mordet.Quanta autem sit pecunia ducẽties sestertium,ex eo coniiciendũ relinquitur,quòd Cornelius Nepos in vita Pomponii Attici scribit his verbis, Habebat auunculum Cæcilium Equitem Ro.familiarem L. Luculli,diuitem,difficillima natura:cuius sic asperitatem veritus est,vt quem nemo ferre posset,huius sine offensione retinuerit beneuolentiam· quo facto tulit pietatis fructum.Cęcilius enim moriens testamento adoptauit eum,fecitq; hæredem ex dodrante. Ex qua hæreditate accepit circiter centies sestertiũ. Et infra, Cũ tanta,inquit, pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano victu mutauit,nihil de vitę cõsuetudine:tãtaq; vsus est moderatione,vt neque in sestertium vicies quod à patre acceperat, parum se splẽdidè gesserit, neque in sestertium centies affluentius vixerit quàm instituerat,pariq; fastigio steterit in vtraq; fortuna: nullos habuerit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam villam:neque in Italia pręter Ardeatinum & Nomentanum rusticum prædium:omnisq; eius pecuniæ redditus constabat in Epiroticis & vrbanis possessionibus: ex quo cognosci potest eum vsum pecuniæ non magnitudine,sed ratione metiri solitum.Hic est Pomponius Atticus Ciceronis familiarissimus, ita vt Quintus frater ei charior non fuerit:cui rei (vt eiusdem Cornelii verbis loquar) indicio sunt volumina multa epistolarum à Consulatu eius vsque ad extremũ tempus ad Atticum missarum.Quæ qui legerit,non multum desiderabit historiam contextam eorum temporum. Qui Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit. Cui ex patria fugienti sestertia ducenta & quinquaginta donauit,quæ nos sex millibus & ducentis quinquaginta aureis nostris æstimamus. Ex prædictis luculentum mihi documentum sumi posse visum est ad ea quæ agimus intelligenda.Si enim Eques Ro. splendidè vixit in vicies sestertium,ita vt in prędiorum tantum fructu non etiam fœnore redditum pecunię constitueret, oportet omnino magnam fuisse pecuniam vicies sestertium, præsertim cum is vna donatione in Ciceronem tantam pecuniam contulerit. Eodem pertinet id quod ab eodem auctore dicitur:Nec id(inquit)pręteribo,quanquam leue visum iri putem·Cum in primis lautus esset Eques Romanus,& non parũ liberaliter domum suam omnium ordinũ homines inuitaret: scimus non amplius quàm terna millia æris peræquè in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatẽ domesticis rebus interfuimus. Terna millia æris,millenos ac ducenos sestertios nummos valent,id est ære nostro triginta aureos. Sic in dies singulos Pomponius aureum vnum nostrum in sumptu domestico impendebat. quod intelligo de pulmentario sumptu: quippe elegans ille fuisse dicitur, etsi non magnificus : splendidus, etsi non sumptuosus. Vsus est enim (vt inquit idem Cornelius) familia, si vtilitate

Põponius Atticus Ciceronis familiarissimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anagnostæ serui.

iudicandum est, optima: si forma, vix mediocri. Nanque in ea erant pueri literatissimi anagnostæ: optimi & plurimi librarii: vt ne pedissequus quidē quisquam esset qui non vtrūque horum pulchrè facere posset. Pari modo artifices cæteri quos cultus domesticus desiderat, apprimè boni. Anagnostas Cornelius appellat pueros legendi peritos, quibus Pomponius super conuiuium vtebatur, vt plerique Romanorum. Nemo (inquit) in eius conuiuio aliud acroama quàm anagnosten audiuit. Verùm ex supra dictis apparet fructuosam Ciceroni atq; etiam auriferam eloquentiam fuisse. omnes enim artes olim magno cum splendore exercebantur. Non omittendum illud, quòd caput amputatum parenti eloquentiæ Romanæ, decies sestertium ab Antonio Triumuiro æstimatum est, id est quinq; & viginti millibus aureorum nostrorum. Auctorem enim Appianum habemus in IIII. Ciuilium bel. qui ducenta & quinquaginta millia drachmarum Popilio Lænę pro capite Ciceronis Antoniū dedisse scripsit. Tanti caput eloquentiæ ab inimico æstimatū est. ὁ δὲ ἀντώνιος ἥδη τοῦ μάλιστα, καὶ τὴν λοχαγὸν ἐπιφάνειαν καὶ πλέοσι τῶν ἄθλων ἰσωρίσατο, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάσιν ἀττικῶν δραχμῶν, ὡς μέγιστον δὴ τῶν ἐκ πάντων ἐχθρῶν ἡ πολεμιώτατον οἱ νομίσαντα. tametsi merces in singula capita proscriptorum erat constituta in edicto proscriptionis, vt idem auctor prodidit, his verbis, ἀναφερόντων δὲ τὰς κεφαλὰς οἱ κτείναντες ἐφ' ἡμᾶς, ὁ μὲν ἐλεύθερος ἐδωρεῖτο δισμυρίοις δραχμαῖς ἀττικαῖς καὶ πεντακισχιλίοις τοῦθ' ἑκάστης. ὁ δὲ δοῦλος ἐδωρεῖτο ἐλευθερίᾳ τοῦ σώματος, καὶ μυρίαις ἀττικαῖς, καὶ τῇ τοῦ δεσπότου πολιτείᾳ. qua ratione caput Ciceronis decuplo æstimatum fuit, quàm aliorum proscriptorum. Diximus supra Isocratem dicendi præceptorem orationem vnam talentis viginti vendidisse. Theombrotum medicum, Antiochum regem talentis centum sanasse. Apellem pictorem, sed literarum peritum, Alexandrū regem viginti auri talentis pinxisse, quanti hodie ducatus non mediocris emi possit. Singula enim talenta auri non minus senis millibus septingenis & quinquagenis solatis nostris valuerunt. Aristoteles Speusippi pauculos libros tribus talentis emit, vt auctor est Gel. Quanti igitur emptos existimamus libros Aristotelis & Theophrasti, quos Strabo lib. xiii. ab Appellicone Teio, magno argento redemptos esse tradidit, tineis iam & situ corruptos, vt qui iamdiu in terram obruti fuerant? Plinius auunculus Collectanea sua quadringentis sestertiis vēdere noluit, vt auctor est Plin. iunior lib. iii. Epistolarum, his verbis, Perire enim omne tempus arbitrabatur quod studiis non impartiretur. Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumq; commentarios C X mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipse potuisse se cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios Largio Licinio C C C C millibus nummûm. & tunc aliquanto pauciores erant. quo in loco non electorū quę latina dictio est, sed eclectorū lego. Sūt enim eclecta grecè adnotata, & ἐκλογαὶ adnotationes, & ἐκλελόμενα ea quæ legēdo adnotamus. Cę terùm quis nunc regū emere bibliothecā confertissimā decē aureorū millibus velit, quanti à Plinio ciuis vnus priuatus regesta quędā extemporanea licitari ausus est? Et Plinius tamen tāti addicere noluit. Pliniū autē iuniorē diuitem

Caput Ciceronis quanti æstimatum sit.

Quāti Pli. commētarios suos vēdere potuit.

A diuitem fuisse, multa eius epistolarū loca declarāt. Iam primum in. vii. Epistolarum ad Coreliā scribens, ita inquit, Tu quidē honestissimè, quòd tam impensē & rogas & exigis vt accipi à te iubeam precium agrorum non ex septingentis millibus, quanti illos à liberto meo: sed ex nongentis, quanti à publicanis partem vigesimam emisti. Inuicem ego & rogo & exigo vt nō solum quid te, verum etiam quid me deceat, aspicias. Et ex his verbis & ex epistola paulò superiore quam ad Fabatum scribit, apparet eum ducenta millia nummûm pro accessione precii contempsisse, emptrice etiam hoc B petente, ne ratum non habere videretur quod â liberto suo gestum erat. Idē ad Caninium, Equidem commodius nihil inuenio, quàm quod ipse feci. Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in aliēta ingenuorum ingenuarumq; promiserā, agrum ex meis longè pluris actori publico publicè mancipaui, eundē vectigali impositō recepi, tricena annua millia daturus. Per hoc enim & Reip. fors in tuto, nec redditus incertus, & ipse ager propter id quod vectigali longè supercurrit, semper dominum à quo exerceatur, inueniet. Ex his verbis apparet Plinium patrię suæ donasse annua sestertia tricena, quæ à nobis septingētis & quinquaginta aureis æstimantur, pro C quingentis sestertiis in numerato, quæ pollicitatione patriæ facta debebat, id est duodecim millibus & quingentis aureis. Qua ratione paulo plus sedecim millibus sestertiûm & quingentis, singula millia sestertiûm annua æstimauit. Idem libro v. ad Caluisium scribens: Saturninus qui nos reliquit hæredes, quadrantē Reip. nostræ, deinde pro quadrāte præceptionem quadringentorum millium dedit. Hoc, si ius aspicias, irritum: si defuncti voluntatem, ratum & firmum est. mihi autem defuncti voluntas antiquior iure est, vtique in eo quod ad communem patriam voluit peruenire. An cui de meo sedecies contuli, huic quadringentorum millium paulo amplius ter- D tiam partem ex aduentitio denegē? Sic enim in omnibus exemplaribus legitur, sed corruptissimè: quare sic locus restituendus: An cui de meo sestertium decies contuli, huic quadringenta millia. & reliqua. sicq; sensus liquidus erit. siquidem Plinius his verbis significat decies centena millia nummûm Reip. suæ antea se dedisse, & tum quadringēta millia condonare per præceptionem à se hærede relicta, quæ ipsa paulo plus tertiam partem decies sestertium efficiunt. quadringenta enim millia, tertia pars est duodecies sestertiûm: & ideo vltra decies sester. olim in remp. collatū, ait se C C C C E mil. donare tunc, vt quæ cogi non posset soluere, si iure summo vti voluisset. ita enim erat ius constitutum, vt nec hæres institui respublica, nec pręcipuum accipere ex testamento posset: vt ex cadē epistola significatur. duæ autem illæ summæ, X X X V millia aureorum nostrorum valent. Apud eundem epistola quarta ad Traianum, liberalitatem sestertii quadringentis pro quadragies legitur. Magnam enim esse pecuniā ex eo ostenditur, quod epistola alia ad eundē legitur, Theatrum domine Niceæ maxima iam parte constructum, imperfectum tamen, sestertium (vt audio) amplius centies hausit. Seruius grammaticus auctor est Virgilium poetam tres libros Aeneidis suæ Augusto recitasse, secundum, quartum, & sextum: sed sextum

Diuitię Plinij Iunioris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximè ob Octauiam Augusti sororem, Marcelli matrem, quem Marcellum Augustus sibi adoptauerat, qui periit anno decimooctauo valetudine correptus. Hæc igitur Octauia cum recitationi interesset, & Virgilius ad carmina illa venisset circa finem sexti libri quæ Marcelli luctū describunt, defecisse animo illa dicitur cum ad illud ventum est,

Heu miserande puer siquà fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris. -

Aurei Virgiliani versus.

Aegrè autem refocillata Octauia silentium Virgilio imperasse dicitur, & dena sestertia pro singulis versibus dari iussisse, qui numero sunt vnus & viginti. quod si est verum, Virgilius paucis versibus supra quinque millia aureorum meruit. De hoc poeta ita inquit Seruius, aut quicunque fuit qui eius vitam scripsit, Bona autem cuiusdam exulantis nō sustinuit accipere. possedit propè centies sestertium ex liberalitatibus amicorum: habuitq; domum Romæ in Aesquiliis, quanquam secessu Campaniæ Siciliæq; plurimum vteretur. Quæcunque ab Augusto petiit, repulsam nunquam tulit. parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit. Hæredem autem fecit ex quadrante Augustum. Centies sestertium ducenta quinquaginta aureorum millia valet: quare nō frustra Iuuenalis eius meminit vt copiosi in Satyra septima. Qui autem diligēter reputauerit commoda magistratuum non modò in prouinciis, sed etiam in Vrbe, is non mirabitur tam diuites quosdā fuisse. Argumentum eius rei ingens mihi videtur ambitus Romæ flagrantissimus, cuius vnum exemplum sat erit ex Ciceronis sumere libro secundo Epistolarum ad Quintum Fratrem. sic enim scribit, Ambitus rediit immanis. nunquam fuit par. non dico hyperbolas, vel sestertium centies constituunt in prærogatiuam pronunciare. Res ardet inuidia. Tribunitii candidati compromiserunt sestertiis C C C C in singulos apud M. Catonem depositis, petere eius arbitratu: vt qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur. Hic locus in impressis pridem libris corruptissimè legebatur, in quibus etiam numerus sestertiorum decerat: in recens impressis ne restitutus quidem satis est: quare à me citari integer non potuit. Male tamen sester. C C C C legi ex eo apparet, quòd idem Cicero libro quarto ad Atticum ita scribit de his comitiis loquens, Sequere nunc me in campum. ardet ambitus. fœnus ex triente Idibus Quintil. factum erat bessibus. Et post aliquot versus, Pompeius fremit. queritur. Scauro studet. sed vtrum fronte an mente, dubitatur. exoche in nullo est. pecunia omnium dignitatem exæquat. Messala languet: non quò animus desit, aut amicis careat: sed coitio COS. & Pompeius obsunt. Candidati iurarūt se arbitrio Catonis petituros. Apud eum sestertia quingena deposuerunt, vt qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Si locus hic non mendosus est, suprà quingentis vel quingenis potius legi debet: cui parti auctoritas Plutarchi nō Latini facti sed Græci suffragatur, his verbis, ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πλὼ ἀρχὼ μετῆσαι εἰς ταυτὸ συνιλθεῖν, παρεβάλλοντο ἑκατὸν ἕκαστον ἀργυρίου λίτρα δύο ἥμισυ μυριάδες, εἶτα μετίναι πλὼ ἀρχὼ πάντας ἐρθοὺς καὶ δικαίους. Duodecim myriades & semis drachmarum Atticarum, hoc est centum & vigintiquinque millia denariorum, quingēta millia nummûm valent, sicq; summa

Ambitus Romæ ingens fuit ob cōmoda magistratuum.

summa quadrat ad nummum. Hanc historiam tetigit Plinius in præfatione, Cum apud Catonem (inquit) ambitus hostem, & repulsis tanquam honoribus ineptis gaudentem, pecunias flagrantibus comitiis deponerēt candidati, hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summum esset) profitebātur. Verumenimuero ex verbis Ciceronis apparet animosum illum fuisse ambitum, cum in tribum vel centuriam potius prærogatiuam centies sestertium pronunciare candidati non dubitarent. Oportuit enim proportione & aliis aliquid diuidi, quę numero quinque & triginta erant, aut certè tot tribubus aut centuriis quot ad renunciationem magistratus sufficerent. Hoc ne falsum putetur, tametsi creditu difficile, Cicero præfatiuncula fidem sibi præstruit: Non dico (inquit) hyperbolas, vel hyperbolos aduerbialiter, hoc est hyperbolice. vtroque enim modo legitur. Argumentū etiā ingētis summæ est quod Cicero ambitū fœnus intēdisse dicit, & altero tanto maius fecisse, hoc est ex triente bessale. Eiusdē rei magnū argumentū apud Appianū lib. 2. bell. ciuil. De triūuiratu enim loquens Cæsaris Crassi & Pompeii, & ambitu ingenti, ita inquit: ὅ, τε λῆμος αὐτὸς ἐμμισθος ὢν τὰς χειροτονίας ἔκ. ὥφθη λίτρα ἡ μυριὰς τὰ λάντων ὀκτακισχίλια, τοῦτο δ' ἐπωνύμε χρόμενον ἀργυρίου. Deprehensa est quodā in loco summa octingentorū talentorum apud sequestres deposita pro cōsulatu adipiscendo. hæc summa non multo minor ducenties sestertio. Diximus in præcedentibus, moris fuisse apud Romanos, vt Aediles & alii magistratus ludos vel munera magnifica facerent & ederent in Theatro vel Circo vel Amphitheatro, quasi populo vniuersam quandam mercedē soluentes ob lata suffragia. Dedimus & magnificentiæ exempla, indicia omnino valida ad eam rem quam nunc ago confirmandam. Oportet enim magna fuisse commoda eius honoris qui tāti æstimetur. Nunc quanta fuerit potestas Imperatorū in bello, & Proconsulū Prætorúmque in prouinciis suis, demonstrandum est. Iamprimum Strabo lib. xii. de Cappadocia & Paphlagonia loquens à Pompeio certis finibus terminatis, ita inquit, ὕστερον δὲ οἱ τὴν ἑωμαίων ἡγεμόνες ἄλλως ἢ ἄλλως ἐποίησαν μερισμὸς, βασιλέας τε καὶ δυνάστας καθιστάντες. καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐλευθερώντες, τὰς δὲ ἐγχειρίζοντες τοῖς δυνάσταις, τὰς δ' αὖτε ἀφ' ἑτέρου πάλιν τὴν ἑωμαίων ἐῶντες. Postea autem Romanorum duces alias atque alias contributiones fecerunt, Reges & Dynastas constituentes: ciuitatúmque partim immunitate donarūt, partim potentatibus attribuerunt, partim etiam sub ditione populi Romanorúmque reliquerunt. Ex his verbis intelligimus non modò Pompeium post Ponticam victoriā hoc iuris vsurpasse, sed etiā alios Imperatores pro arbitrio suo statuere solitos de iis prouinciis quas armis domuerant. Exemplum eius rei luculentum est eodem libro. De quadam enim regione loquens campestri & ferarum copiosa, ita inquit, Huius regionis partem Amasini obtinent, partem Pōpeius Deiotaro dedit, vt Pharnaciæ & Trapezuntiæ adiacentia vsque in Colchidem & minorem Armeniam: horúmque locorū Regem eum creauit, cum aliàs haberet hæreditariam à patre tetrarchiam Galatarū qui Toliſtobogi dicuntur, καὶ τέτων ἀπέδειξεν αὐτὸν βασιλέα, ἔχοντα καὶ πλὼ πατρῴαν τετραρχίαν. Regem (inquit) horum eum creauit. Hic idem Pompeius Tigra-

Potestas Cōsulum & Prætorum Romanorum qui ductores erant exercituū.

Deiotarus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem Armeniæ Regem potentissimum, sed victoria Pompeii fractum, ad
se venientem,& diadema suum ad pedes eius demittentem,genibúsque ad-
uolutum,diadema vel tiaram regiam resumere iussit,& in sella regia sedere,
mulcta sex millium talentûm ob culpam atque iniquitatem irrogata, vt
Plutarchus auctor est:vt Appianus, sex millibus talentûm ab eo dono ac-
ceptis.Sic enim inquit in Mithridatico, καὶ ἐδίδου πομπήιος μὴ τάλαντα ἑξακισχίλια,
ἵνα πω στρατιὰν & σρακμὰς πεντήκοντα ἱκάσῳ, καὶ λοχαγῷ χιλίας, καὶ χιλιάρχῳ μυρίας. Stra-
bo rursus post aliquot chartas de Commanis Ponticis loquens,quod sacer
tium Dianæ dicatum erat, παραλαβὼν & πομπήιος πω ἱερωσύνην ἀρχέλαον ἐπέσησεν ἱερέα,
καὶ πεσσώσιον αὐτῷ χώραν ἀφόριον κύκλῳ. τόσο δ' ὅσ' ἐξήκοντα σάδιοι πρὸς τῷ ἱερᾷ, πεσσάρας
τοῖς οἰκοῦσι πεσθαρχῆν αὐτῷ. Accepto autem imperio Pompeius Archelaum sa
cerdotio præfecit,& regionem ei attribuit duorum schœnorum in circui-
tu,quæ sexaginta sunt stadia sacram vrbem ambientia:iussitq; eius ambitus
incolas imperio eius parere. Quale autem fuerit aut quàm locuples sacer-
dotium,ex eo intelligitur quod idem auctor ait his verbis, Regum Ponti-
corum tempore diebus festis qui Dianæ sacri erant, sacerdos Commano-
rum diadema regium gestabat, & secundum Regem honori habebatur.
Commana autem imperio eius suberat cum sacris seruis qui Hieroduli di
cebantur,numero non pauciores sex millibus,in quos omnifariam potesta
tem habebat, præterquam eos vendendi. Cicero autem hoc docet in lege
Agraria contra Rullum,cum dicit non licere Decemuiris à populo crea-
tis statuere de agro Pontico & Mithridatico à Pompeio capto. Itá ne vero
(inquit)hos agros regios Mithridatis,qui in Paphlagonia,qui in Ponto,qui
in Cappadocia fuerunt,cum adhuc imperator in bello versetur,in locis au
tem illis etiam nunc belli nomẽ reliquum sit,eos agros quorum adhuc pe-
nes Cn.Pompeium omne iudicium & potestas more maiorum debet esse,
Decemuiri vendent? Eodem pertinent ea quæ apud Lucanum Pompeius
ipse gloriatur in secundo Pharsaliæ,cum auxilia vndique euocanda disse-
rit,filio ob id allegato.Hoc tamen verum est, quòd ea quæ ab his impera-
toribus statuebantur,necesse erat Senatusconsulto confirmari: id quod eo-
dem in loco Strabo docet his verbis, ἀφορολημήτους & καὶ ἀπαιτήτους ὄντας, ἰσονίκων
ὧν ὥσε ταῖς τιμαῖς ἂς ἐτοίμως ὁ λεύκολλος τῆι ποντικῶν τοῖ, μὴ κυρῶσαι πω σύγκλητον. Con-
fecto autem bello Romam reuersus Pompeius, peruicit ne ea præmia quæ
Lucullus quibusdam Ponticis primoribus pollicitus fuerat,à Senatu con-
firmarentur. ἄδικον γὰρ εἶν καταρθώσαντος ἄλλα τὸν πόλεμον, τὰ βραβεῖα ἐπ' ἄλλῳ χωρίζειν, μὴ
πω τῆι ἀεισάων ἡγουμένω. Iniquum enim esse,bello eo ab alio confecto, in alte-
rius arbitrio belli præmia,& decorum militarium collationẽ manere. Ne-
mo autem ignorat Ponticum bellum Lucullum bona ex parte gessisse, sed
cum ei Pompeius ante diem successisset, conficere non potuisse : & Pom-
peium ex rebus gestis Luculli triumphasse fortunæ iniquitate,quæ Lucul-
lum summo fauore euectum,repente destituit,vt videre est Plutarchum in
Lucullo legentibus. Causam tamen præbuit Cicero, qui orationem pro
Pompeio habuit ad populum cum Præturam ipse gereret,quę Oratio pro
lege Manilia inscribitur.Ob hoc Lucullus Reip.infensus,in ocium se con-
tulit,

Sacerdotium optimum in Ponto. Hieroduli

Lucullus.

A tulit,singulariq; lautitia & splendore sumptuum vitam per omnem viuendi amœnitatem traduxit, ex ea ipse prouincia summis opibus auctus, cum tamen triumphi sui die aureum simulacrum Mithridatis sex pedum longitudinis,clypeúmque gemmis consertum, cum immani summa auri & argenti facti signatiq; in ærarium intulisset. Cicero in Pisonem præclari facinoris loco ponit quòd prouinciam contempserit.Ego Antonium(inquit) Collegam cupidum prouinciæ,multa in Remp.molientem, patientia atque obsequio meo mitigaui:ego prouinciam Galliam Senatus auctoritate
B exercitu & pecunia instructam & ornatam, quam cum Antonio communicaui,quòd ita existimabam tempora Reip.ferre,in concione deposui,reclamante populo Ro. Idem cum prouinciam Ciliciam obtineret,ad Atticum scribens de vitæ suæ integritate, Ipse, inquit,in Asiam profectus sum Tharso Nonis Ianuariis: non me hercule dici potest qua admiratione Ciliciæ ciuitatum,maximéque Tharsensium. Postea verò quàm Taurũ transgressus sum,mirifica expectatio Asiæ nostrarum diœcesum, quæ sex mensibus imperii mei nullas meas acceperat literas, nunquam hospitem vide-
C rat:illud autem tempus ante me fuerat in hoc quæstu. Ciuitates locupletes ne in hybernis milites reciperent, magnas pecunias dabant, Cyprii talenta Attica C C.qua ex insula(non hyperbolicôs loquor) nummus nullus me obtinente erogabitur. Ob hæc beneficia quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi nisi verborum decerni sino. Si hic numerus C C talenta verè apud Ciceronem legitur(vt verè legi puto)centum & viginti millia aureorum nostrorum eo nomine lucrifacere potuit si famam contempsisset.
Opulentam autem Cyprum olim fuisse ex eo coniicimus,quòd Ptolemęo Cypri Rege confiscato,Cato qui Clodii factione ad colligendam eius ga-
D zam ablegatus est, paulo minus septem millia talentûm Romam deportauit ex auctione gazæ, vt auctor est Plutarchus, ὧν & κάτωνι σωκήσαι μὲν ἀργύριον τάλαντα μυρίων ὑπὲρ πεντακισχιλίων ἐξενέγκαντα. quanquam maior ob id pecunia fuisse videtur, quòd Cato aliquando in altercatione Pompeio obiecit se ex Cypro plus auri atque argenti nullo exercitu detulisse, quàm Pompeius ex omnibus triumphis concusso terrarum orbe ipse instructus ingentibus copiis intulisset in ærarium : quo tempore Cyprus in prouinciam prætoriam redacta est factione eiusdem Publii Clodii Pulchri Ptolemæo
E infensi ob negatam ei pecuniã ad redemptionis precium cum à piratis interceptus esset.quæ historia à Strabone narratur in fine libri decimiquarti. Idẽ Cicero pro lege Manilia, Difficile est dictu Quirites quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum quos ad eas hoc anno cum imperio misimus,iniurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris vestris magistratibus religiosum, quam ciuitatem sanctam, quam domũ satis clausam ac munitam fuisse? Vrbes iam locupletes & copiosæ requiruntur,quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Idem Pisoni obiecit quòd perfidiã C C C talentis vendidisset,his verbis, Idemq; tu Rabocentum Bessicæ gentis principem, quum trecentis talentis Regi Cotto vendidisses, securi percussisti,cum ille ad te Legatus in castra venis-

Cicero prouinciã deposuit.

Commoda magistratuũ Romanorum in prouincijs.

Cypria gaza publicata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

set,& tibi magna præsidia & auxilia à Bessis equitum peditumq; pollicere-
tur. Et paulo inferius, Nonne sestertium centies & octogies, quod quasi va-
sarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributū
Romæ in quæstu reliquisti? Nonne cum ducenta talenta tibi Apollonia-
tæ Romæ dedissent ne pecunias creditas soluerent, vltro Suffidium Equi-
tem Romanum hominem ornatissimum, creditorem debitoribus suis ad-
Vasarium. dixisti? Vasarium Cicero appellat id quod publicè dabatur magistratibus,
vt muli, equi, vasa, & reliqua quæ magistratus instrumentum implerent:
id quod patet ex eo quod idem dicit in lege Agraria contra Rullum, de
Decemuiris loquens, quos Rullus creandos esse censuerat ad agros diui-
dendos, diuidendosq; per prouincias, Dat (inquit) potestatem verbo Prę-
toriam, re vera regiam: definit in quinquennium, facit sempiternam. tantis
enim confirmat opibus & copiis, vt inuitis eripi nullo modo possit. Dein-
de ornat apparitoribus, scribis, librariis, pręconibus, architectis, prętorea mu
lis, tabernaculis, centuriis, supellectili. Sumptum haurit ex ærario, suppedi-
tat à sociis. Intelligimus ergo vasarii nomine pecuniam publicè dari solitā
magistratibus euntibus in prouincias, ex qua sibi necessaria compararent: id
quod postea Augusti tempore Senatusconsulto constitutum est. Tranquil
lus in Augusto, Auctor & aliarum rerum fuit: in queis, ne acta Senatus pu
blicarentur: ne magistratus depositio honore statim in prouincias mitteren
tur: vt pro Consulibus ad mulos & tabernacula quæ publicè locari sole-
bant, certa pecunia constitueretur. Meminit eius moris Cicero in quinta in
Verrem Actione, & Lampridius in Alexandro, his verbis, Iudices cū pro-
moueret exemplo veterum, vt & Cicero docet, & argento & necessariis in-
struebat, ita vt Præsides prouinciarum acciperent argenti pōdo vicena, mu
los & equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares sin-
gulas, aureos centenos, coquos singulos: & si vxores non haberent, singu-
las concubinas, quòd sine iis esse non possint. Reddituri deposita admini-
stratione mulas, mulos, equos, muliones, & coquos: cætera sibi habituri, si
bene gessissent. Sed illa fuit priscæ seueritatis imitatio, qualis in legibus
sumptuariis intelligitur, de quibus infrà dicturi sumus. Cicero igitur Piso-
ni obiicit quòd eo tempore quo Cicero exilio mulctatus fuit, Piso & Ga-
binius prouinciarum pactione cum Clodio Pulchro Trib.pl. Ciceronis
inimico conspirarint: sicq; factum vt per Trib.pl. prouincias obtinuerint,
Gabinius Syriam, Piso Macedoniam: & Pisoni centies & octogies sester-
tium vasarii nomine decretum sit, si verus est numerus: quam totam pecu-
niam fœnore Romæ occupauit, quę nō minor fuit quadringentis & quin-
quaginta millibus aureorum nostrorum. Sunt & alia nomina pecuniæ im-
perandæ ciuitatibus, quam magistratus in rem suam vertebant: quæ Cice-
ro eadem in oratione in Pisonem persequitur. Qui modus (inquit) tibi fuit
frumenti æstimandi? qui honorarii? si quidem potest vi & metu extortum,
honorarium nominari: quod cum perequè omnes, tum acerbissimè Bœo-
tii & Byzantii, Chęronenses, Thessalonica sensit. Frumentum æstimandū
intelligo id frumentum quod in cellam Prætoris vel Consulis imperatur,

pro

A pro quo pecuniam imperabant quantam collibuerat. Honorarium appel-
lo, quod Græci ἐισόδιον καὶ ἔξοδον, id est xenium aduentitium quod datur in-
gredienti quāque vrbem Magistratui, vt hodie principibus nostris cum
primùm vrbes pompaticè ingrediuntur. Sequitur in eadem oratione, Mit-
to aurum coronarium quod te diutissime torsit, cum modò velles, modò
nolles. Lex enim generi tui & decerni, & te accipere vetabat, nisi decreto
triumpho. His accedit, quòd Romani Imperatores ciuitatem Romanam
dare poterant, vt auctor est idem Cicero in Oratione pro Cornelio Balbo,
B his verbis, Audebo etiam hoc contendere, nunquam esse condemnatum
quem constaret ab Imperatore nostro ciuitate donatum. His igitur & hu-
iuscemodi causis Romani Senatores ditescere in immēsum poterant. Au-
gusti autem tempore mirum in modum auctum est fastigium Romanū,
non modò publicum, sed etiam priuatum, licet luxus vitę diminutus esset:
exemplum prodente principe. mittebat enim in prouincias Consulares &
Prætorios & Equestris ordinis viros, quoscunque honore dignos iudica-
bat: qui etiam quò plures (vt Tranquilli verbis loquar) partem adminis-
træ Reip. caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorum,
C viarum & aquarum, aluei Tyberis, frumenti populo diuidendi, præfectu-
ram Vrbis, Triumuiratum legendi Senatus, & alterum recognoscendi tur-
mas equitum quotienscūque opus esset. Censores creari desitos longo in-
teruallo, creauit. numerum Prætorum auxit. exegit etiam vt quotienscunq;
Consulatus sibi daretur, binos pro singulis Collegas haberet. Ab iis igitur
quos locupletes nouerat ipse, exigebat vt Vrbem monumento aliquo insi-
gni ornarent. Hunc morem tenuerunt & alii principes, vt videre est apud
historicos, & Plinium in Epist. lib. ii. Firminus (inquit) inductus in Senatū,
respondit crimini noto. Secutæ sunt diuersæ sententię Consulum designa-
D torum. Cornutus Tertullus censuit ordine mouendum: Acutius Nerua in
sortitione prouinciæ rationem eius non habēdam: quæ sententia tanquam
mitior vicit, cum sit alioqui durior, tristiórque. Quid enim miserius, quàm
exectum & exemptum honoribus Senatoriis, laboribus & molestia non
carere? & reliqua quæ longius prosequitur. Cæterùm pręterquam quod su
prà ex Trāquillo diximus Augustum inuecta Vrbi Aegyptia gaza, tantam
rei nummariæ copiam effecisse, vt multum precii prædiis accreuerit, ex eo
coniicere licet homines Romanos inusitatis opibus affluentes fuisse, quòd
E intra X X annos sestertium quaterdecies millies ex amicorum testamentis
accepisse sese testatus est. Huic dicto fidem arrogat id quod apud Senecam
lib. ii. de beneficiis scriptum est, his verbis, Lentulus Augur diuitiarum ma-
ximum exemplum, antequam illum libertini pauperē facerent, quater mil-
lies sestertium suum vidit. Hic cum omnia incrementa sua diuo Augusto
deberet, ad quem attulerat paupertatem sub onere nobilitatis laborantem,
princeps iam ciuitatis & pecunia & gratia, subinde Augusto solebat queri
dicens à studiis se abductum. Quater millies sestertium dico non minorem
esse pecuniam centies centenis millibus aureorum coronatorum, ne fru-
stra putemus eum diuitiarum maximum exemplum appellatum à Seneca,

Honorariū isodiō & isodos.

Augusti tempora.

Augustus amicorum locupletator.

Memorabiles Lentuli Augu ris opes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homine ipso prædiuite, vt à Iuuenale appellatus est, & ipse fatetur apud Tacitum lib.xiiii.in oratione ad Neronẽ habita: quem Tigillinus & alii eius inimici variis criminationibus apud Neronem adorti sunt, tanquam ingentes & priuatum supra modum euectas opes in dies adhuc augeret: hortorum quoque amœnitate,& villarum magnificentia quasi principem supergrederetur. Tranquillus Lentuli his verbis meminit in Tyberio: Satis constat Cn.Lentulum Augurem,cui maximus census fuit,metu & angore ad fastidium vitę abeo actum,& vt nequo nisi ipso hærede moreretur. Verumenimuero hoc animaduersione dignum,raram auri mentionem apud antiquos reperiri,non modò pro eo quantæ priscæ ætatis opes celebrantur ab auctoribus,sed rariorem etiam quàm pro nostri temporis opulentia, & contrà quàm hodie loquendi mos inoleuerit. Quotus enim quisque in cõmemorandis opibus hodie præsertim ingentibus argenti mentionem facit? Nam in votis temerariis,quibus surdum numen Fortunam idẽtidem fatigamus,primo quoque verbo aurum nuncupari solet: tametsi apud nos in rationibus publicis ac priuatis,argenteis summis omnia transiguntur: alioquin & sponsionibus factitandis, & pignoribus deponẽdis, & circularibus fabulamentis aurum plerũque per ora hominum fertur. At verò apud antiquos argentum hominum sermone celebratius fuit. Sed præter alia (inquit Plinius) equidem mirer populum Ro.victis gentibus in tributo semper argentum imperasse,non aurum: sicut Carthagini cum Annibale victę argẽti pondo annua in quinquaginta annos. nec potest videri penuria mũdi id euenisse: nam Midas & Crœsus in infinitum possederant. Eodem pertinere videtur & illud eiusdem Plinii dictũ eodem libro, Mirum in auro cælando inclaruisse neminem,argento multos. maximè tamen laudatus est Mentor,de quo suprà diximus. Quatuor paria denique ab eo omnino facta sunt,ac iam nullũ extare dicitur. proximi Acragas & Boethus & Myfuere. Magna fama post hos celebratus est Antipater, quiq; Satyrũ in phiala grauatu somno collocauisse verius quàm cælasse dictus est Stratonicum. Laudatur & Zopyrus,qui Areopagitas & iudicium Orestis in duobus scyphis pondo.xii.æstimatis. In vetustissimo non pondo, sed HS,id est sestertium legitur: quod ego interpretor sestertium duodecies,id est cẽsu Senatorio. Nam paulò suprà dixerat, Nec copia tantum argenti fuerat vitæ, sed validius pœnæ metu precium,idq; iampridem,vt ignoscamus nobis. Delphinos quinis millibus sestertiũm in libras emptos C. Gracchus habuit. L. verò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centum: confessus est tamen nunquam se iis vti propter verecundiã ausum: sicut eundem sex millibus sestertiũm in singulas libras vasa empta habuisse. In quibusdam antiquis vtrobique pondo pro sestertiis legitur, sed male. sestertiis enim in vetustissimo legitur, quomodo & in impressis libris. Sed de hoc loco superius satis dictum est. Sequitur apud Plinium loco superiore, Fuit dein Pytheas cuius duę vnciæ X X venierunt. Vlysses & Diomedes erant in phialæ emblemate Palladium surripientes. Fecit idem & cocos Magiresia appellatos paruulis potoriis, è quibus ne exemplaria quidem

Rara auri mentio apud priscos.

Argentum hominum Romanorũ sermone auro celebratius fuit.

Auri cælaturæ rara mentio.

A quidem licet exprimere. tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Habuit & Teucer Crustarius famam, subitoq; hæc ars ita exoleuit, vt sola iam vetustate censeatur. In vetusto exemplari non viginti, sed decem legitur. vtrobique tamen deesse summa videtur. Oportet autem opus preciosum fuisse in quo tale fuit emblema. Magiresia etiam corruptum est pro magirisca, cum magiriscus diminutiuè cocũ significet apud Græcos. In antiquis etiã libris crustarius non legitur, sed sic, Habuit & Teucer famam. Verùm hoc dictum Plinii credibile facit id quod suprà de Graccho & Crasso dictum
B est, qui Censuræ tempore pœnę metu deterreri non potuerunt, quin precium argenti fabrefacti & cælati eousq; intenderẽt, vt operis æstimatio decuplo materiam argenti excederet. Hoc enim illa verba Plinii significant, Validiusque fuit pœnæ metu precium. Preciosa autem vasa esse omnino oportuit, quæ ea arte fabrefacta essent, quę iam interiissẽt propter subtilitatem. De emblematis in Annotationibus in libros iuris editis dicere me memini, cuiusmodi artis exempla hodie non visuntur. nam & ante Plinii
C ætatem ars iamdiu exoleuerat. Officinæ Parisienses maximè auro & argento fabrefacto hodie nobiles sunt, priuatim etiam vno vico aurificibus dicato. Et tamen vasa hodie pondere & inauratura censentur,& interdum pictura. In iis enim rebus & in fabrica vascularii artem consumunt. Cælatores, sigillis, & aureolis gestaminibus,& mũdo muliebri occupati sunt, quibus omnibus rebus ars nequit inclarescere. Quare hodie aurificium accessionis ferè vicem habet, olim autem precia huiusmodi rerum ex arte non
D ex materia statuebantur. Inde illud Plinii dictum lib.xxxiiii. Quondam æs confusè auro argentóque miscebatur, & tamen ars preciosior erat. Nunc incertum est, peior hæc sit, an materia: mirumq;, cum ad infinitum operum precia hæc creuerint, auctoritas artis extincta est. Quæstus enim causa, vt omnia, exerceri cœpta est, quæ gloriæ solebat: adeoq; exoleuit fundendi æris preciosi ratio, vt iã diu ne fortuna quidẽ in ære ius artis habeat. Quoniam verò iam multa de opibus Romanis, de primoribus viris,& eorum magnificentia,& immani etiam quorundã luxu diximus, & eousque summas consumptarum opum auximus, vt fidem omnino facturi non videamur, vtemur nunc & alio testimonio Plinii, vt verisimilia saltem dixisse videamur, iis quidem lectoribus qui res priscas modulis nostræ auorũmque memoriæ metientes, hactenus fidem historiæ accommodare possunt, quatenus pusilla animi sensa æstimare eos sinunt. Is igitur auctor rerum o-
E mnium memorabilium, & æstimator acutus, & admirator disertus, lib. xxxvi. post enumerata opera externa, de rebus tandem Romanis dicere ita orsus est: Verùm & ad vrbis nostræ miracula transire conuenit, nongentorũmque annorum dociles scrutari viros, & sic quoque terrarum orbem victum ostendere, quod accidisse totiens penè, quot referẽtur miracula, apparebit: vniuersitate verò aceruata,& in quendam vnum cumulum conecta, non alia magnitudo exurget, quàm si mundus alius quidam in vno loco narretur. Nam vt Circum maximum à Cæsare Dictatore extructum longitudine stadiorum trium, latitudine vnius, sed cum ædificiis iugerũm

Emblemata. Officinæ Parisienses.

Cælatores

Antiqua artificia.

Plinius auctor memorabiliũ rerum omnium.

Circus maximus à Cęsare exstructus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quaternûm ad sedem ducentorum.lx.milliũ,inter magna opera dicamus: f
nonne inter magnifica,basilicam Pauli,forumq; diui Augusti,templum Pa
cis diui Vespasiani Imperatoris Augusti pulcherrima operum quę vnquá.
Plinij loc* Lego ex vetusto exemplari,vires dociles, non viros. Basilicæ Pauli memi-
nit Plutarchus his verbis in Cæsare,vt quidem latinè leguntur·Cæsar vber-
rimas Gallorum diuitias per omnes passim magistratus hauriendas permit
tens,Curionem Tribunumplebis grandi fœnore obstrictum liberauit.Pau
lo quoque Consuli mille & quingenta sestertia prębuit,ex quibus nobilis-
simam ille in foro basilicam Fuluiæ dicatam extruxit. Quo in loco non ses G
tertia,sed talenta lego ex græco exemplari, & ex Appiano lib.ii.bel.Ciui-
lium:Paulum autem(inquit)mille & quingentis talentis eo pacto redemit,
vt neque pro illo quicquam ageret, neque contra eum quicquam molire-
tur.Curionem autem,vt pro eo in plerisque ageret, quem plurimo ære alie
no sciebat obrutum,facilè adegit. Paulus basilicam admodum splẽdidam
suo nomine ex ea pecunia extruxit. πωῦλον μὲν χιλίων καὶ πεντακοσίων ταλάντων ἐ-
πρίατο, μηδὲν αὐτῷ μήτε συμπράξαι, μήτε ἐνοχλῆσαι· κεῖνα δὲ συμπράξαν ὧδε πλείστην ἀπὸ
ἐνοχλούμενον οἴκοι χρῶν πολλῶν. Plutarchus etiam ipse in Pompeio talenta non
sestertia dixit his verbis,vt latine legimus:Cæsar multos ciues pecuniis sibi f
allexit,multos etiam primorũ muneribus placauit,inter quos Paulus Con-
sul ob mille & quingẽta talenta mutatus est, & Curio Trib.pl.ingenti ære
alieno liberatus. Diximus alibi hanc summã nongenta millia aureorũ no-
strorũ valere,ne miremur eam basilicã à Plinio inter opera magnificentiss
ma censeri.Idem Plinius,Pyramidas, regũ miramur opera, cum solũ tantũ
foro extruẽdo sestertiis mille ducentis Cæsar Dictator emerit, &(si quidẽ
Domus P. Clodij. impensę mouẽt captos auaritia animos)P. Clodius quẽ Milo occidit, ses-
tertiis cxlviii.millibus domo empta habitauerit, quod equidẽ non secus ac I
Aes alienũ Milonis. regum insaniã miror.Itaq; & ipsum Milonẽ sestertia septingenta millia æ-
ris alieni debuisse,inter prodigia humani animi duco. Hæc verba tot tan-
tisq; mendis scatent,vix vt restitui posse confidam. Primùm sestertiis mille
& ducentis pro duodecies sestertio,rarus fuit antiquis sermo , vt alibi dixi-
deinde in antiquis quibusdam numerus corruptus est,vt omnino nihil eli-
ci possit.In vetustissimo HS.li.legitur. Postremò Trãquillus in Iulio ipso
de hoc ita scribit, Nullum largitionis aut officiorum in quenquam genus
publicè priuatimq; omisit.forum de manubiis incohauit, cuius area super
sestertium millies constitit. De Clodiana autem domo vt nunc legitur, ri-
diculum est precium,quum Lucii Crassi domus,cuius Plinius meminit vt K
Plin.locus mediocris,tricies pluris vendi potuerit.Milonem autem hominem egregiè
profusum septingenta millia æris alieni debuisse,non erat admiratione di-
gnum,quæ summa multo minor est decies sestertio. Macrobius in.ii. Sa-
turn. Augustus delata ad se magnitudine æris alieni quam quidam Eques
Romanus dum vixit,excedentem ducenties celauerat , culcitrã emi cubi-
cularem in eius auctione sibi iussit:& præceptum mirantibus,hanc rationẽ
reddidit,Habenda est ad somnum culcitra,in qua ille cum tantum deberet,
dormire potuit.Planũ fit igitur locũ mendosum esse. In duobus antiquis
libris,

A libris, quos vidi,talenta D C C legitur, quod non probo,cum propterea
quòd Romani talentorum vocabulo non vtebãtur, tum quia hæc summa
minor est ducenties sestertio.at Curionẽ sexcenties sestertium debuisse, au-
ctor est Valerius lib.ix.his verbis, Consimilis mutatio in domo Curionũ Curionis æs alienũ.
extitit. Siquidem forum nostrũ, & patris grauissimum supercilium, & filii
sexcenties sestertium æris alieni aspexit,contractum famosa iniuria nobiliũ
iuuenum.de quo nonnihil suprà diximus ex secunda Ciceronis Antonia-
na.Publium autem Clodium perdita ac vecordi luxuria fuisse,ex eodem
B Valerio nouimus,his verbis de eo eodẽ in loco dicente,Publii autẽ Clodii
iudicium quanta luxuria & libidine abundauit? in quo vt euidẽter incesti
crimine nocens reus absolueretur, noctes matronarum & adolescentium
nobilium magna summa emptæ,mercedis loco iudicibus erogatæ sunt.Ci
cero ad Atticum libro primo de eo iudicio loquens ita inquit, Caluus per
vnum seruum,& quidem ex gladiatorio ludo, confecit totum negocium,
accersiuit ad se,promisit,intercessit,dedit.Iam verò(o dii boni)rem perdi-
tam,etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium
C introductiones,nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerũt.Ita sum-
mo dissensu bonorum,pleno foro seruorũ,X X V iudices ita fortes tum
fuerunt,vt summo proposito periculo vel perire maluerint , quàm perde-
re omnia.X X X I fuerunt,quos fames magis quàm fama cõmouit. De eo
iudicio iterum loquens eodem lib. Afflicta (inquit)Resp.empto cõstupra-
toq; iudicio.Omnino igitur oportet magnas has esse summas quas Plinius
ob insignẽ nequitiam insaniæ Regum Aegypti comparandas duxerit, qui
Pyramidas ipsi mundi miracula construxerunt.Vidi tria exemplaria,vt su-
prà dixi,manu scripta,in quibus ita de Clodio legitur,talẽtis ducentis X L-
D V I I emit locum quo habitauit.sensu etiam immutato, quasi aream do-
mus tanti emerit. Sæpe suprà testati sumus exemplaria Pliniana fluxam fi-
dem habere,quod ad numeros quidem & summas pecuniæ pertinet. quid
enim simile habet talentum cum sestertio? quãquam & in omnibus auc-
toribus id genus errati inualuit,vt multis exemplis docuimus. Rursus vt ses-
tertium millies legam apud Tranquillũ,adduci non possum, cum ea sum- Locꝰ Trã-
ma fidem omnino excessura sit, si superficiẽ operis proportione areæ æsti- quilli emẽ
mandam relinquamus: potiúsque sestertia mille , & apud Plinium sester- datus.
tiis mille & ducentis probarim, si alterum eligere cogar, etsi omnino mi-
nor summa est,quàm vt Plinius inter miranda poneret. Quare nihil consti
E tuo,nisi hoc tantum,quòd hic locus corruptus est. Reliqua verò ex vetu-
stissimæ lectionis obseruatione sic legenda contenderim: Et si quidem im-
pensæ mouent captos auaritia animos,P.Clodius quem Milo occidit,ses-
tertium centies & quadragiesocties domo empta habitauerit:quod equidẽ
non secus ac Regum insaniã miror.Itaq; & ipsum Milonẽ sestertiũ septin- Aes alienũ
genties æris alieni debuisse,inter prodigia animi humani duco.Vidimus su- Milonis.
prà Curionem grandi ære alieno liberatum esse à Cæsare, & hac mercede
Remp.prodidisse. Hoc æs alienũ Valerius sexcenties sestertiũ taxauit, ego
mille & quingentis millibus aureorũ nostrorum æstimo,id est quindecies

Universidad de Deusto
Biblioteca

centenis millibus. Milo vltra hanc summam ducenta & quinquaginta mil
lia aureorum debuit. Ne miremur Plinium id inter prodigia humanarum
mentium posuisse, tanti hominem obstringere se creditoribus in animum
induxisse ea lege, vt pecuniis non dissolutis solum vertendum esset, aut ne-
xum ineundum. Nondum enim scripta erat lex ob alienum, quæ est in co-
dice Iustiniani in titulo de Actionibus & obligationibus. Domum autem
illam Clodius ante paucos menses quàm à Milone occideretur, de Marco
Scauro emerat in Palatio, vt auctor est Asconius in Ciceronis Milonianá.
Ne autem miremur Milonẽ tantum æs alienum conflasse, idem Asconius
refert Milonem eo tempore Consulatus candidatum cum P. Plaucio &
Q. Metello Scipione fuisse, cum ipsi candidati non solum largitione pro-
fusa certatim populare studium emereri contenderent, sed etiam armatis fa
ctionibus succincti palam viderentur. Mense autem intercalari interfecto
iam Clodio, Milonem aduersariorum inuidia recreatum, qui curiam in-
cenderant, integrato impetu Consulatum solito etiam enixius & audacius
petere cœpisse, ita vt apertè tributim in singulos millia assium dederit ad fa
uorem conciliandum. Ex quibus verbis coniicere licet, immensam quan-
dam summam in eum ambitum effudisse, cum præter magistratum sum-
mum, quem viuo etiam Clodio petebat, accusationem etiam instantem de
cæde Clodiana ea renunciatione redimere populi fauore conaretur. A qua
spe cum decidisset, in exilium abiit. Mille asses, decem aureis nostris vale-
bant, quam mercedem suffragii viritim repręsentare Milo non dubitauit.
Nunc si quis parcus æstimator in singulas tribus (quæ trigintaquinque fue
runt) millenos redemptos suffragatores colligat, ad trecenta quinquaginta
millia hoc nomine sumptus euadet. Ob cuius rei infamiam lex statim de
ambitu à Pompeio noua & seuerior lata est. De eo Asconius ita inquit,
Milo damnatus, in exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus
est. Bona eius propter alieni æris magnitudinem semuncia venierunt. Se-
muncia venire bona sic dictum est, vt addicere nummo, de quo antè dixi-
mus: quod perinde est ac si gratuitò addicerentur. Semuncia enim hoc in
loco quartam & vicesimam partem assis nummi significat, quæ stipe no-
strate sextantem Turonici denarioli valet. Mirari hic rursus subit animo-
sum corruptorem (vt suprà diximus) Cæsarem Dictatorem, de cuius æri
alieno libro secundo dictum est, qui Paulum Consulem aureorum non-
gentorum millium æstimatione redimere non dubitarit, atque ea demum
lege, ne quid commodaret ei, modò ne quid incommodaret. Curionẽ Tri-
bunum etiam quindecies centenûm milliũ, sed eo pacto, vt penè in omnia
se addiceret, ne sexcẽtis millibus aureorum pluris sese indicasse Tribunum
quàm Consulẽ miremur. Profectò nõ video ad hanc seu magnificentiã seu
vecordiã aliquid addi posse. Cæsar enim tum ciuis tantum Romanus erat,
necdum Dictatura assumpta, & sublato Pompeio animos maiores priuato
fastigio sustulerat. Nam quæ post Dictaturam & triumphos destinauerat
(vt auctor est Tranquillus) si mors eum non occupasset, æquare potuissent
Alexandri magni incepta. Idẽ Plinius loco supradicto de Romanis domi-
bus

Mille asses valuisse aureos decẽ.

Lex de ambitu.

Semuncia venire bona.

Semuncia nummi.

Cęsar corruptor animosissim⁹.

A bus loquens, Computet (inquit) in hac æstimatione qui volet, marmorum
molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcherrima laudatissi-
maq; certantes cẽtum domos, posteaq; eas ab innumerabilibus aliis in hũc
diem victas. Profectò incendia puniunt luxum, nec tamen effici potest vt
mores aliquid ipso homine mortalius esse intelligãt, vel moralius vt in an-
tiquis. Sed eas omnes duæ domus vicerunt. Bis vidimus vrbem totam cin-
gi domibus principum Caii & Neronis, & huius quidem, ne quid deesset,
B aurea. Et paulo inferius, Non patiemur duos Caios, vel duos Nerones, ne
hac quidem gloria famæ frui, docebimúsque etiam insaniam eorum vi-
ctam priuatis operibus M. Scauri, cuius nescio an Aedilitas maxime pro-
strauerit mores ciuiles, maiusq; sit Syllæ malum tanta priuigni potentia, q̃
proscriptio tot milliũ. Hic fecit in Aedilitate sua opus maximum omniu
quæ vnq̃ fuere humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam
æternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit, scena ei triplex altitudine, tre-
centarum L X columnarum, in ea ciuitate quæ sex hymetias non tulerat
sine probro ciuis amplissimi. Iam pars scenę è marmore fuit, media è vitro,
C inaudito etiam postea genere luxuriæ, summæ tabulis inauratis columnæ,
vt diximus, imæ duodequadragenûm pedum: signa ærea inter columnas,
vt indicauimus, fuerunt tria millia numero: cauea ipsa cepit hominum
L X X X millia, cum Pompeii amphitheatri, totiens multiplicata vrbe, tã-
toq; maiore populo, sufficiat largè X L millia sedere. Reliquus apparatus
tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteraq; cura fuit, vt in Tusculanam vil
lam reportatis quæ superfluebant quotidiani vsus deliciis, incensa villa ab
iratis seruis concremarentur ad sestertia M. In antiquis nonnullis bina mil-
lia sestertia legitur, & Hermolaus, concremarentur bina millia sestertia, le-
D git ex antiquis: quod miror, cum sestertiûm in genitiuo legi debeat, vel &i-
ctio sestertia præcedere hæc duo verba bina millia, si in recto legatur. Etsi
non est is sermo è more antiquo, vt diximus: deinde non bina sed duo di-
xisset Plinius. In antiquissimo est, concremaretur ad HS. M. quod ego in-
terpretor sestertium millies, vel bis millies potius. concremaretur enim sin-
gulari numero legitur. Admiratio autem Plinii in eo consistit incendio, vt
ex verbis sequentibus apparet: Quando hoc (inquit) certè incẽdii illius prę-
mium habuit, cõuectis ex orbe terrarum rebus, vt nemo postea par esset in-
sanię illi, sed ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset. Ex his enim in-
E telligimus, incẽsa villa, colliquefacta signa ærea, & arsisse tabulas pictas im-
mensi precii, & Attalicas vestes, id est tapetas preciosissimos, quales ali-
quando Neroni quadringenties sestertium constiterunt ad triclinium or-
nandum, vt suprà docuimus ex eodem Plinio. sensus est igitur, eo incen-
dio factum vt res eximiæ ex omni parte imperii Romani conuectæ, igne
haurirentur, ita vt nemo postea imitari exemplum tanti spectaculi posset,
ac ne ipse quidem Scaurus iterum edere tale posset, si maxime cuperet. hoc
enim significant verba illa Plinii. omnino igitur sestertium millies legen-
dum est, id est vicies & quinquies centena millia aureorum nostrorum, vel
bis millies potius ex plerisque libris, id est quinquagies centena. alioquin

Dom⁹ Caligulæ & Neronis.

M. Scauri magnificẽtia portentifica.

Locus Plinij insignis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plinij loc.

ridiculus esset Plinius,qui Scaurum superasse Caium & Neronem ingenia luxu & prodigentia monstrifica dixit: de quibus postea dicemus nonnihil,si locus dicendi incurrerit. Verùm vbi legitur,reliquus apparatus tantus Attalica veste,tabulis pictis cæteraq; cura fuit,legendum censeo, cæteróque choragio fuit: admonitus ab antiquis exemplaribus, in quibus tum vorago legitur,tum corago: & à Valerio lib.ii.cuius hæc verba sunt,Claudius Pulcher scenam varietate colorum adumbrauit, vacuis antè picturæ tabulis extentam,quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Quintus Catulus prætexuit, vel prætexit. Versatilem fecerunt Lucius & Cinna locum, quem argentatis choragiis Publius Lentulus Spinter adornauit.translatum antea Phœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit. Cæterùm vbi legitur,Iam pars scenæ è marmore fuit:lego,ima pars,licet exemplaria refragétur. Ipse Plinius alibi eodem lib.M.Scauri Aedilitate ad scenam theatri temporarii,& vix vno mése futuri in vsu,viderunt portari silentio legum. Et post duos versus, Verùesto indulserint publicis voluptatibus,etiam ne tacuerūt maximas earum atque adeo duodequadragenûm pedum Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari?nec clam illud occulteq; factum est. satisdari sibi damni infecti egit redemptor cloacarum, cum in Palatium extraherentur. Ex his verbis intelligimus, dissoluto theatro, quod ad vnius circiter mensis tempus factum erat,id est quoad ludi finirentur, columnas grandissimas in atrium domus Scauri, quæ erat in Palatio,translatas. Atria enim peristyliis constant,vt videre est apud Vitruuium libro sexto,sicut & caua ædium. Addit hæc Plinius, Nec potest videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento. Iam enim Lucium Crassum oratorem illum,qui peregrini marmoris columnas habuit in eodem atrio, hymetias tamen,nec plures sex aut longiores duodenûm pedum, M. Brutus in iurgiis ob id Palatinam Venerem appellauerat. Idem alibi rursus de iis loquens qui marmora in domibus habuerunt, Inter hos(inquit) primum(vt arbitror)marmoreos parietes habuit scena Marci Scauri, non facilè dixerim, sectos,an solidis glebis politos, sicut est hodie Iouis tonantis ædes in Capitolio. Idem libro trigesimoseptimo,Gemmas plures (quod peregrino appellant nomine dactylothecam)primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus:diúque nulla alia fuit,donec Pompeius Magnus eam quæ Mithridatis Regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, vt M. Varro aliique eiusdem ætatis auctores confirmant, multum prælatam Scauri.hoc exemplo Cæsar Dictator sex dactylothecas in æde Veneris genitricis consecrauit. Et rursus libro trigesimoquarto, In M. Scauri Aedilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario theatro. Ex supradictis coniicere licet,non mirabilé sed stupendā, non magnificentiā,sed luxuriā, & portētosa impédia in apparatu ludorū Scauri fuisse, quorū vix iniri ratio potest præ magnitudine. Fuit autem Scauro(vt eiusdé Plinii verbis loquar) vitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum fectrix, & M. Scaurus pater,toties princeps ciuitatis, & Marianis sodalitiis

Dactylotheca.

rapinarum

A rapinarum prouincialium sinus,vel(vt in antiquo legitur) Mariani sodalitii rapinarumq; prouincialium sinus. Metella vxor fuit Syllę,vt auctor est Plutarchus:quam fectricem proscriptionum Plinius vocat,quasi impetratricem redemptricemq; proscriptionum quæ sub Sylla factæ sunt. Cui tamen morbo languenti Sylla repudiū misit, ne felicitas sua luctu vxoris contaminaretur,cum interim ipse epulum magnificētissimum populo instauraret decima rapinarum & proscriptionum Herculi pollucenda. Plutarch. in Publicola de templo Iouis Capitolini loquēs,quod ter incensum,quar-

B tùm à Domitiano extructum est, tanti deauratum fuisse suo tempore prodidit,vt nullius ciuis Romani priuati hominis census æquare eam impensam potuerit:quippe quod duodecim millibus talentorum deauratum sit. sic enim inquit, τότε τῶ καθ' ἡμᾶς ἦν μέγιστον ὡ ῥώμη τῶν ἰδιοτικῶν πλοῦτον ἐκλογιθέντα, ἃ δ' χρυσώσεως μὴ πλίσαι ἀνάλωμα λέγεται, πλέον ἢ δισχιλίων καὶ μυρίων ταλάντων γλιγόμενος. quod tamen opus longè minus mirandum esse domo principis ipsius ait,quę vndique auro splendebat.id quod mirum est Plinio & Trāquillum silentio prætermisisse. Quoniam autem hic liber iustam iam ma

C gnitudinem accepit, & multa nos transmittere necesse est, hac veluti coronide ex Strabone sumpta lib.v.finem ei imponemus.Is enim auctor de vrbe Roma loquens, & de Cæsaris Augusti prouidentia circa eam constituendam:Tanta autem(inquit) aquæ copia per aquæductus in vrbem inuehitur,vt amnes per mediā vrbem & per cuniculos influant:omnesq; ferme vrbis ædes,cisternas,sipunculos & salientes habeant redundantes: quibus in rebus conficiendis Marcus Agrippa operam bona ex parte nauauit, qui etiam multis aliis operibus Vrbem Romam adornauit. Ad summam, priſci illi Romani vrbis decorem neglexerunt, videlicet in aliis rebus ma-

D ioribus & necessariis magis occupati:recētiores autem,& maximè qui memoria nostra fuerunt,ne illis quidem ea in cura cesserūt,sed & vrbem monumentis permultis & speciosis impleuerūt. siquidem Pompeius,& diuus Cæsar,& Augustus,& eius liberi,amici,& vxor sororq;,omne studium in vrbe extructis operibus ornanda,sumptumq; supergressi sunt: quorū operum pleraq; habet campus Martius, ὡς δ' εἰπεῖν, οἱ παλαιοὶ μὲν τὸ κάλλος τ' ῥώμης ἐλυγίζοντ, πρὸς ἄλλοις μέζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες,οἱ δ' ὕστερον μᾶλλον οἱ καθ' ἡμᾶς, ὃ δὲ τότε κατεῤῥώννυσαν,ἀλλ' ἀναθημάτων πολλῶν καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν. καὶ τὸ πομπήιος, καὶ ὁ ϑεὸς καῖσαρ,καὶ ὁ σεβαστὸς,καὶ οἱ τότε παῖδες, καὶ οἱ φίλοι,καὶ γυνὴ καὶ ἀδελφή, πᾶσαν ἐπανθεβάλοντο σπουδὴν καὶ δαπάνην εἰς τὰς κατασκευάς, τούτων δὲ τὸ τελεῖσα ὁ μάρκιος ἔχει κάμπος. De hoc Plinius ita inquit, Agrippa verò in Aedilitate sua aduecta

E Virginea aqua,cæterisq; corriuatis atque emēdatis,lacus D C C fecit,præterea fontes C V,castella centum X X X,complura etiam cultu magnifica & operibus: Iis signa C C C ærea aut marmorea imposuit, & columnas ex marmore quadringētas,eaq; omnia annuo spatio. Adiecitq; ipse in Aedilitatis suæ cōmemorationē & ludos vndesexaginta diebus factos, & grauita præbita balnea C L X X,quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarū ductus nouissimum impendium operis incohati à Caio Cæsare,& peracti à Claudio. quippe à lapide X L ad eā

Metella vxor Syllæ.

Vrbs Roma aquæ ductib' & extructis operibus mirificè exornata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excelsitatem,vt in omnes vrbis montes leuarentur,influxere Curtius atque F
Cæruleus fontes. Erogata in id opus sestertia quingenta quinquaginta
quinq; millia.quod si quis diligentius æstimauerit aquarum abundantiam
in publico,balneis,piscinis,domibus, euripis, hortis suburbanis, villis,spa-
tiaq; aduenientis,extructos arcus, montes perfossos, valles æquatas, fatebi-
tur nihil magis mirandū fuisse in toto orbe terrarum.Idem paulo superius,
Mirabantur cloacas operum omnium dictu maximum , suffossis monti-
bus, atque vt paulo antè retulimus , vrbe pensili , subtérque nauigata. Id G
Marcus Agrippa fecit in Aedilitate post consulatum, per meatus corriua-
tis septem amnibus, cursu præcipiti torrentium modo rapere atque auferre
omnia coactis. Insuper mole hymbrium concitati vada ac littora quatiunt:aliquando Tyberis retro infusi recipiunt fluctus , pugnántque diuersi aquarum impetus intus, & tamen obnixa firmitas resistit:trahuntur moles internæ tantæ non succumbentibus causis operis. Verùm in loco superiore vbi legitur in impressis, Præterea fontes C V,in vetusto sapientes legitur: quare salientes lego. sensus enim id exposcit. Vbi autem impressi habent,erogata in id opus sestertia quingenta L V millia:antiqui nonnulli talenta,vetustissimus H S.L V.D.ordine notarum inuerso. quare sestertium quingenties quinquagiesquinquies lego. H

Plin.locus restitutus.

Gulielmi Budæi Parisiensis,à secretis Regis Franciæ, De Asse & partibus eius Liber IIII.

VENTVM iamdiu esset ad finem huius operis, nisi aliarum aliarumq; rerum recordatio subiens identidem mihi negocium facesseret. Alter nunc de integro propè instaurandus mihi labor,Persarum opes expendendæ:qui soli, Romanorū fortunam ad terminos vsque Alexandri euadere gestientem,retro in occiduam mundi partem inhibuere : à Romanis etiam ipsi longè ad orientem summoti. Herodotus Alicarnasseus libro.iii.qui Thalia inscribitur, Darium Histaspis filium , qui post Magorum cædem hinnitu equi ad regnum Persicum assumptus est,in viginti satrapias Persarum regnum distribuisse dicit,& prefectos vnicuique dedisse,& tributa stata fixaq; indidisse,ea lege dicta,vt qui argentum tributi nomine penderent, talenti Babylonii pondere: qui aurum,Euboici afferrent. Valet autem(inquit)Babylonicum talētum L X X minas Euboicas. Quare Darium apud Persas ob hanc tributi formulam constitutam capelum verbo græco,id est institorem vel negociatorem vocitatum ait. eo autem verbo hominem vt quæstuarium notabant. Cambysen verò despoten, id est dominū dictum. Nec Cyrus enim nec Cambyses tributa ad certam formulam, & præcisam redegerant necessitatem, sed dona tantum anniuersaria à Satrapiis accipiebant.

Darius Histaspis. Persarum regnum.

Babyloniū talentū.

Cambyses

A bāt.Has Satrapias,quas Nomos Herodotus appellat verbo Græco,Plinius prefecturas vertit,Laurentius portiones subabsurdè vocitauit. Herodotus igitur has seu prouincias seu præfecturas ab Hellesponto ad Indiam vsque sigillatim percensens,& quicquid vnaquæque quotānis pensitaret, tandem summā colligens, Quòd si(inquit)Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur,fient nouem millia quingenta quadraginta argenti talenta, ἐκ μὲν νὰρ ἀργύριον τὸ βαβυλώνιον, πρὸς τὸ βοϊκὸν συμβαλλόμενον τάλαντον, ἐγίν πασεραάκοντα καὶ πεντακόσια καὶ ὀνιακισχίλια τάλαντα. Aurum verò ramentitium si terdecies B expendatur ad argentum , in summa reperietur ad rationem Euboicam esse quatuor millia talentorum,sexcentaq; & octoginta, ἐκ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκατάκον λογιζόμενον ἐς ἄγμια,ἐυρίσκει ἐὸν βοϊκῶν ταλάντων ὀγδώκοντα, καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. In Laurentii interpretatione mēdose hic locus legitur. Ramentum auri,pfegma ab Herodoto dicitur,quasi auream scobem dixeris. Quibus(inquit)in vnum coactis,fit summa eorum quæ quotannis colligebantur,quaterdecies millena quingena & sexagena talenta Euboica. Suprà autem dixit,ἐκ δὲ βαβυλώνιον τάλαντον διώκατει βοϊκὰς ἑβδομήκοντα μνέας. Valet autem talentum Babylonium septuaginta Euboicas minas. Ex verbis Herodoti vt C scire non possumus quantum Euboicum talentum fuerit, ita intelligimus minus fuisse Babylonio. Nos in superioribus nonnihil de hoc diximus cū loca Liuii citaremus ex libris septimo & octauo de bello Maced. Festus Euboicum talentum quatuor millium denariorum fuisse dicit Romano nummo æstimatum.quod si est verum, apud Pliniū lib.xxxv.vbi legitur, Talentum autem Atticum(vt ait Varro)sedecim sestertiis taxatur,legendū esset Euboicum.Sedecim enim sestertia,quadraginta minas valent, & quatuor millia drachmarum. Sed apud Plinium legēdum potius existimo denariūm sex millia,quod olim sic scribebatur.X.V I.M.ex quo sedecim sesD tertia facta.Millia enim & sestertia vt idem significant, sic eadem nota scribebantur. Hermolaus Barbarus in glossematis in Plinium editis , dum auctorum magis nomenculaturæ quàm rei explicandæ studet , explanandæ huius rei difficultatem propè conclamatam reddidit, auctoritatumq; inter se pugnantium congerie veritatem obruit. Interdū enim ea culpa summis in ingeniis deprehenditur,vt ambitione instincti, omnia magis consectari, quàm veri simillimum quodque amplexari cupiant: quasi diligentiores doctioresq; quàm consideratiores existimari maluerint.Ego cum rei obscurā,& caligine quadam variantium auctoritatum obductæ,lucem aliquam E afferre magnopere laborassem , nihil appositius ad illustrandam eam obscuritatem inueni , quàm quod Pollux in nono de vocabulis rerum inquit: quod equidem miror ab Hermolao non esse animaduersum, aut certè nō explicatum:vt iudicare possis, forulos quidem eum omnes diligenter excussisse, sed volumina(quod aiunt)ad lucernam Aristophanis non semper recognouisse,ac ne Plinium quidem ipsum,in quo tam sese admiratus est, quàm Peleus in machæra gloriabatur,vt est in prouerbio. Vir alioquin & disertus & elegans,& memoriæ suæ columen : nec modò doctrina multiplici, sed etiam stylo graui,licet exultātiore ac licētiore: certè quidem scri-

Nomi.i. præfecturæ.

Herodoti locus. Pfegma.

Plinij locꝰ

Hermolaꝰ Barbarus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptor in quo candidum ingenium,& bonam mentẽ agnoscas:id quod opinione nostra multis doctis viris defuit.Cui vtinam ipsi longior vita contigisset,præclaraq; nunc opera morte eius suppressa non desiderarentur,quæ exitura annos abhinc.xiiii.audieram cum domi eius pranderem cum homine bene docto & eleganti Accursio Menerio,qui tũc legatus regius Venetiis agebat.Sed verba Pollucis hæc sunt loco supradicto,τῶν μὲν ἀκαίρων, ὅτι δὲ μυῖ ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδίωκτο δραχμὰς ἀττικάς, τὸ δὲ βαβυλώνιον ὑπακισχιλίας, τὸ δὲ αἰγιναῖον μυείας, τὸ δὲ σύρον πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν ἀττικῆς δραχμῆς λογισμόν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰς μνᾶς τὰς ἀττικὰς, τὸ μὲν ἀττικὸν ἑξήκοντα ἔχω, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ αἰγιναῖον ἑκατὸν καὶ ἀναλογῶν, ἡ μνᾶ δὲ ὡς παρ' ἀθηναίοις ἑκατὸν ἔχων δραχμὰς ἀττικὰς, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τὰς ὠδηχρείσας, διωκυλίνας πρὸς λόγον τῆ καθ' ἕκαστον ταλάντου κατά τι πλεονάκις καὶ ἀφαίρεσιν.Hoc autem non absurdum erit dicere, quòd talentum Atticum Atticas drachmas valebat numero sex millia,Babylonium septem millia , Aeginæum decem millia, Syrium mille & quingentas , duntaxat ineunda ratione secundum drachmæ Atticæ modum: quippe ea ratione qua Atticum talentum sexagenas minas , Babylonium septuagenas,Aeginense centenas proportione capiebat. Porrò mina ipsa vt apud Athenienses centenas habebat drachmas,sic apud alios quoq; totidem suas cuiusque gentis,quæ pro ratione cuiusque talenti plus minúsve valerent augmento vel decremento. Ex his Pollucis verbis ad formulam vnam omnia propemodum genera talentorum minarúmque redigere possumus.Quomodo enim Atticum talẽtum sexagenas minas Atticas capit, & mina Attica centenas suas drachmas: sic Babylonium sexagenas minas Babylonias,quæ centenas ipsæ drachmas vernaculas capiunt: & Aeginense talentum totidem minas Aeginenses : & Aegineticæ rursus minæ,centenas drachmas Aegineticas.Sic libra nostra nummaria duplex est: Parisina,& Turonensis. Parisina quinque & viginti solidorum est: Turonensis viginti.Quod ideo fit, quia viginti solidi Parisienses æquales sunt æstimatione quinque & viginti Turonensibus. quare vtraque libra vicenaria est, sed solidus tãtum refert,vt drachma apud priscos.Verumenimuero vt Babylonium talentum proportionem ephectam,id est sesquisextã,vel (vt alii loqui malunt)supersextam ad talentum habet Atticum (sexta enim pars hoc ab illo superatur)sic drachma Babylonia Atticam drachmam sesquisexta proportione superat. Et vt Aeginẽse talentum proportionem superpartientem ad Atticũ talẽtum habet, vtpote quod semel id capiat, & duas insuper eius partes (ita enim sese habet centenarium talentum ad sexagenarium)sic eandem quoque proportionem Aeginæa drachma ad Atticam drachmam habet.Hoc autem ex alio eiusdẽ auctoris loco probari potest, qui cum quodã in loco ita dicat,ἡ μὲν δραχμὴ ἔχει ὀβολοὺς ἕξ,id est,& drachma quidem obolos senos habebat:aliquanto pòst ita subdit, ἀλλὰ μὲν τὴν μὲν αἰγιναίαν δραχμὴν μέζω τῆς ἀττικῆς ἐστίν, λέγω γὰρ ἀττικοὺς ὀβολοὺς ἕξ, τὴν δὲ ἀθηναίοις παρεστῶσαν δραχμὴν ἐκάλουν, μίσει τῆς αἰγινητῶν, αἰγιναίαν καλῶν μὴ βέλοντες. Atqui Aegineticam drachmam maiorem Attica fuisse adnotandum est : vt quæ denos obolos Atticos capiat,quos Attica tantum senos:quare Athenienses crassam eam drachmam vocabant,odio Aeginetarum Aeginæam vocare grauati.Ex dictis apparet tantam habere proportionem decem obolos ad sex , quantam centum minæ habent ad sexaginta : & ea est analogia talenti Aeginæi ad Atticum talentum.Hoc Hermolaus cum non ignorauerit, tamen non explicuit vbi de talento loquitur,citandis(vt diximus)auctoribus magis q̃ rei enarrandæ intentus. Verùm Herodotus primæ præfecturæ quadringenta talenta argenti attribuit,secundæ quingenta,tertiæ trecẽta sexaginta, quartæ quingenta,quintæ trecenta quinquaginta , sextæ septingenta , septimæ centum & septuaginta,octauæ trecenta,nonæ mille,decimæ quadringenta quinquaginta,vndecimæ ducenta, duodecimæ trecenta sexaginta , tertiædecimæ quadringenta , quartædecimæ sexcenta , decimæquintæ ducenta quinquaginta,decimæsextæ trecenta,decimæseptimæ quadringenta, duodeuicesimæ ducenta,vndeuicesimæ trecenta:quorum summam non colligit, sed supputata ratione inuenio septem millia septingenta quadraginta talenta in summa esse.Atqui si talentum Babylonium proportionem haberet ephectam ad Atticum talentum:septem millia septingenta quadraginta talenta Babylonia,Attica valent talenta nouẽ millia & triginta. Si enim hanc summam,id est nouem millia & triginta partiaris septenario , numerus partiens erit mille ducenta & nonaginta,quot talẽtis crescit summa ad Atticum modum relata. At Herodotus Euboica fieri talenta tradit nouem millia quingenta & quadraginta,quæ summa maior est Atticorum talentorum summa quingentis & decem. Ita fit planum,talentum Euboicum minus esse talento Attico tribus ferè minis & triẽte. Hoc autem promptũ est sic colligere : fac vt singulis illis talentis sexagenariis,id est Atticis (quæ nouem millia & triginta esse diximus)ternæ minæ cum triente,id est tribus & triginta drachmis & tertia parte drachmæ decedant:fient vtique in summa ter nouies millia minarum,id est septem & viginti millia & nonaginta,& pro triẽte minæ,ter millia minarum & decem præterea. Hunc numerum triginta millium minarum & centum, si sexagenario partiaris , quingenta talenta & vnum confient,hoc est quingenties semel sexagenæ minæ, & sexagies quingenæ singulæ,quod perinde valet, & insuper quadraginta minæ.Sic fiunt Euboica nouẽ millia & quingenta talenta & præterea vnũ & triginta cum quadraginta minis.Rursus ex talentis illis quingẽtis & vno ternæ minæ cum triente in singula decedant necesse est, quia Attica id est sexagenaria pro Euboicis fecimus. fiunt decessionis mille & sexcentæ. At verò ex Herodoti summa decem talenta Euboica restabant, quæ quingentas & septuaginta circiter minas valent. Quòd si talentum Euboicum minus Attico fuisse tribus minis & quadrante ponamus, trecentæ tantum minæ & quadraginta excurrent,id est circiter sex talenta. Et hac vna ratione, quantum quidem obseruarim,iudicare possumus quantum talentum Euboicum fuerit. Omnino autem talẽtum Euboicum proximè ad Atticum accedit:quod quia quantum esset, satis superq; deprehensum, comprehensum,perceptúmque habemus,& omnino compertum: cætera quanta fuerint, parũ huius operis referre puto : etsi id inquisiuisse iuuat propter ope-

De talẽto dictũ Pollucis memorabile.

Talẽta omnia ad formulam vnam redacta. Atticũ talentum.

Libra Parisina, & libra Turonensis.

Talentum Euboicũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris diuerticula, quæ velut παρέργα destinato argumento appingentur oblectamenti causa. Age videamus quid vltrà dicat Herodotus de tributis Persicis, Indi(inquit)vt sunt multitudine multo numerosissima omnium quos nouimus hominum, ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum: trecenta scilicet & sexaginta psegmatis talenta, id est aurei ramenti. Ramentum auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodē auctore Chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur lib.xi.codicis Iustiniani. Aurum autem ramentitium(inquit ille)inuenitur esse taleptûm Euboicorum quatuor millium sexcentorum & octoginta, si ita ratio ineatur, vt psegma terdecies tanto argenti repēdatur. hoc enim significat verbum τεισκαιδεκατάσιον, quod vnius literæ immutatione in libris impressis aliud significat. Laurentius eius loci intelligentiam parum assecutus videtur, nisi sit error impressorum: & alioquin numerus in eius interpretatione corruptus est: quod & ex Græco contextu & ex calculo deprehenditur, ὃ δὲ χρυσίον (inquit Herodotus) τεισκαιδεκατάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα, ἐνείσκει ἐοῦσα εὑρεθῆν ταλάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ πεντακισχιλίων. Si enim terdecies trecenta sexaginta multiplices, quatuor millia sexcenta & octoginta in summa inuenies. Meminisse autem oportet id quod Herodotus antè dixerat, editō Darii cautum esse vt aurum Euboico pondere pensitaretur: alioquin non conueniret summa, si Babylonia talenta psegmatis intelligerentur, & psegma tredecies argento repensile. Congruit autem quod sequitur, numero à nobis posito, τούτων δὴ πάντων συντιθεμένων τὸ πλῆθος βύβλινα τάλαντα συνίσχυε ἐς τὸν ἐπέπεσον φόρον ἀργύρου, μύρια καὶ πεντακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα. His igitur omnibus in vnum coagmentatis, Euboica talenta numero quatuordecim millia quingenta sexaginta annuo tributo colligebantur. Quòd si Reges Persarum quaternadena millia & quingena talenta vel Attica vel Euboica ex Asia tantum, & paucis locis Libyæ tributorum nomine percepisse dicuntur, quæ nos ad octogiesquinquies centena millia aureorum nostrorū vt minimum æstimamus, quantum Romani imperii dicemus esse redditum? Præsertim cum extra eas præfecturas Persis ipsa dominatrix immunis relicta esset. sic enim inquit Herodotus, ἡ πόλις δὲ χώρη μόνη μοι ἐκ ἔρριπται ἀφορος φόρος, ἀπιλία γὰρ πίρσαι νέμονται. Persidis autem regio vna à me inter stipendiarias dicta non est. Persæ enim immunes agros colunt. Aethiopes autem & Colchi & alii quidā populi munera in Persidē quotānis afferebant: inter quos insignis est pensitatio Arabū, qui millena quotannis talēta thuris afferebāt. Sed & recentioribus seculis aucta erāt tributa prorogatione imperii Persici facta, vt auctor est Herodotus. Quare quod apud Plutarchū in Pōpeio latino facto antehac legebatur de vectigalibus & tributis imperii Romani post triumphum Ponticum, merito à nobis reprehensum est vt mendosum libro superiore. Iam primùm Antiochus ex fœdere cum L. Scipione icto, omnibus vrbibus agrisq; excesserat cis Taurum montem vsque ad Tanaim amnem, & à valle Tauri vsque ad iuga quà in Lycaoniam vergit, vt tradidit Liuius lib.viii.de bello Macedonico: quanquam apud Liuium Tanaim mendosè legi puto, & pro eo restituēdum esse Halym. Notum est enim

Ramentū. Chrysitis. Chrysammos.

Herodoti locus.

Imperium Po. Ro.

A enim ex Herodoto in primo, Halym fluuium cōfinium olim fuisse Lydorum & Medorum imperii. Meminit etiā Plinius Halyos fluminis in sexto, à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamq; decurrentis. Ab his autem finibus ad Hellespontū Asia est propriè dicta, à mari Aegæo & Ponti- Asia proprie dicta.
co ambientibus in peninsulam conformata, intra quam Lydii regni fines circunscribuntur, vnde Crœsi circunfluentes diuitiæ in prouerbium cesserunt. In ea Asiæ parte Herodotus tres præfecturas ponit, millena ducena sexagena Babylonia talenta annuo tributo pensitantes, quæ ratione Attica
B millena & quadringena & septuagena valent, ære autem nostro octingena & octuagena bina aureorum millia. Romano more sestertium trecenties quinquagies bis paulo plus dicitur. Atqui apud Plutarchum legitur ante triumphum Pompeianum vniuersa populi Romani tributa quinquagies decies centena millia fuisse: cum iis verò quæ Pompeius Populo Ro. in ea expeditione quæsiuit, octuagies quinquies decies cētena millia fuisse. Prior summa quingēties sestertium dici latine potuit, id est mille & ducēta quinquaginta millia aureorum. Altera trecēties & quinquagies sestertium priori summę addidit, vt fuerint vniuersa populi Ro. vectigalia & tributa cum
C augmento triumphi Pompeiani, vicies semel centena vicenaquina millia aureorum nostrorum, cum Pompeius imperio populi Romani adiecisset Ciliciam, Syriam, Phœniciam, Palæstinen, Iudæam, Mesopotamiam, Cappadociam, Armeniam, Colchidem, Iberiam, Albaniam, Scythas, & Arabiæ partem. A Cilicia autem Phœnicia & Syria Palæstinæ vsque ad fines Syrię & Aegypti octingenta quinquaginta talenta Darium tulisse quotānis Herodotus tradit: à reliqua Syria & Mesopotamia, non minus quingētis, quæ ad Atticam rationem relata, octingenta decem millia aureorum nostrorū valent. Ita paucæ prouinciæ summam illam quæ apud Plutarchum legi-
D tur, pendere populo Romano potuerunt, absque Cappadocia, Armenia, Colchide, Iberia, Albania, & Scythis, & Arabia, quas inter stipendiarias nō numero. Quapropter Pompeius pro concione gloriatus est (vt auctor est Plinius lib.vii.) Asiam se vltimam prouinciarum accepisse, eandemq; mediam patriæ reddidisse: de Asia Cherroneso, id est peninsula loquens (quā propriè Asiam esse vocitatam diximus) Lydiorum olim regno, nunc Turcarum imperio. Hæc ab Antiocho, bello Asiatico ablata fuerat: & ei post- Cherronesus.
ea Pompeius illas prouincias adiecit. Nunc si iam dictis Peloponnesum,
E Helladem, insulas Cycladas, Sporadásque, atque vno nomine Græciam, Thessaliam, Epirum, Macedoniam, Illyricum, Italiam omnem, Siciliam, Sardiniam & Corcyram, & superi inferiq; maris insulas, populos Alpinos & Narbonensem Galliam, cum citeriore vlterioreq; Hispania, & Africam adiecerit (hæc enim omnia iam tum sub ditione Romana regebantur) quā summam tributorum colligere debeamus, æstimandum lectoribus relinquimus. Meritò ergo illam Plutarchi summam ad drachmas Atticas non ad nummos sestertios referendam censuimus: qua ratione quadruplicata redit summa: quanquam eo tempore nec Aegyptus, nec reliqua Gallia, nec Britānia, nec Germania Pannoniaq; imperio Romano parerent. Diximus

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà de statu imperii sub Augusto. Appianus autem, quem latinè tantum
versum videre nobis contigerat eo tempore quo hæc primùm edidimus,
in præfatione historię, terminos Romani imperii sub Hadriano principe,
quo tempore ipse historiam scripsit, latè describés, ponit terminos ab Her-
culeis columnis ad Aethiopas orientales, quod ad Libyam pertinet: Asia-
næ autem ditionis terminos facit Euphratem fluuium, & Caucasum mon-
tem, maioriſq; Armeniæ principium, & Colchos ad Euxinum pontum ha-
bitantes. In Europa autem Rhenum & Histrũ fines Romani imperii fuis-
se dicit. Omnes autem insulas quæcunq; intra mare interius sunt sitæ, Cy-
cladas, Sporadas, Hyadas, Echinadas, & quæcunq; magnæ dicuntur à Grę-
cis circa Libyam, Ioniam, Aegyptum, Myrtoum vel Siculũ, & aliud quo-
cunque nomine mare dictũ: Romano imperio paruisse tum affirmat. Ro-
manos autem Regibus exactis vsque ad septingentesimum annum sub sta-
tu populari & ciuili, qui politia græce dicitur, imperium suum propagasse,
quoad Caius Cæsar qui Dictaturam perpetuam susceperat, Republica op-
pressa, & in potestatem suam redacta, reuera principem egit, licet nomen
Reip. antiquari noluerit: à quo tempore ad Appiani historiam ducẽti pau-
lo minus anni intercesserunt, quibus Romanum imperium vnius semper
arbitrio rectum est, perinde atque in regno fieri solitũ est: hoc tantum in-
teresse, quòd regio nomine principes abstinuerunt, Imperatores se dici con-
tenti, quo nomine temporarii duces Romani populi censebantur, nempe
annua potestate creati. Eo autem spatio ducentorum annorum rem Ro-
manam mirum in modum creuisse dicit, suoq; tempore eam hominũ ex-
pectationem fuisse, vt porrò progressura videretur, blandiente magis ma-
gisq; in dies rerum successu. καὶ ἔστιν ἅπαντα ἡ ἀρχὴ μέχρι νῦν ἐφ' ἑνὶ ἄρχοντι, ὃν βασιλέα
μὲν οὐ λέγουσιν, ὡς ἐγώ γε νομίζω, τὸν ὅρκον αἰσχύνεσθαι τὸν πάλαι· αὐτοκράτορας δὲ ὀνομάζουσι, ὃ
τῇ πρὸς καίσαρα γραπτῇ ὄνομα ἦν, ἐστὶ δὲ ἔρχα τὰ πάντα βασιλέως. ἡ δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ τοῖς
τοκράτορσιν ἐς τὸν παρόντα χρόνον ἐγκυτάτω διῆκοσίων ἐτῶν ἄλλων. οὐ δὲ ἔτι πόλις μᾶλλον κα-
τεκοσμήθη, καὶ ἡ πρόοδος ὧδε ἐπλέστη ηὐξήθη, καὶ πάντα οὐ ἐρήμῃ μακρᾷ καὶ εὐσταθεῖ πρὸς πόλεμον
εἰς εὐδαιμονίαν ἀσφαλῆ. Eam tamen Romanis mentem fuisse, vt nominis sui fa-
mam propagare inter Barbaros, magis quàm terminos prorogare imperii
sui cuperent, vidisseq; se nonnullarum gẽtium legatos ad Imperatorem cum
potestate missos, vt gentem suam quisque Romano imperio dederent, nec
tamen admissos, quòd Romanus Imperator sua interesse non arbitraretur
feris & inopibus imperare populis. Nam & eorum qui imperio parerent,
aliquos plus incommodi quàm commodi afferre: sed quos derelinquere
atque abiicere pudet, in eos etiam de suo erogant. καὶ τὴν ὑπηκόων ἐνίοις πρόσοδον
λίσκουσιν, αἰδούμενοι καὶ πρὸ ὠφελείας ὄντας. Plurimi etiam eorum qui dicto Roma-
nis audientes non essent, Reges tamen & principes à Romanis petere soli-
tos & accipere. Magnitudinem verò Persarum imperii percensens, quod
ex Assyriorum, Medorum, Persarumq; regnis coaluit, nequaquam cum di-
midio imperii Ro. comparari iure posse contendit. Nam imperium Ale-
xandri (quod celerius aleæ iactu vel fulgetræ potius emicantis, in modum
inusitatum, & in gradum nulli alii imitabilẽ euasit) in membra distractũ est
mortuo

Termini Imperij Ro. Appiano æqualis Hadriani principis fuit.

Imperium Romanũ ad monarchiam deuenit.

Principes Romani regio nomine abstinuerunt.

A mortuo statim Alexandro. Suis verò regibus solis, id est Aegypti, scribit pe
ditum equitumq; & apparatus terrestris ac maritimi ingentes copias fuisse,
& Aegyptiorum talentũm quatuor & septuaginta millia in thesauris con-
dita. Sic enim in exemplari latino scriptũ est, quod circunfertur: quare ver-
ba ipsius Appiani adscribenda censui. ὡδὶ δὲ ἀλιξάνδρου μεγίθους καὶ πλήθει καὶ εὐ-
τυχίᾳ καὶ ταμιεύσεως ἐξελάμψασα ἡ ἀρχὴ, καὶ ὀλίγου δεῖν εἰς ἄπειρον καὶ ἀμίμητον ἐλθοῦσα, ἐξ-
ἡλθε βραχύτατα τῷ χρόνῳ προσοικεῖα ἀστραπῇ λαμπρᾷ, ὅσον μὴ ἐξελυθέσης εἰς πολλὰς σαυρακέας
ὠθισθῆναι ἠξίωσε τὰ μέγιστα. Deinde enumeratis copiis ad vsum belli terrestris,
B quas ducenta millia peditum fuisse dicit, & quadraginta equitum, elephan
tos bellatores trecẽtos, currus præliares ad duo millia, armorum ad supple-
mentũ trecenta millia, ad bella autem naualia, nauigia actuaria aliáque mi-
nora duo millia, triremes ab hemioliis ad quinqueremes mille & quingen-
tas, & alia ad nauigationes amœnas, & voluptatis gratia comparatas, & ad
ostentationem octingenta, ad extremum ita subdit: χρήματα δὲ ἐν τοῖς θησαυροῖς
τέτταρες καὶ ἑβδομήκοντα μυριάδες ταλάντων αἰγυπτίων. ἐς γὰρ λεπτὸν παρασκευὴν τε καὶ σρα-
τιὰς, ἐκ τῆς βασιλικῶν ἀναγραφῶν φαίνεται πεφαγώτι καὶ καταλιπὼν ὁ λιβύπρος αἰγύπτε
βασιλεὺς μετ' ἀλέξανδρον, ὃς καὶ πρίσαι δυνατώτατος ἦν βασιλέων καὶ δαπανῆσαι λαμπρότα-
C τος, καὶ κατασκευάσαι μεγαλεργότατος. In numerato verò in thesauris erant qua-
tuor & septuaginta myriades talentorum ægyptiorum. tantum enim ap-
paratum, ac tam amplas opes fuisse, ex actis & commentariis apparet secun
di ab Alexandro regis, qui & ad annuos redditus potentissimus, & ad sum-
ptus splendidissimus, & ad opera facienda magnificentissimus omnium
regum fuit. Hactenus Appianus. Quatuor & septuaginta myriades Roma-
no sermone septingenta & quadraginta millia dicuntur. Quod si emenda-
tè legitur, talentum Aegyptium minimum fuisse intelligere debemus ex iis
quæ infrà commemorabimus. Redditus verò imperii Ro. nec dicere quis-
D quam (vt opinor) nec animi certa coniectura assequi potest, nec aliquis scri-
ptorum aliquid de ea re tradidit quod magnopere memorandum sit. Sed
nec semper eadem ratio fuit, sed alia atque alia pro conditione temporum.
Si tamen de hac re commentari quenquam iuuat, primum hoc scire opor-
tet, ærarium Romanum ex vectigalibus & tributis cõstitutum fuisse, quo-
modo & hodie nostrum. Vectigalia trium generum fuerunt, ex agrorum
culru, ex mercium traiectu, & ex pascuis. Primum decimæ, alterum porto-
rium, tertium scriptura appellabatur: & præter hæc salariũ. Cicero de im-
E perio Cn. Pompeii, Nam in cæteris rebus cum venit calamitas, tum detri-
mentum accipitur: at in vectigalibus non solum aduentus mali, sed etiam
metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copię nõ longè absunt,
etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura de-
seritur, mercatorum nauigatio cõquiescit. Ita neque ex portu, neque ex de-
cimis, neque ex scriptura, vectigal conseruari potest. Quo tandẽ animo esse
existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atq;
exigunt, cum duo Reges cum maximis copiis propè adsint? cum vna ex-
curso equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre possit? cum
publicani familias quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus at-

Ærarium Romanũ ex trib° ge neríb° red ditus con- stitutum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Salinator vnde dict' Tributũ Romæ, p modo cẽsus conferebatur.

que custodiis magno periculo se habere arbitrentur? Salinas Ancus Martius Romanorum Rex tertius instituit, vt auctores sunt Liuius & Plinius. Sed salarium vectigal Liuius in Censura commentus est, ob id Salinator postea dictus, vt auctor est Liuius lib. vndetrigesimo. Tributa autem pro modo census cuiusque conferebantur: cuius rei tenuia documenta apud scriptores reperiuntur, quantum equidem meminerim. Liuius lib. ix. de bello Maced. de Censura Catoniana loquens, In censibus quoq; accipiedis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta, & vestem mulierem, & vehicula quæ pluris quàm quindecim millium æris essent, in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis X X, quę post proximum lustrum X millibus æris aut eo pluris venissent, vti ea quoque decies pluris quàm quanti essent æstimarentur, & his rebus omnibus terni in

Attribui.

millia æris attribuerentur. Attribuerentur hoc loco significat tributi nomine statuerentur. Ergo Cato deterrere volens homines à luxu, pluris decies delicatã vestem & venusta mancipia, q̃ quãti vẽdi possent, æstimauit, & in æris singula millia ternos asses tributi cõstituit. Tacitus lib. xiiii. Eodem anno crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorum arguentis, dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet, idq; pulcherrimum donum generi mortalium daret: sed impetum eius multum prius laudata magnitudine animi attinuere Senatores, dissolutionem imperii docendo, si fructus quibus Resp. sustineretur, diminuerẽtur. quippe sublatis portoriis, sequens vt tributorum abolitio expostularetur. temperandas planè publicanorũ cupidines: ne per tot annos sine querela tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent. Ergo edixit princeps, vt leges cuiusque publici occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones non vltra annũ resumerent: Romæ Prætor, per prouincias qui pro Prætore aut Consule essent, iura aduersus publicanos extra ordinem redderẽt: militibus immunitas seruaretur, nisi in iis quæ veno exercerent: aliaq; admodum æquaquæ breui seruata, dein frustra habita sunt: manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæq;, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud transmarinas prouincias frumẽti subuectio: & ne censibus negociatorum naues adscriberentur, tributumq; pro illis penderent, constitutum. Nonnihil etiam de hoc dicitur in l. Forma, in titulo de censibus, in Pandectis. Strabo de Britannia loquens lib. iiii. quam vectigalem sub Augusto factam fuisse dicit, τέλη π ὔντως ὑφιέναι βαρέα πᾶσι τοῖς εἰσαγομένοις ὐπὸ πλῶ κελτικῶ καὶ τῆς ἱβηρομένους. Vectigalia etiam sic tolerãt gravia earum rerum quæ in Galliam importantur, aut quæ inde exportantur. Et rursus, Ita nullo iam præsidio ad insulæ custodiam opus est. non enim vna plus legione opus est ad exigenda ab eis tributa. Constituta autem erat omnis impensæ ratio exercitui pro modo tributorum: alioquin minui necesse erat vectigalia, si tributa insuper imperarẽtur. Quod si vis inferretur, periculum esset ne ad defectionem solicitarentur. Sic enim illa Strabonis vertenda mihi verba visa sunt, εἰς ἴδιον δὲ καθίσαι πᾶν τ ἀνάλωμα τῆ στρατείᾳ δεῖς πεφορμένοις χρήμασιν, ἀνάγκη γὰρ μείζως τὰ τέλη φόρων ὐπερβαλλομένων. ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπαντᾶν

A ἀπιστᾶν τινὰς βίας ἐπαισιμένης. Age citanda vna auctoritas insignis ad coniecturam faciendam in vniuersas opes Romani imperii. ea erit ex eodem auctore lib. xvii. quo in loco Strabo ostendere volens magnitudinem reddituum eius prouinciæ, ita inquit, τ αἰγύπτ δὲ τὰς πεσόδους ἔν τινι. λόγῳ κικέρων φησίν, φάσκας κατ' ἰδιωτὸν ὅτ τ κλεοπάτρας πατεὶ ὅτ ἀνλητῆ πεσφέρειαθ φόρον ταλάντων μυρίων διχλίων πεντακοσίων, ὅσσ δὲ ὁ κάκιστα καὶ ῥᾳδιομότατα πὼ βασιλέων διοικῶν τοσαῦτα πεσοσθῆναι, τί χὴ νομίσαι τὸ νῦ ἀφ' ὅσαντῆς ὠδημελείας οἰκονομέμενα, καὶ τῆ ἰνδικῶν ἐμφρείων καὶ τῆ φωλοσυτικῶν ὠδηνεγμένων ὠδὲ ὅσοθεν; Aegypti autẽ (inquit Strabo) redditus, Cicero quadam in oratione eleganter explicans, Auletæ patri Cleopatræ dicit talenta duodecies millena & quingena quotannis ex Aegypto obuenisse. Quare si is Rex, qui & dissolutissimè & nequissimè regnum administrauit, tantũ annuæ obuentionis habuit ex Aegypto, quid nunc existimare conuenit, quantíque æstimare redditum eiusdem prouinciæ tanta prouidentia administratę, præsertim Indicis negociationibus & Troglodyticis vsqueadeo adauctis? deinde hæc addit, Siquidem superiore tempore ne viginti quidem nauigia Arabicũ sinum penetrare ausa sunt, vt proras quidem nauium extra angustias illas exererent: at nunc & classes ingentes ad Indiam vsque vela faciũt, & ad extrema Aethiopiæ, ex quibus merces pretiosissimę importantur, & inde rursus in alia loca transmittuntur. Ita duplex inde vectigal cogitur, mercibus scilicet importandis, & exportandis. Atqui eorum quæ magno veneunt, magnum quoque vectigal est, ὅσε καὶ τὰ τέλη διπλᾶ σωνάγεται, τὰ μὲν ἐξαγωγικά, τὰ δὲ εἰσαγωγικά. τῆ δὲ βαρυτίμων, βαρία καὶ τὰ τέλη. Adde etiam (inquit) quòd Alexandria supradictarum mercium vnũ est receptaculum, ita vt sola plerũque eiusmodi merces venditet, & exteris suppeditet. καὶ γὰρ ἀπὸ καὶ μονοπωλίας ἔχει. μόνη γὰρ ἡ ἀλεξάνδρεια τῆ ζητῶν ὡς ὠδὲ πολὺ ὑφοδοχεῖον ἴδι, καὶ χρηγᾶ ζῆς ἐκτός. Quæ sint eiusmodi merces, ignorare nemo potest qui legem vltimam legerit tituli de publicanis in Pãdectis: propter quas institutum est vectigal Rubri maris, vt apud Plinium legimus. Ptolemæus, pater Cleopatræ fuit vltimæ Aegypti reginæ, qui omnibus flagitiis inquinatus, etiam tibicinum artem exercuit, ob quam cognomẽtum auletæ id est tibicinis meruit. Hic ob nequitiam & facinorosam vitam ab Alexandrinis exactus, à Gabinio duce Romano, qui tum Syriam obtinebat, reductus est: quo nomine Gabinio lis decem millibus talentûm æstimata est accusante Memmio, vt ex oratione Ciceronis pro Rabyrio Postumo in præcedentibus diximus. Pœnę tamẽ capitali ereptum eum significat Valerius lib. viii. in principio. Cæterùm in qua oratione Cicero hoc dixerit, quòd Ptolemæus duodecies millena & quingena talenta ex Aegypto quotannis percipiebat, nescio, nisi in hac eadem pro Rabyrio loco aliquo mutilato, vel in ea oratione quę non extat, quam pro Gabinio habuit, cui olim infensissimus, postea reconciliatum se dicit, his verbis, Mihi hæc Cai Memmi causa defendendi Gabinii fuit reconciliatio gratiæ. Neque verò me pœnitet mortales inimicitias habere. Verùm duodecim millia & quingenta talenta Attica (Attica enim hic intelligo, vt ex superius de hoc à me dictis apparet, non Aegyptia, quæ quadrante Atticis maiora sunt) se-

Aegypti redditus.

Auletes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptuagiesquinquies centena millia aureorum nostrorum valent: quibus si augmentum addas ex Strabonis sententia, fortasse centies centenis millibus redditum annuum Aegypti iure æstimare poteris. Sed operæprecium facturus mihi visus sum, si rationem administrādæ eius prouinciæ sub Augusto & Tyberio prosequerer ex eodem auctore. De Actiaco enim bello loquens ab Augusto confecto, & Antonio & Cleopatra captis, Aegyptum ab eo dicit in prouinciæ formam redactam, his verbis, ἐπεχείρ. κ. τοῦ ὄλβ. φόρους μὲν πλείους ἀξιολόγους, ἐπεὶ σωφρόνων κ. ἀνδρῶν διοικουμένην, τὴν πεπορισμένων ἐπαρχῶν ἀεί. ὁ μὲν δὴ πεμφθεὶς, πλὴν τῶν βασιλέως ἴδιων τάξιν. ἐπὶ αὐτῷ δ' ὢν ὁ δικαιοδότης, ὁ τὴν πολλῶν κρίσεων κύριος. ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ πρωταγορεύόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τὴν ἀφιλοπόνων καὶ τὴν εἰς καίσαρα πίστιν ὀφειλόντων ἐξετασὴν ἔχει. περίεισι δὲ τὰ τοιαῦτα ἀπελεύθεροι καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. Nunc autem prouincia est tributa pendens memorabilia, à viris eiusmodi administrata, qui sibi temperare nouerunt, quique semper rectores ad eam cum potestate mittuntur. Qui verò recturus mittitur, is vicem Regis obtinet, sub eóque est is qui Dicæodotes dicitur, id est iura reddens, in cuius potestate ferè sunt iudicia. Est & alius magistratus qui idios logos, id est priuata ratio dicitur, earum rerum indagator, quæ adespotæ græcè dicuntur, id est assertorem non habentes, vel nullius dominio mancipatæ, & omnino earum rerum quæ in Cæsarem recidunt. Horum velut asseclæ sunt liberti Cæsaris & dispensatores, quibus maiora minoráque negocia permittuntur. His verbis procurator priuatæ rationis dicitur, qui ea persequitur quæ fisco obueniunt, non quæ ærario & populo, vel priuato principis patrimonio. Ex quo patet propriè esse hoc verbum vsurpatum in lege Procurator, in titulo De edendo, in Codice Iustiniani: licet aliter Accursius opinatus sit. Adespota autem appellat quæ etiam Hermæa dici possent, vulgo Albana Spauáque dicuntur. Deinde idem auctor enumeratis copiis militaribus quæ ad eam prouinciam tuendam statutæ sunt, τὴν δ' ἀδηφαγίαν ἀρχόντων, ὅ π ἀξηγητὴς ὅδε ἔχει πλὴν πόλιν, πορφύραν ἀμπεχόμενος, καὶ ἔχων παρέδρους τιμὰς, καὶ ἀδημίαν τὴν τῇ πόλει χρησίμων. καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος, καὶ ὁ ἀρχιδικαστής. τέταρτος δὲ ὁ νυκτέφρινός ἐστι γραμματεύς. Inter municipales autem magistratus est qui exegetes dicitur, quasi sacrorum interpres, vel augur in vrbe, purpuram gestans, & aliis honoribus prouincialibus insignis, earum rerum procurationem habens, quæ ciuitati conducunt. Est etiam qui hypomnematographus, id est à commentariis dicitur, & qui iudicibus præest, ob id archidicastes appellatus, & quartus Prætor nocturnus. Cicero pro imperio Cn. Pompeii de vectigalibus Romanis ita inquit, Nam cæterarum prouinciarum vectigalia Quirites tanta sunt, vt his ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportātur, facilè omnibus terris antecellat. Plinius auctor libro tricesimotertio post Persen Regem Macedoniæ deuictū, & gazam eius in ærarium illatam, populum Romanū tributa pendere desiisse. Quæ tamen postea restituta esse ex eo coniicio, quod Cicero in secunda Philippica dixit,

Quomodo administrarentur prouinciæ sub Augusto.

Dicæodotes.

Idios logos, priuata ratio.

Adespota & res adespotæ.

Priuata ratio.

Adespota.

Exegetes.

Hypõnematographus.

Archidicastes.

A xit, Vbi est septies millies sestertium quod in tabulis quæ sunt ad Opis, petebatur? funestæ quidem illius pecuniæ, sed tamen si iis quorum erat, non redderetur, quæ nos à tributis possit vindicare. Vbi patebat legendum puto. Non omittendum & id quod idem Strabo libro sexto tradidit, Romanos initio plurimam Africæ & Asiæ partem Regibus sibi subditis commisisse, quos propter amicitiam & societatem regnare permiserunt. Postmodum autem vel defectione Regum, & violatis fœderibus, vel stirpium regiarum interitu omnia ferme in prouinciarum formam redacta esse. Sic B Attalicum regnum, sic Syrium, sic Paphlagonum & Cappadocum & Aegyptiorum & Mithridatis Eupatoris ad Romanos peruenisse: adeò vt Tyberii tempore cuncta intra Phasin & Euphratem, præter quosdam Arabas, Romano tenerentur imperio, vel à Regibus à Romanis impositis. Armenii verò, & Albani Colchis superiores, & Iberi, sola ducum præsentia in officio continebantur. Sed cum Romanos viderent variis negociis aut bellis implicitos, statim ad res nouas solicitari gentes efferatæ solebant, sicut & eæ gentes quæ trans Istrum flumen & Euxinum pontum habitabant. Iosepus autem in secundo de bello Iudaico, Agrippam ad Hierosolymitanos orationem luculentam habuisse commemorat, & de potentia & opibus Ro. imperii magnificè disseruisse ad deterrendos Iudæos ne ad rebellionem spectarent. In ea autem oratione circa medium ferè ita eum loquentem inducit· Nam tertiam partem orbis terrarum, cuius ne nationes quidem numerare promptum est, ab Atlãtico mari & columnis Herculis vsque ad mare Rubrum sitas, totam armis Romani subegerunt. Et præter annuas frumentationes quibus Romanam plebem octonis mensibus alunt, alia quoque tributa pendunt. Et quidem apud illos vna tantum legio comparatur: quanquam quid opus est exemplis longè petitis potentiam Romanam enarrare, cum eam possitis de vicina vobis Aegypto optimè æstimare? Hæc enim cum ad Aethiopas vsque porrigatur, opulentámque Arabiam, conterminaq; sit Indiæ, ac septingenties & quinquagies centena millia incolarū habeat extra Alexandrinum populum, tributa tamen obsequentissimè pensitans (quorum magnitudinem æstimare de censu singulorum capitum licet) Romano parere imperio non grauatur, tametsi quantum stimulum defectionis habens Alexandriam vrbem, cum multitudine hominum & opibus abundantem, tum amplitudine & ambitu non imparem? vt quæ longitudine stadia triginta, latitudine decem habeat, tributorum verò multo amplius in singulos mẽses pensitet, quàm vos in annos singulos conferatis, & eo amplius Ro. populo quaternûm mensium frumentum suppeditet: duæ autem legiones ciuitati insidẽtes, profundam Aegyptum cum illa Macedonum nobilitate frenãt. De magnitudine Alexandriæ Strabo idem cum Iosepo dixit, latitudinem paulo minorem ponens. Octo autem legionibus eo tempore Germania obtinebatur, vt inibi Iosepus in persona Agrippæ disserit. Quod eò pertinet, quod superiore libro de legionibus ab Augusto delectis, & per orbem collocatis diximus. Opimos autem fuisse redditus Hispaniæ, ex eo coniicere datur, quod de

Quonam modo regna in prouincias redacta sint.

Alexãdria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hispania opib⁹ abũdans. Turdetania eadem & Bætica.

opulentia eius prouinciæ scribitur, præsertim Turdetaniæ, quæ & Bætica dicitur. Strabo lib. tertio miranda de fertilitate eius narrans, quodam loco ita inquit, Quum verò supradicta regio tot bona suppeditet, maximè tamẽ admiratione digna est ob metallorum copiam, quibus vniuersa Hispaniæ regio scatet: non vbique ipsa frugibus exuberans, & præsertim vbi metallis copiosa est. Rarum est regionem inuenire vtraque re vberem: rarius etiam illud, eandem regionem in paruo quodam agro metallis omne genus abundare. At verò Turdetania & finitima ei regio rationem nullam commendandi sui eo nomine remittit scribere de ea re volentibus: vsqueadeo numeros omnes laudis in metallis impleuit, nihil vt ei absit quod quidẽ memoratu dignum sit. Neque enim aurum, neque argentum, neque æs, neque ferrum alibi terrarum aut tantum, aut tam eximium nasci adhuc compertum est, quàm in Turdetania nascitur, ὡς δὲ τῆς τουρδητανίας ἡ μὲν ἐντὸς αὐτῆς, λόγου μᾶλλον ἄξιον κατασκάπτει σχεδὸν πᾶσαν τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐπαινοῦσι βελομένοις. ὅπου γὰρ χρυσὸς ἅμα καὶ ἄργυρος ἅμα καὶ χαλκὸς ἅμα καὶ σίδηρος ἔσται μᾶλλον ἢ γῆς ὅπου τοσοῦτος οὐθ' ὅπως ἀγαθὸς ἐξήτασται γεννώμενος μέχρι νῦν. Ac ne aurum quidem solum effoditur, sed etiã trahitur. deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenam: quę etiam multis in locis aquarum indigentibus reperitur, sed in his non apparet. In iis autem locis quæ fluminibus alluuntur, auri psegma, id est scobs aurea resplendescit. Idem, Inter auri ramenta repertas aliquando fuisse aiunt selibrales glebulas, quas

Palæ.

palas appellant, quæ perquã modicæ purgationis indigerent, οἱ δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσίου φασὶν ἐγίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτραίους βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μικρᾶς καθάρσεως δεομένους.

Memorabiles argẽtifodinæ.

Idem paulo inferius, Polybius autem argentifodinas commemorans quæ sunt circa Carthaginem nouam, ab vrbe XX ferme stadiis distantes, quatuor decurias operantium hominum fuisse ait, qui tunc in dies singulos vicenáquina drachmarum millia populo Romano referrent. Nos vigintiquinque millia drachmarum aureis nostris æstimare instituimus duobus millibus & quingentis. Qua ratione ex Carthaginẽsibus metallis argenti Romanus populus noningena duodena millia, & quingenos aureos nostros quotannis percipiebat. Sed huius summæ, vt arbitror, partem impendia auferebant, etiam si vincti foderent. Verba Strabonis hæc sunt, ὅπου τὰ πλεῖστα μέρη ἀνθρώπων μύριοι τῆς ἐργαζομένων, ἀναφέρόντων τόκον ἕκαστον μῆνα ἑκάστῳ ἡμέρᾳ δραχμῶν δισμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς. Plinius libro tertio, Bætica à flumine mediam eam secante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Idem alibi, Metallis plumbi, ferri, æris, argẽti, auri, tota ferme Hispania scatet, Bætica etiam minio. Vniuersæ Hispaniæ Vespasianus Imperator Augustus iactatus procellis Reipublicæ, Latii ius tribuit: vel iactatum potius, vt referatur ad Latii ius. Idem lib. xxxiii. Aurum arrugia quæsitũ non coquitur,

Palacæ.

sed statim suũ est. Inueniuntur ita massæ, necnon in puteis denas excedentes libras. Palacas Hispani, alii palacranas: idem quod minutũ est, Ballucem vocant. Strabo palas dixit appellari massulas auri selibrales. Plinius palacas, sed denarum librarum. Ballucæ. xiiii. vnciæ pro auri libra inferebantur à metallariis sanctione Principum, vt legimus in titulo de metallariis libro

A bro. xi. Codicis. Græcè Chrysammos dicitur. lingua nostra vernacula paleolas appellat auri ramenta quæ alluuione riuorum deferuntur, cuiusmodi hodie circa Pyrenen inueniuntur. Nos enim inde vidimus nonnullas ceris magnitudine, quibus nulla excoctione opus esset. Pleræque tamen minutæ sunt & tenues, vnde nomen sortitæ sunt. Quapropter apud Plinium libro tricesimoquarto ita lego ex antiquis exemplaribus, In ærariis officinis & smegma fit. Iam liquato ære atq; percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatimq; accensis, ac repente vehementiori flatu expuitur æris pa-
B lea quædam. Nec me latet Hermolaum pala legere ex Strabone. Nam Strabo palas appellauit massulas auri semissales. Plinius paleas appellat non glebulas, sed ramentulas palearum formam habentes: quod non magnope re mirum est Hermolaum in transcursu non animaduertisse. Idem Plinius libro tricesimotertio de argenti metallis loquẽs, Mirum (inquit) adhuc per Hispanias ab Annibale incohatos puteos durare, sua ab inuentoribus nomina habẽtes, ex quibus Bebelo appellatur hodie qui CCC pondo Annibali sumministrauit in dies, ad mille quingentos passus cauato iam monte, per quod spatium Aquitani stantes diebus noctibusq; egerunt aquas lu-
C cernarum mensura. Trecena pondo Romana, tricena millia drachmarum efficiebant, quæ terna millia coronatorum valent. Quare hoc dictum Plinii conuenit cum superiore Strabonis loco, vt suspicer Plinium de Carthaginensibus argentifodinis locutum, quæ in citeriore Hispania erant, finitima Aquitanis. Polybius enim æqualis Annibalis ætatis fuit, quo auctore Strabo vsus est. Rursus Strabo, φησὶ δὲ ποσειδώνιος μάρκον μάρκελλον πρᾶξαι φόρον ἐκ τῶν κελτιβηρίας τάλαντα ἑξακόσια, ὧν ὁ πεμπαίρεσις πάρεστιν ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ κελτίβηρες καὶ χαμαίκται διῤῥοιῶπες. Ait autem Posidonius Marcum Marcellum exegisse tributum ex Celtiberia ad talenta sexcenta. Ex quo coniecturam facere est
D Celtiberorum gentem numerosissimã fuisse, & pecunia abundãtem, tametsi regionem ieiunam incolerẽt. Plinius libro xxxiii. de metallis Hispaniæ loquens, Vicena (inquit) millia pondo auri ad hunc modum annis singulis Asturiam atque Galleciam & Lusitaniam præstare quidam tradiderunt, ita vt plurimum Asturia gignat: neque in alia parte terrarũ tot seculis hæc fergentia sunt hæc testimonia de opulentia Hispaniæ, quibus accedit & tertium Trogi Pompeii, vt ex breuiario quarto & quadragesimo Iustini nouimus. Strabo autẽ de tempore suo loquens ita inquit in mentione metal-
H lorum argenti quæ sunt ad Carthaginem nouam: ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, ὧν μάλιστοι δημόσια, ὥδε οὐταῦθα, ὥσθ' οὐ τοῖς ἄλλοις πόροις, τὸν δὲ χρυσὸν δημοσιεύεται τὸ πλέον. Sunt autem & nunc argentifodinæ, non tamen publicæ, nec illic, nec alibi, sed priuatorum: auri autem metalla pleraque sunt publica. Hactenus de Hispania: cuius etiam Galliam æmulam aurifera vi fuisse, eodem auctore comprobabimus, quippe libro. iii. de Turdetaniæ id est Bæticę metallis loquẽs, ita subdit, ἀξίωσι δὲ χαλκῆ τὰ παῤ ἑαυτοῖς εἶναι χρήσιμα μέταλλα οὐ δὲ κιμβρίῳ ὄρει, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ κασσίτερα τῷ πυρήνῃ. ἐμέλιτοι πλεῖόν τ' ἐπιφέρειν δύνασθαι. Galli verò meliora esse sua censent, quæ in Cimerio monte sita sunt, & quæ Pyrenæi ipsi subiacent.

Chrysammos.

Plinij loc⁹.

Palæ.

Putei ab Annibale incohati.

Trecena põdo Romana.

Mira auaritia.

Memorabilis reddi tus metallorum.

Metalla auri quondã in Gallia.

Strabonis locus.

illinc tamen aurum magis probatur quàm Gallicũ. Vbi puto nõ Cimerio sed Cemmeno legendũ. Cemeni enim mõtes (κεμμένον ὄρος apud Strabonẽ lib.iiii.) Aquitaniam à Celtis discludũt, quo loco Cæsar Gebennã vel Cebennam potius montem ponit. Huius pars hodie Tarara vocitatur. Rursus idem Strabo lib.iiii. de Narbonensi littore loquens, & sinu qui Gallicus illic dicitur, ἔχουσι δὲ τἀρβελλοι τὸν κόλπον, παρ' οἷς ὀδὶ χρυσᾶκαι ἀσυλλειότατα πάντων. οἱ γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ὠθὶ μικρὸν ἐνείσκονται καὶ χειροπλήθεις χρυσίου πλάκας, ἐν' ὅπ μικρᾶς καθαίρεσεως δέονται. ἃ δὲ λοιπὸν, φῦγμά ὀδὶ καὶ βῶλοι, καὶ αὐταὶ καταβρασίαι τὸ πολλὸ ἔχουσαι. Tarbelli, inquit, eum sinum obtinent, apud quos aurifodinæ sunt omnium præstantissimæ. In specubus enim leniter effossis inueniuntur auri crustæ quæ manum implere possint, interdum modico purgamento indigentes. reliquum autem aurum ramẽta sunt & glebulæ, modicam & ipsę operam poscentes. Interior autem regio & montana melius solum habet. nam ad Pyrenen conuenarum est ciuitas, qui eò ad incolendum conuenerunt, vbi oppidum Lugdunus. Hallucinatus eo loco interpres, qui locum ita vertit: nam ad Pyrenen Conuenarum Synclydo est, vbi oppidum Lugdunum. quasi συγκλύδων, id est Synclido, nomen esset oppidi, cum genitiuus sit pluralis, conuenarum significans. Synclydes enim collectitii alicuius loci habitatores dicuntur, vt latinè conuenę. πρὸς μὲν τῇ πυρήνῃ ἡ πρὸ κεκίνων ἐς συγκλύδων, εἰ ἡ πόλις λούγδουνος. Plinius de Aquitania loquens, Mox in oppidum (inquit) contributi conuenæ. Lugduni autẽ oppidi in ea regione non meminit. Strabo, Tectosages Pyreneis propinqui sunt montibus. paulum etiã aquilonare latus Cemmenorum montium attingunt, terram colentes auro multo prædităm. ἐφάπτονται γὰρ μικρὰ καὶ τῆς προσεχτίου πλευρᾶς τῆ κεμμένου. πολὺ χρυσόν νέμονται γῆ. Apud ipsos autem thesauros ab Imperatore Romano Scipione repertos in vrbe Tolossa & ablatos ait: à quibus aurum Tolossanum apud scriptores decantatissimum, in prouerbium cessit, vt auctor est Gellius. τὰ μὲν γὰρ ὑρισθέντα ὑπὸ τῇ πολίωσῃ χρήματα μυρίων πᾶ καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων χωσθῆναι φασί. τὰ μὲν ὑπὸ σπηλαίοις ἀφανεμένα, τὰ δ' ὑπὸ λίμναις ἱεραῖς, ἐκ μίαν κατασκευὴν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον. Posidonius (inquit Strabo) verisimiliter tradit pecuniàs Tolossæ repertas ad quindecim talentûm millia, quarum partem in fanis, partem in lacubus consecratis reconditam fuisse, argentum aurúmque infectum atque rude. Et rursus paulo inferius, Vt autem inquit Posidonius, & alii complures, regio ipsa auro alioquin abundans, & homines habẽs superstitioni addictos, & ad parsimoniam in victu assuetos, multis in locis Celticæ Gallię thesauros habuit, maximę verò lacus eis sacrosanctos à prædonum direptionibus thesauros præstabant, in quos ideo auri argentiq; pondera demiserãt. Romani verò quũ vi & armis loca ea obtinuissent, auctioni lacus eos publicè subiecerunt: emptorum autem plurimi molas argenteas ductiles inuenerũt. μάλιστα δ' ἀνθεῖς αἱ λίμναι πρὸ ἀσυλίας παρῆχεν, εἰς ἃς καθίσταν ἄργυρα ἧ καὶ χρυσᾶ βάρη. οἱ γοῦν ἐωμαῖοι κρατήσαντες τῆ τόπων ἀπέδοντο πάσι λίμνας δημοσίᾳ. καὶ τῆ ἀνατεθέντων πολλοὶ μύλας ἔυρον σφυρηλάτους ἀργυρᾶς. Idem auctor est Luerium Aruernum patrem Bituiti (qui Bititus cum Maximo Aemiliano & Domitio Aenobarbo ducentorum millium hominũ exercitu cõflixit) tantis deliciis diuitiísque circunfluxisse, vt aliquando ostendendarum opum gratia curru vectus per campum ingrederetur nummos aureos argenteósque huc atque illuc spargens: quibus colligendis amici & comites occupati sequerentur. ζοσῦζον πλούτῳ λέγεται καὶ τρυφῇ διενεγκεῖν, ὥστε ποτὲ ἐπιδείξιν ποιούμενος ζῶν φίλοις τὴ εὐπορίας, ἐφ' ἁπάσης φέρεσθαι διὰ πεδίου, χρυσᾶ νόμισμα καὶ ἀργύρεα διαπαίζοντα, ὥστε συλλέγειν ἱκάνος ἀκολουθοῦντας. Auri Tolossani meminit Gellius libro tertio, & Cicero de natura Deorum libro tertio, ob cuius raptũ quæstionem habitam esse dicit. Trogus libro tricesimosecundo Cepionẽ appellat eum Imperatorem qui aurum Tolossanum abstulit, quod sacrilegium ei & exercitui eius excidii causam fuisse tradit. Auri autem (inquit) fuere centum & decẽ millia pondo, argenti quinquiesdecies centena millia. Hæc summa vix dicere ausim quanti æstimanda sit. Auri singula pondo minoris æstimari centum aureis solatis non possunt, etiam vt vndecima pars æris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud Tolossanum centies & decies centenis millibus aureorum valuit. quod si obryzum fuerit, id est centenis & duodenis solatis in libras æstimabile, centies vicies ter centenis & viginti millibus valuit. Quod autem ad argentum pertinet, Trogum existimarim non quinquiesdecies cẽtena millia pondo scripsisse, quę summa quinquagies millies mille aureos valet, sed quindecies centena millia, quæ quindecies millies mille aureis coronatis æstimantur à nobis, id est centies & quinquagies cẽtenis millibus. Quod si quis Trogum quinquies decies scripsisse malit, tamen pro quindecies intelligam, quomodo apud Suetonium in Augusto quaterdecies millies pro bis septies, id est quatuordecies. Cicero etiam sic vsus est. Strabo ex Posidonio quindecim millibus talentûm argenti æstimasse aurum argentumq; simul videtur: quæ summa minor est minima prædictarum, id est nonagies centena millia aureorum. Apud Iosepum libro supradicto Agrippa magnificè de Galliarum situ, & felicitate Gallorũ domestica disserit, quos omne genus bonis apud se scatentibus totum penè orbem irrigare, mirifico præconio vociferatur, & nihilo secius sub mille & ducẽtis militibus Romano imperio parere, quibus plures propemodum ciuitates habeant, nõ animi mollitia, vt qui octogintа annis pro libertate dimicassent, sed animi destinatione in obsequiũ eius gentis fixa, cuius & virtutem experti fuissent, & fortunam admirarentur. Multa adhuc adnotauimus, quæ fide caritura sunt, vt opinor, præsertim apud eos (vt dixi) qui omnia & præterita & futura præsentis temporis modulis metiuntur. vnum etiam addam ex eodem Strabone, qui de Bætica loquens, πολὺ δὲ καὶ ἐώνις, inquit, πρόπορον, νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῆ κρεμῶν, καὶ ὑπερβολή τις ἐπὶ τῆ κάλλει. παλαιὸς τοῦ ὠνοῦντο τὸν κριὸν εἰς τὰς ὀχείας. Multa autem vestis antea inde veniebat: nunc autem lanæ magis quàm à Coraxis, pulchritudine eximia. siquidem propter hoc arietes talentari precio emuntur ad admissuram. Coraxi autem populi sunt Colchorum Stephano de vrbibus. Talentum sexcentis aureis æstimamus. tanti autem venditari arietes potuerunt apud eos qui asinos admissarios, vel etiam asinas ad fœturam, id est ad mularum partus, X L sestertiis emerent, vt suprà ex Varrone & Plinio didici-

Cemmeni
Tarara.
Lugdunus
Conuenæ Synclides.
Aurũ Tolossanum.
Luerius Aruernus.
Cepio.
Quinquiesdecies, & quaterdecies.
Felicitas Galliarũ.
Arietes talentares in Bætica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auri metalla exhausta hoc tempore.

mus. Verumenimuero cum tot olim auri metalla fuerint & in Hiſpania, & in Gallia, hodie neutrobi eſſe dictitãtur, quæ quidem commemorari digna ſint. Nam & Strabo ſuo iam tempore in Tmolo & circa Pactolum & aliis in locis conſumpta fuiſſe auri metalla auctor eſt lib. xiii. Vidimus hoc anno ex Lingonenſi agro effoſſos lapides auro argẽtoq; interſtinctos, ex quibus aurum argentúmque elicitur. hos metallarii pro experimento dederãt. qualis autem ſubeſſet vena, nondum compertum erat. Is ager in ditione eſt

Michael Bodetus.

Michaëlis Bodeti antiſtitis Lingonenſis, viri cũ ſingulari ac multiplici eru-
ditione præditi, tum verò ad priſcam normam continentiæ Pontificiæ ex-
acti, cuius auſpiciis metallarii opifices ſpecimina ſupradicta auri argentiq;
metallorum ediderunt. Poſtremò idem Strabo lib. xiiii. circa finem, Poly-
bius, inquit, auctor eſt, tempore ſuo circa Aquileiam, & præſertim in Tau-
riſcis Noricis inuentam eſſe aurifodinam ſic natura commodam, vt cum
quis in duos pedes terræ ſuperficiem detraxiſſet, ſtatim aurum foſſitium
inueniretur. Effoſſionem autem non infra quindecimum pedem proceſſiſ-
ſe. Fuiſſe autem aurum illud partim purum magnitudine fabæ aut lupini
octaua tantum parte decocta, partim pluſcula indiguiſſe excoctione, alio-
quin valde vtile. Verùm cum Itali Barbaris in ea re operam nauare cœpiſ-
ſent, continuò intra duos mẽſes aurum per totam Italiam tertia parte pre-
cii vilius eſſe cœpit. Quod cum Tauriſci animaduertiſſent, eiectis adiuto-
ribus operis, ſoli aurum promercale expoſuerũt. Nunc autẽ (inquit) omnia
auri metalla in Romanorum poteſtate ſunt. σωφρᾳζομένων δὲ τοῖς βαρβάροις πᾶ-
σι τῶν ἰταλιωτῶν, ὁ δημόσιος παρεχώρημα ἐ χρυσίον δωνότερον ἡμίεως ἢ τρίτῳ μέρει κατ' ὄλιγον πάνυ ἰτα-
λίαν αἰδομένους δὲ τὸν ταυρίσκους μυσοφαλᾶν ἐκβαλόντας τὸν σωφρᾳζομένους. καὶ δὲ ἅπαντα τὰ
χρυσία κατ' ἐμαυτοῦ ἔδη. Hoc dictum Strabonis eò pertinet quod ſuprà de au-

Auri ad argentum analogia.

ri ad argentum analogia dictum eſt, quæ varia olim fuiſſe deprehenditur.
Pollux decuplicem poſuit. Ex Plinio Romæ primùm dimidio etiam ma-
iorem fuiſſe docuimus. Rurſus Tranquillo auctore Cæſar Dictator auru
in libras ternis millibus nummũm venũdedit: quæ ratio ſubduplex eſt eius
quam Plinius poſuit, quæ eſt eiuſmodi, vt aurum quindecies argento re-
penſile fuerit. ſi tamen locus emendatè nũc legitur, quod vix mihi perſua-
deo, vt alibi dictum eſt. Herodotus nõ modò aurum, ſed etiam pſegma au-
reum tredecies tanto argenti æſtimabile poſuit, cum tamen denæquater-
næ vnciæ pſegmatis vel chryſammi ſanctione principali pro ſingulis auri
libris cedant, vt diximus. Qua ratione ſeptima ferè parte pſegma auro ob-
ryzo vilius fuiſſe conuincitur. Sic Herodoti æſtimatio proximè ad Plinia-
nam accedit. Porrò ex Tacito docuimus aureos ſingulos Romanos num-
mis valuiſſe centenis, id eſt quinque & viginti drachmis. Qua ratione auri
drachma duodenis argenteis & hemidrachmio valuit. didrachmi enim erãt
aurei, vt alibi dictum eſt. Noſtri autem temporis æſtimatione aurum pau-
lo minus duodecies argento rependitur. Intelligimus igitur ex verbis Stra-
bonis, interdum propter auri copiam ex metallis exiſtentem, auri precium
diminutum etiam tertia parte. ſic fit vt Pliniana æſtimatio ad Pollucis æſti-
mationem redeat, hoc eſt quindecuplex ad decuplicem. Noſtri autem ple-

rique

A rique opinantur iuſtam auri ad argentum proportionem, decuplicem cenſeri, ſed auri penuria eſſe auctam: id quod ex iam dictis non videtur eſſe verum. In vniuerſum autem oſtendimus varias auri indicaturas, quæ auri etiã precia euariare faciunt. nec aliud ſtatui (vt arbitror) ex antiquorum lectione de auri ad argentum proportione poteſt. Ad ea autem quæ de Gallia diximus, illud etiam addemus, Lugduni Argyrocopium fuiſſe Romani imperii, id quod Strabo lib. iiii. his verbis perhibuit, Lugdunum in colle conditum, vbi Arar amnis Rhodano immiſcetur, Romano tenetur imperio,

Argyrocopium Lugdunenſe.

B ampliori quoque dignitate virorum ſecundum Narbonem florens, quibus vſui magno eſt emporium. Ibi quoque Romani duces aureum nomiſma argenteumq; ſignant. καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσι ἐνταῦθα τό τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν. Fuit etiam ſignandæ pecuniæ officina Apolloniæ in Epiro. Cicero ad Cn. Plan. lib. xiii. Epiſt. Cum ſignaretur argentum Apolloniæ, non poſſum dicere eum præfuiſſe, neque poſſum negare eum affuiſſe. Lugduni autem tem

Ara memorabilis Lugduni.

plum communi vniuerſæ Galliæ impenſa extructum eſt, & Cæſari Augu
ſto conſecratum ea parte ante vrbem vbi amnes confluunt, inibiq; ara di-
C gnitatis eximiæ, gentium ſexaginta titulo inſignis, dicatis ibi totidem gen-

Pẽſitationum tria genera.

tium ſimulacris. Non omittendum etiam prouinciales olim ſtipendiarios tria genera penſitationum agnouiſſe, canonem, oblationem, & indictionẽ: quæ etiam hodie populares in Gallia agnoſcunt. Hæc tria genera Cicero his verbis complexus eſt in tertia in Verrem Actione, auctore Aſconio. Sic enim inquit de Sicilia loquens, Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? quando id quod opus eſſe putaret, non vltro pollicita eſt? quando id quod imperaretur, recuſauit? Age iam percenſeamus impenſas pecuniarum ſummas, & impendia inuſitata quibus confirmari poſ-
D ſit id quod antẽ diximus de redditibus opimis Romani imperii. Tranquil-

Caius prĩceps inaudita prodigẽtia infamis.

lus in Caligula: Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſupe-
rauit, commentus nouum balnearum vſum, portentoſiſſima genera ciborum atque cœnarum, vt calidis frigidiſq; vnguẽtis lauaretur, precioſiſſimas margaritas aceto liquefactas forberet, cõuiuis ex auro panes & obſonia apponeret: aut frugi hominem eſſe oportere dictitans, aut Cæſarem. quin etiã nummos non mediocris ſummæ è faſtigio baſilicę Iuliæ per aliquot dies ſparſit in plebem. In extructionibus prætoriorum atque villarum omni ra-
tione poſthabita nihil tam efficere concupiſcebat, quàm quod poſſe effici
E duriſſimæ ſilicis, & campi montibus aggere æquati, & complanata foſſuris

Memorabilis opum immenſarum profligator.

montium iuga, incredibili quidem celeritate, quum morę culpa capite luere-
retur. Ac ne ſingula enumerẽ, immenſas opes, totumq; illud Tyberii Cæſa-
ris vicies ac ſepties millies ſeſtertium non toto vertente anno abſumpſit.
Idem alibi, Nouiſſimè contrectandæ pecuniæ cupidine incenſus, ſæpe ſu-

Vicies & ſepties millies ſeſtertium.

per immenſos aureorum aceruos patentiſſimo diffuſos loco, & nudis pe-
dibus ſpatiatus, & toto corpore aliquãdiu volutatus eſt. Vicies ſepties mil-
lies ſeſtertium, nomiſmate noſtro ſexagies ſepties millies mille aureos &
quingenta præterea millia valuit: vel (vt priſco more loquamur) ſexcenties

Universidad de Deusto
Biblioteca

septuagiesquinquies centena millia aureorum. Græci sex millia septingentas & quinquaginta myriadas aureorum dicerent. Priscum autem eum morem numerandi fuisse ex Plinio apparet libro xii. vbi de Arabia felici loquens, Minima (inquit) computatione millies cētena millia sestertiûm annis omnibus India & Seres, Peninsulaq; illa imperio nostro adimunt. non dicit centies millies, mille sestertium, vt nunc vulgo loquimur, sed millies centena, quod idem est. Sic alibi in secundo. Pars nostra terrarum de qua memoro, ambiente (vt dictum est) oceano velut innatans, lōgissimè ab ortu & ab occasu patet, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas octuagiesquinquies centena septuagintaocto millia passuum, sicut Artemidoro placet auctori. Hoc apud Martianum Capellam totidem verbis legitur, Longitudo ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsius Indiæ extremitate, vsque ad Herculi columnas sacratas, octuagiesquinquies cētena septuaginta octo millia sunt, sicut etiam Artemidorus auctor asseruit. Rursus idē Plinius lib. eodem, Vniuersum autem hunc circuitum Eratosthenes in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac vtiq; præter cæteros solers, quem à cunctis probari video, ducentorum quinquagintaduorum millium prodidit, quæ mensura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia passuum. Hæc verba cum sic legerentur apud Vitruuiū lib. primo, nuper Iocundus architectus vir religioni initiatus, omnis antiquitatis peritissimus, tamen more hodierno referenda censuit, in iis exemplaribus Vitruuii, quæ egregiè alioquin & solerter emendata imprimenda curauit. Sic enim in his legitur, Quæ ducenta quinquagintaduo millia stadiorum fiunt passus semel & tricies millies mille & quingenties mille. Huius autem octaua pars, quam ventus tenere videtur, est ter millies mille & nongenties triciessepties mille, & passus quingenti. qui modus loquendi antiquitatem non resipit: quare sic locum potius lego (ex librorum priscorum impressorum obseruatione, licet corruptus ille locus atque etiam mutilatus in eis sit) quæ fiunt passus trecenties & quindecies centena millia. Huius autem octaua pars quam ventus tenere videtur, est triciesnouies cētena triginta septem millia, & quingenti passus. Hac lectione & vetusta formula restituitur, & numerus ad passum conuenit. Apocalypseos cap. ix. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in horam & diem & mensem & annū, vt occiderēt tertiam partem hominum: & numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. δὶς μυριάδες μυριάδων, sic latine & prisco more verti debuit, Bis millies centena millia. Hæc enim verba, millies centena millia, myriadum myriada significant: vltra quem numerum Græci vocabulum non habent. Nostrates id centum milliones appellant, cum millionem dicamus millenarium numerum in sese multiplicatum. Ergo bis millies centena millia, duas myriadas myriadum significāt: & ter millies, tres myriadas, & deinceps vsque ad decies millies centena millia, hoc est denas myriadum myriadas, quod vno verbo nostrates abaci studiosi Milliartum appellant, quasi millionū millionem. Romani igitur per centenarios millenariorum numerant, non per millenarios millenariorum, vt Græci per chiliadas chiliadum

Prisci mos numerādi.

Iocundus architect⁹. Loc⁹ Vitruuij restituitus.

Apocalyp. locus.

Millies cētena millia.

Numerandi ratio apud Latinos Græcósque.

Aliadum aut myriadum, quia apud priscos Romanos nullus erat numerus maior centies millenario. Verūm apud Plinium libro eodem, vbi legitur in codicibus post Hermolai emendationes impressis, triciesquater quinquaginta millia, & quinquagies bis quindecim millia passuum, cētena verbum subaudiēdum est, vt rectè admonuit Hermolaus: quomodo & paulò pòst, Quæ mensura vniuersa ab eo mari efficit octuagiesquinquies septuaginta octo millia. Superius enim centena additum est à Plinio, quod hic non legitur, sed subintelligēdum relinquitur. Hoc autem liquere potest ex Martiano, apud quem omnia iisdem verbis vt apud Plinium leguntur. Nam cum apud Plinium ita legatur in manu scriptis & in impressis ante Hermolaum, A Gange amne, ostioq; eius quo se in eorum oceanum effundit per Indiam Parthienenq; ad Myriandrum vrbem Syriæ in Issico sinu positam L I I. M. X V. passuum decem & nouem: apud Martianum eadē verba leguntur, nisi quòd numerus ita effertur, quinquagies bis quindecim millia. Ex quo auctore Hermolaus Plinium eo capite emēdauit. Quapropter cōiectura ex hoc loco fieri potest ad ea quæ nos ipsi in Plinio mutauimus, vt millies sestertium, & quingenties, & huiusmodi alia aduerbialiter prolata, quæ confusa sunt in exemplaribus propter notarum compēdia. Simile est illud quod statim sequitur apud Plinium, Latitudo autem terræ à meridiano situ ad septentrionē dimidio ferè minor colligitur L I I I I. mil. L X I I. Sic enim in manu scriptis & olim impressis legitur, cum Martianus dicat quinquagiesquater centena sexagintaduo millia, quem à Plinio hæc & alia superiora transcripsisse non dubito. Centena autem verbum in his numeris subintelligendum relinqui, planum fit ex eodem Martiano, qui de Europæ longitudine loquens, ita inquit, Europæ solius mensura octogies bis X C I I I I. Plinius lib. iiii. Longitudinem Europæ Artemidorus atque Isidorus à Tanai ad Gades L X X X I I. X I I I I. prodiderūt. Sic enim in antiquis legitur, licet in impressis L X X X I I I I millia legatur. Apud Martianum octogies bis centena nonagintaquatuor millia intelligo. Apud Plinium sic, Octogies bis centena. X I I I I. mil. passuum. & sic plerūq; & Plinius & Martianus locuti sunt, & ante eos Cicero. quod eò valet quod superà diximus de compendio loquendi per aduerbia antiquis vsitato, vt centies sestertium pro centies centena millia sestertiûm omnino intelligi debeat: vt fortasse illi numeri lib. xxxiii. Plinii de ærario Romano rectè restituti videantur à nobis suprà libro secūdo. Macrobius in primo de Somnio Scipionis numerandi compendium refugiens, ita inquit, Duplicatis igitur illis quadragiesocties centenis millibus, erit integra diametros cœlestis circuli nonagiesfexies centena millia stadiorum, & inuenta diametros facilè mensuram nobis ipsius quoque ambitus prodit. Hanc enim summam quę diametrum fecit, debes ter multiplicare adiecta parte septima: & ita inuenies totius circuli per quem sol currit, ambitum, stadiorum habere trecenties centena millia, & insuper centum septuaginta millia. Sed vt ad rem rediam, supradictas opes Tyberius Augustus princeps non modò deparcus & sordidus, sed etiam rapax, annis tribus & viginti confiscauit, Caius autē

Centena verbum in numeris antiquis fæpe supplendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

successor intra annum primum imperii exhausit cum annuis vectigalibus & tributis imperii. Quapropter idem auctor de Nerone ita inquit, Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælautos, vereq; magnificos, qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis nomine, quàm quòd ingentes à Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tiridatē (quod vix credibile videatur) octingēta nummūm millia diurna erogauit, abeuntiq; super sestertium millies contulit. nullamq; vestem bis induit. Quadringenis in punctum sestertiis aleam lusit. nunquā carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis. Hactenus Tranquillus. Tiridates Rex erat Armeniæ, Vologesis Parthorum Regis frater, in qua regione quū Corbulo prefectus res prosperè Neronis auspiciis gessisset, Tiridates rebus aduersis perterritus, ad colloquium cum Corbulone venit. In quo colloquio Tiridates (vt inquit Tacitus lib. xv.) de nobilitate generis multum præfatus, cætera temperanter adiungit, Iturum quippe Romam, laturumq; nouum Cęsari decus non aduersis Parthorum rebus supplicem Arsacidem. Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiē Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. & colloquium osculo finitum. Dein paucis interiectis diebus magna vtrinq; specie inde Eques compositus per turmas, & insignibus patriis, hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis. in medio tribunal sedem curulem, & sedis effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis, sublatum capiti diadema, imagini subiecit. Postero die spatium oratiuit quo tantum itineris aditurus, fratres antè matremq; viseret. obsidem interea filiam tradit, literasq; supplices ad Neronem. Hæc causa fuit cur Tiridates Romam veniret: cuius aduentum vt honorificētissimum sibi Nero omnibus votis concupierat. In huius aduentum Nero Pompeii theatrum operuit auro: de quo Plinius lib. xxxiii. Nero Pompeii theatrum operuit auro in vnum diem quo Tiridati Regi Armenię ostenderet. Idem lib. xxxvii. de magia loquens, quam ob id inanē artem esse contēdit, quòd eam Nero scire maximè concupiuit, nec potuit, cum nec ingenium nec facultates deessent: Magus (inquit) ad eum Tiridates venerat, Armeniacum de se triumphum afferens, & ideo prouinciis grauis. nauigare noluerat, quoniā expuere in maria, aliisq; mortalium necessitatibus violare naturam eam fas nō putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiam cœnis eum initiauerat: nō tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Tranquillus alibi de eodem ita inquit, Non immeritò inter spectacula ab eo edita & Tiridatis in Vrbem introitū retulerim: quem Armeniæ Regem magnis pollicitationibus solicitatum, cūm destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distuliisset, produxit quo opportunissimè potuit, dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud rostra triumphantis habitu, inter signa militaria atque vexilla: & primo per deuexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, alleuatumq; dextra exosculatus est: dein precāti, tiara deducta, diadema impositum, verba supplicis interpretata prætorio viro multitudini pronunciante. Perductū inde in theatrū, ac rursus supplicātem, iuxta se latere dextro collocauit. Ergo Tiridati Nero octingenta sestertia diurna erogauit, quæ perinde æstimo ac si vicena millia aureorum nostrorum diceres. Diurna autem nescio an quādiu Romæ fuit intelligā, an ex quo intra fines Romani imperii esse cœpit. Discedenti autem amplius viciesquinquies centenis millibus dono dedit. Quadringenis in punctum sestertiis aleam lusit, id est denis aureorum nostrorū millibus in singula puncta, non in singulos casus aleæ. Huiusmodi ludus ab eodem Tranquillo in Augusto describitur, Inter cœnam lusimus gerontiōs & heri & hodie. Talis enim iactatis, vt quisque Canem aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium cōferebat, quos tollebat vniuersos qui Venerem iecerat. Hac ratione fit vt immensus ille ludus Neronianus fuerit. De domo autem aurea si quis locum apud Tranquillum legerit, quicquid nostro æuo exædificatum est, despicabile existimabit, adeo vt Gallonienſe prætorium Cardinalis Ambasiani, quod iam in prouerbium venit ob sumptum superuacaneum, gurgustium præ illa domo Neronis videri possit: quam tamen ipsam Plinius à Marci Scauri theatro operis magnificentia victam fuisse cōtendit: ne miremur millies sestertium absumptum in Marci Scauri villæ incendio, vel bis millies fortasse, quod antea explicuimus. Quanti autē domus aurea constiterit, ex eo concludendum relinquitur, quod idem Tranquillus de Othone scripsit, Diplomatibus primisque epistolis suis Neronis cognomen adiecit. Certè & imagines statuásq; eius reponi passus est: nec quicquā prius pro poreſtate subscripsit, q̄ quingenties sestertium ad peragendam auream domum. Si igitur Otho quingenties sestertium, id est duodecies centena & quinquaginta millia aureorum nostrorum attribuit ad peragendam domum aureā, quanti opus ipsum antea factum æstimamus? Nam nihil defuisse operi ex eo apparet, quod idem in Nerone inquit, Eiusmodi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobauit, vt diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse. Quingenties igitur sestertium subscripsisse Othonem intelligimus ad appendicem quandam domus faciēdam, vel operis expolitionem. Plinius lib. xxxiii. Nero Pompeii theatrū operuit auro in vnum diem quo Tiridati Regi Armeniæ ostenderet, & quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis vrbem? Tacitus lib. xvii. de Galba loquens, Bis & vicies millies sestertium donationibus Nero effuderat, appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quē q; eorum relicta. At illis vix decumę supersortes erant. Exactioni triginta Equites Ro. præpositi. Igitur si Nero quatuordecim annis quibus in imperio fuit, bis & vicies millies sestertium donationibus effudit, id est quingenties & quinquagies centena millia aureorum nostrorum, & auream domū extruxit, cum interim in omni parte vitæ prodigos omneis superasset: quid existimabimus de opulentia imperii? De eo Plinius lib. xii. ita inquit, Periti rerum astruxerunt non ferre thuris tantum annuo fœtu Arabiam, quantum Nero princeps nouissimo

Nero æmulº Caij auūculi fui

Tiridates.

Tiridatis aduentus Romam.

Nero magię studiosus.

Quadringenis in punctū sestertijs aleā lusit.

Domº aurea Neronis.

Quāti cōstiterit.

Bis & vicies sestertium Neronis prodiga liberalitate effusum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Poppææ cædes.

pompæ suæ die concremauit. vbi Poppeæ legendum puto: de cuius morte Tacitus lib.xvi. Post finem ludicri Poppea mortem obiit fortuita mariti iracundia, à quo grauida ictu calcis afflicta est. Corpus non igni abolitum, vt Romanus mos, sed regum externorum consuetudine differtum odoribus conditur, tumuloq; Iuliorum infertur. ductæ tamen publicæ exequiæ. De hac Poppea Plinius lib.xxxiii. ita inquit, Vasa coquinaria ex argento Caluus orator fieri queritur, at nos carrucas ex argento cęlare inuenimus.

Poppeę luxus.

Nostra quoque ætate Poppea cõiunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoq; induere solebat. Idem lib.xi. Poppea certe Domitii Neronis coniunx asinas quingentas fœtas per omnia secum trahens, balnearũ etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extẽdi quoq; cutem credẽs. Eusebius in chronicis & Orosius septimo hist. auctores sunt

Collatio Senat⁹ exacta à Nerone.

Neronem Senatum Romanum coëgisse ad conferendum sibi annuum centies sestertium ad tolerandas expensas imperatorias, hoc est ære nostro ducena quinquagena millia aureorum, id quod post mortem Senecæ factum fuit, cum iam deterior fieri non posset Nero, & ad summũ nequitiæ & improbitatis peruenisset. Post Neronem Vitellius princeps successit: de

Vitellius.

quo ita scribit Trãquillus: Sed vel præcipuè luxuriæ fœuitiæq; deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationesq;, facilè omnibus sufficiens vomitandi cõsuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die: nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus constiterũt. Famosissima super cæteras

Cœna Vitelliana.

fuit cœna ei data aduẽtitia à fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur. Hanc quoque exuperauit ipse dedicatione patinę, quam ob immẽsam magnitudinem clypeum Mineruæ, id est ægida poliuchi dictitabat. In hac Scarorum iocinora, Phasianorum & Pauonum cerebella, linguas Phœnicopterũm, Murænarũ lactes à Carpathio vsq;, fretoq; Hispanię petitarum commiscuit. Hactenus Tranquillus. Equidem nihil maius dici aut excogitari in luxuria posse video, nisi margaritarum liquefactarum haustus. Iamprimum Pauones vidimus Varronis tempore quinquagenis denariis venales, id est quinis aureis nostris, quorum cerebellis patina illa constabat, vt iocinoribus Scarorum, de quibus Plinius

Scar⁹ piscis

lib.ix. ita inquit: Nunc Scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisq; vesci, nõ aliis piscibus, mari Carpathio maximè frequẽs. proxima est his mensa generis duntaxat mustelarum. & paulò pòst, Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia Mullis, sicut magnitudo mo-

dica. Ex his verbis apparet Scarum primæ auctoritatis fuisse apud ganeosos homines: qui quanti vendi potuerit, coniicere licet ex precio Mulli qui Claudio principe septem vel octo millibus nummũm emptus fuit ab Asinio, vt alibi dictum est. de Phœnicoptero idem Plinius libro decimo, Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apitius docuit, nepotum omniũ altissimus gurges. Idem libro tricesimoquinto: Atque vt luxu quoque auctoritas contingat figlinis, tripatinum (inquit Feneſtella) appellabatur summa cœnarum lautitia. vna erat murænarũ, altera luporum, tertia myxonis

Tripatinũ

piscis,

A piscis, inclinatis iam scilicet moribus. Nam nos cum vnam Aesopi tragœdiarum histrionis in natura auium diceremus sestertiis sexcentis stetisse, nõ dubito indignatos legentes. At Hercules Vitellius in principatu suo C C sestertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax campis iis ædificata erat, quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constent quàm Murrina. Propter hanc Mutianus altero consulatu suo in conquestione exprobrauit pontinarum paludes Vitellio, memoria non illa fœdiore, cuius veneno Asprenati reo Cassius seuerus accusator obiiciebat interiisse centum

B triginta conuiuas. Si hæc verba verè leguntur, patina illa fictilis ducentis sestertiis, id est non minoris quàm quinque millibus aureorum nostrorum constitit, propter quod Plinius dixit pluris fictilia constare quàm Murrina, quorum precia Plinius magna ponit lib. xxxvii. Sed quonam modo fieri potuerit vt patina fictilis tanti constiterit, inire rationem nequeo, nec ipse Plinius hoc significare mihi videtur, cum prius dixerit Aesopi patinam sexcentis sestertiis stetisse. Patinam enim pro ferculo posuisse notum est ex loco libri decimi, qui à nobis diligenter (vt spero) explicatus est de centum auiculis humano sermone canoris, senis millibus emptis. Sed rursus si Pli-

C nius de ferculo intellexit, quonam pacto Plinius non ineptus erit, qui post sexcenta sestertia, ducenta sestertia dixit? cum maius aliquid omnino & mirabilius dicere vellet, vt planè quis ex verbis eius intelligere potest. Cum hic me scrupulus anxiũ olim habuisset, libros antiquos adii, in quibus decem talentis pro ducentis sestertiis legitur, quod nec ipsum placuit, vtpote quod sextam tantum partem ad ducenta sestertia adderet: & alioqui nunquam Plinius & antiqui de rebus Romanis per talenta locuti sunt, licet in antiquis quibusdam codicibus Plinii mẽdosè sæpe legatur hoc verbum in

D mentione rerum latinarum. Quare ex vetustissimo exemplari decies sestertium lego, quod addit quadringẽta sestertia ad patinã Aesopi, id est aureorum decem millia. Condidit autem pro commentus est & auctor fuit, intelligo. Quod autem sequitur, sic lego: Propter hanc Mutianus altero consulatu suo in concione exprobrauit patinarum paludes Vitellii memoriæ, non illa fœdiore, cuius veneno Asprenati reo Cassius Seuerus &c. hoc sensu, vt non sit fœdior illa patina in qua venenum datum est tot cõuiuis. Patinarum autem paludes figuratè dictũ est allusione Pontinæ paludis, cum patina ipsa etiam fictilis esset & lutea: de qua Plinius lib.iii. A Circeis palus

E Pontina est, quẽ locum X X I I I vrbium fuisse Mutianus tert. cõsul prodidit. Is est autem Mutianus cuius mentio crebra est apud Tacitum, qui Vespasianum ad capessendum imperium hortatus est: quem intelligimus ex verbis Plinii Vitellio supplicio affecto, pro concione aliquando conuitiis incessisse tempora Vitellii ob luxum perditissimum: vel aliàs conquerendo exprobrasse patinæ fœditatem, si conquestione legatur. Tacitus de luxu Vitellii loquens lib.xvii. Ipse abunde ratus si præsentibus frueretur, nec in longius consultans, nouies millies sestertium pauciſsimis mensibus interuertisse creditur. Hanc ego summam non minorem ducenties vicies quinquies centenis millibus esse dico. Octauo autẽ mense imperii sui exer-

Patina æsopi. Plini⁹ lib. 35. ca. 12. Patina Vitellij.

Plin. locus memorabilib⁹ mẽdis expurgatus.

Vitellian⁹ luxus. Nouies millies sestertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citus ab eo desciscere cœperunt. Paucos igitur menses Tacitus octo mensis appellauit. Hic facere non potui quin maioris etiam luxuriæ exempli Vitelliana patina reminiscerer, tametsi non quærerem. id erit ex Tranquillo in Nerone deterrimorum omnium principum facinorosissimo. quo loco enim de luxu eius epulari loquitur, Indicebat (inquit) & familiaribus cœnas, quarum vni mellita quadragies sestertium constiterunt. Ego mellitorum appellatione mellita dulciora fercula intelligo, quæ vltimis mensis apponuntur, vt hodie saccharati missus epularum à pistore dulciario, & omnia quæ bellariorum nomine continentur, & Saccharei operis structes in adiicialibus cœnis atque nuptialibus, quę in lancibus argenteis ad ostentationem traducuntur, magis vt delibẽtur interdum, quàm vt esitentur. Hæc si centenis millibus aureorum nostrorum æstimantur, quanti cœna ipsa æstimari poterit? Huic dicto fidem arroget an deroget id quod sequitur, nescio. Seneca libro de consolatione ad Albinam matrem suam ita inquit de Caligula loquens, C. Cæsar Augustus, quẽ mihi videtur rerum natura edidisse vt ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent, céties sestertio cœnauit vno die, & in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen inuenit quo modo trium prouinciarũ tributum vna cœna fieret. quibus verbis apparet centies sestertium immensam esse pecuniam, & quæ de Cleopatræ vnione diximus ex Plinio, non vanitate commentitia à nobis aucta, sed modicè æstimatum eius precium. id quod in omnia penè in his libris prodita valet. Maiora sunt ista omnino nostræ ætatis captu. Sed de Vitellii helluatione ita inquit Iosepus libro quinto de bello Iudaico: Octo menses ac dies quinque potitus imperio, iugulatur in media vrbe: quem si viuere diutius contigisset, eius luxuriæ satis esse imperium non potuisset. Vitellio successit Vespasianus Augustus, qui omissa sub Galba vectigalia reuocauit: noua & grauia addidit: tributa etiam auxit, & prouinciis nonnullis duplicauit: quare eum nonnulli auarissimum esse tradiderũt. sunt contrà qui opinentur (inquit Tranquillus) ad manubias & rapinas necessitate compulsum, summa ærarii fiscique inopia, de qua testificatus sit initio statim principatus, professus quadringẽties millies opus esse vt Respub. stare posset. quod & verisimilius videtur, quandò male partis optimè vsus est, in omne genus hominum liberalissimus: quippe qui expleuerit censum senatorium, & Cõsulares inopes quingenis sestertiũm millibus annuis sustentauerit, ingenia & artes vel maximè fouerit, primúsque è fisco latinis græcisq; rhetoribus annua centena constituerit. Cæterùm quadringenties millies maiorem summam esse video quàm vt Vespasianus sperauerit quantauis parsimonia aut tributorum exactione colligi posse, ne inueniri quidem fortasse, si & publicę & priuatorum pecuniæ in vnum locum conferantur. quare pro quadringenties, quadragies legendum esse videtur, & sic quidem maxima erit summa earum quas adhuc diximus, id est millies centena millia aureorũ coronatorũ. Vltra enim hanc summã ne ludicra quidé vota hominum procedere solent, etiam si immensum quid, maiusq; omni auri conceptaculo exoptare cõtendant. Sed fortasse credibile hoc faciunt ea quę in

Inauditus luxº, & fidem excedens. Mellita.

Caligulæ cœna.

Vespasianus tributis & vectigalibº grauis.

Notandæ liberalitates Vespasiani.

Quadragies millies sestertium.

secundo

secundo scripsimus. Hæc ferè sunt ex quibus Romanorum opes coniicere magis q̃ cognoscere possimus. Reliqua enim monumenta per auctores sparsa, huiusmodi sunt, vt ex iis certum nullum argumentum ad constitutionem huius rei colligere possimus: vt quod Plinius lib. vno & vicesimo de gente quadã Pontica dicit. Gens (inquit) ea cum cerã in tributa Romanis præstet, mel, quoniã exitiale est, non vendit. His dictũ vnum Plinii ademus, quod suprà in trãscursu citauimus, ne id præteriisse vitio mihi vertatur. Is enim auctor lib. xii. de felicitate Arabię loquens, ita inquit: Verùm Arabiæ etiam nunc felicius mare est. Ex illo nãq; margaritas mittit: minimáq; computatione millies centena millia sestertiũm annis omnibus India & Seres peninsulaq; illa imperio nostro adimunt. tanti nobis deliciæ & fœminæ constant. Lib. autem sexto de cursu annuo & nauigatione in Indiã loquens, ita inquit: Nec pigebit totum cursum ab Aegypto exponere, nũc primũ certa notitia patescente: digna res, nullo anno minus hic quingentesimis imperii nostri exhauriente India, & merces remittente quæ apud nos centuplicato veneãt. Ex horũ locorum collatione dicere possemus millies sestertium Plinium quingentesimã imperii Romani taxauisse, nõ redditus publici, sed vniuersarũ opum publicarũ priuatarũq;, quasi in Indiã quotannis quingentesima pars pecuniæ transportaretur ex iis prouinciis quæ Romanę ditioni subsunt. Ego autẽ hunc locũ corruptũ esse puto. nam in vetustissimo exemplari, non quingẽtesimis sed D L legimus. & alioquin particula hic, omnino hoc loco absurde sita est. quare sic Pliniũ scripsisse puto: nullo anno minus HS quingenties imperii nostri exhauriente India. licet libro duodecimo Plinius millies sestertium dixerit, geminata summa. Alioquin quonam modo Plinius inire rationem potuisset quingentesimæ imperii Ro. non video, ne si breuiarium quidẽ censuale omniũ prouinciarum vidisset. Hactenus de Romanis opibus. Redeamus ad Persicas. Diximus suprà quanta essent tributa Persarum auri argentiq;, Darii Histaspis tempore, præter cæteras obuentiones thuris & aromatum. Præfecturas autem Parthorũ (sic enim postea Persæ appellati sunt) Plinius decem & octo esse dixit, his verbis lib. vi. Regna Parthorũ duodeuiginti sunt omnia. ita enim diuidũt prouincias circa duo (vt diximus) maria, Rubrum à meridie, Hyrcanum à septẽtrione. Ex iis vndecim quæ superiora dicuntur, incipiũt à confinio Armeniæ Caspiisq; littoribus, pertinent ad Scythas, cum quibus ex æquo degunt. Reliqua septem regna inferiora appellantur. Sed Plinius de tempore suo loquitur. Herodotus autem lib. ii. præfecturas viginti posuit in regno Persarum, vt diximus: in quibus regnum Lydium vt præcipuum ponit. Ab eo tempore ad Darium vltimũ Persarum Regẽ multi reges fuerunt. Qua temporis intercapedine Persarum regnũ magnis opibus auctum est. Primus ille Darius qui à septem Persis primoribus, obtruncatis Magis, creatus est, omniũ hominũ pulcherrimus fuit, excepta brachiorum & cubitorum longitudine, qua dehonestabatur, vsq; ad genua protentorũ, ob quæ Macrochir, id est Longimanus appellatus est, vt auctor est Strabo lib. xv. & is fuit qui tributorum formulas instituit. ὃν καὶ Δαρεῖον (inquit

Memorabilis locus Plinij.

Plinij locº.

Persarum opes.

Macrochir Darius Longimanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille) τῶν φόρων δαρεῖον εἶν τὸν μακρόχειρα ἢ κάλλιστον ἀνθρώπων, πολλῷ τῷ μήκει τῶν βραχιόνων καὶ τῶν πηχέων. ἀπίωθαι γὰρ καὶ τῶν γονάτων. Huius ergo Darii tempore viginti erant præfecturæ stipendiariæ præter immunes & munerarias, ab Hellesponto ad orientem tendentes inter duo maria. Ab Hellesponto autem & Aegæo mari mansiones, qui stathmi græce dicuntur, certis spatiis ad Susa regiam Persidis miro ordine dispositas fuisse dicit. ἔχει γὰρ ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ὅλῃ. σταθμοί τε πανταχῇ εἰσι βασιλήιοι, καὶ καταλύσιες κάλλισται. ἁλῇ οἰκεομένης τε ἡ ὁδὸς ἅπασα καὶ ἀσφαλέος. Sic autem (inquit) res se habet. circa viam illam mansiones vbique sunt regiæ, & diuersoria elegantissima. Omnis autem via per habitatam regionem tutâque ducit. Deinde Herodotus rem singillatim persequens, mansiones per Lydiam & Phrygiam viginti numero ponit. Excipit autem à Phrygia (inquit) Halys fluuius, in quo portæ sunt quas omnino transire necesse est. tandem mansionibus omnibus enarratis vsque ad Susa vbi erat regia, ἕατοι (inquit) οἱ πάντες σταθμοὶ εἰσι ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. καταιωνὶ μὲν νυν τοσουτοι σταθμῶν τοσωῦταί εἰσι ἐκ σαρδίων ἐς σῦσα ἀναβαίνοντι. Omnes autem hæ mansiones numero sunt centum vndecim, tot sunt mansionum diuersoria à Sardibus Susa tendenti. Quòd si rectè dimensa via est regia parasangis, & parasanga tricena stadia valet, vt certè valet: à Sardibus ad regiam quæ Memnonia dicitur, stadia sunt tredecim millia & quingenta, & parasangæ quadringentæ quinquaginta. Centena igitur & quinquagena stadia quotidie peragranti viatori, consumuntur dies solidi nonaginta. πεντήκοντά δὲ καὶ ἑκατὸν σταδίους ἑκάστῃ μίρῃ ἑκάστῃ διεξιῶσι, ἀναισιμῶνται ἡμίραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα. Hic fuit status Persici regni sub Dario Macrochire: quibus si addantur quæ ab Aristotele aut alio auctore in libro de mundo dicta sunt, hæc erunt credibilia. Hoc regnum ab Alexandro euersum est deuicto Dario, & in plures Alexandri successores diuisum: quoad Parthi denuo instaurauerunt cum Romanis sæpe belligerantes. Maximas autem opes sub Dario vltimo fuisse ex Quinto Curtio & Strabone docebimus. Iamprimum Curtius libro tertio de gaza Damasci loquens Alexandro prodita à præfecto qui eam eduxerat fugæ colore quæsito, Iacebant (inquit) totis campis opes regiæ, illa pecunia stipendio ingenti militum præparata. Ille cultus tot nobilium virorum, tot illustrium fœminarum, aurea vasa, aurei freni, tabernacula regali magnificentia ornata. vehicula quoque à suis destituta, ingẽtis opulentiæ plena. facies etiam prædantibus tristis, siqua res auaritiam moraretur, quippe tot annorum incredibili & fidem excedente fortuna cumulata. & paulo inferius, Summa pecuniæ signatæ fuit talentûm duo millia & sexcenta. facilè argenti pondus quingenta æquabat. Sic enim in membranaceo legimus. Idem libro quinto de Susis loquẽs Alexandro citra oppugnationem traditis: Hic Abulites cum donis regalis opulentiæ occurrit. Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiæ, XII elephanti à Dario ex India acciti, non iam terror (vt sperauerant) Macedonum, sed auxilium, opes victi ad victorem transferente fortuna. Vt verò vrbem intrauit, incredibilẽ ex thesauris summã pecuniæ egessit. quinquaginta millia talentũ argenti nõ signati forma, sed rudi pondere. multi reges tantas opes longa ætate cumulauerãt liberis posterisq;

Via regia Persarum. Parasanga

Euersum regnũ Persarum.

Darius vltimus.

Thesauri Susiani.

posteríſque, quas vna hora in externi regis manus intulit. In codicibus impressis millia verbum deest, errore librariorum. Hæc talenta aut babylonia fuerunt, aut attica. quare hæc summa minima computatione trecenties cẽtena millia aureorum nostrorum valuit. Antea autem idem auctor dixerat eodem libro: Alexandro traditur Arbela, regia supellectili Dariique gaza repleta. quatuor millia talentûm fuere. præterea preciosæ vestes, totius (vt suprà dictum est) exercitus opibus in illam sedem congestis. hac summa fit accessio quater & vicies centenûm millium aureorum, præter gazam Damasci. Susa (vt auctor est Stephanus) regia est Persarum, quam Memnon condidisse dicitur: quare Strabo regiam Memnoniam appellauit. ab hac, Susiana dicta est regio Persidis citerior. Ab ea vrbe Alexander Darium cedentem sequens, Persepolin veluti ad regni penetralia raptim contendit: cui præstò fuerunt quatuor Græcorũ milia mutilis corporibus, quos Persæ quondam bello captos variis suppliciorum generibus affecerant. Quare Alexander impetum cepit vrbis eius excidendæ, quæ antiqua regia erat Persarum, olim à Cyro condita, qui & Persarum ipse regnum condiderat. ab ea enim sede profectos aliquando Persarum reges Græciæ bellum imprium & Europæ intulisse. Quare Persepoleos excidio parentãdum maioribus esse censuit, quos Persæ variis cladibus traiecto Hellesponto & pontibus etiam iuncto lacessiuerant. In ea igitur vrbe quantas opes Alexander ceperit, verbis ipsius Curtii, auctoris tersi atque elegantis, referemus. Multas vrbes (inquit) refertas opulentia regia, partim expugnauerat, partim in fidem acceperat: sed vrbis huius diuitiæ vicere præterita. In hãc totius Persidis opes congesserant Barbari. aurum argentúmque cumulatum erat. vestis ingens modus. supellex non ad vsum modò, sed ad ostentationem luxus comparata. & paulò infrà: Ingens pecuniæ captiuæ modus traditur, propè vt fidem excedat. Cæterùm aut de aliis quoque dubitamus, aut credimus in huius vrbis gaza fuisse centum & XX millia talenta. ad quæ vehenda (nanque ad vsus belli secum portare decreuerat) iumenta & camelos à Susis & Babylone contrahi iussit. sic in vulgatis libris legitur. verùm obseruata vetusta lectione, non centum & viginti millia talenta lego, refragante loquendi consuetudine doctorum, sed centum millia & viginti talenta. Hæc summa quanti æstimari nomismate nostro possit, ex præcedenti apparet. Quanta autem fuerit gaza Babylonica, Curtius non addidit, licet Alexandrum recognouisse dicat. Strabo autem libro decimoquinto Alexandrum ait angustias Persidis & Vxiorum, qui Persis contermini sunt, & Persicas denique ipsas portas superasse vi bellica, penetrare festinantem ad caput ipsum regni & gazophylacia Persarum, quæ tot seculis congesta ac recondita fuerant. ἃ καὶ αὐτὸ βία δῆλον ἀλέξανδρος ἐξῃ τὰς πόρτικὰς πύλας ᾗ κατ' ἄλλας τόπους διεξιὼν πῶ χώρᾳν, καὶ καθοπτῦσαι αὐθύδον τὰ χυσόστατα μίρη καὶ γαζοφυλάκια ἃ τοσόστοις χρόνοις ὄγκατεπλήρωῦ. Et paulo inferius de Cyro loquens, Omnes autem Persidis pecunias Susa exportandas curauit, quæ thesauris ipsa & supellectili plena erant. nec ideo tamen illic regiam animo destinabat, sed apud Babylonem, quam constituerat etiam

Susa, Regia Memnonia.

Persepolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

supellectili & instrumento regio adornare. etenim illic quoque thesauri conditi erant. πάντα δὲ τὰ οἰκοῦσι χρήματα ὑβρισθιάσαλε εἰς τὰ σῶστρα, καὶ ταῦτα διακοσίων καὶ καταστάσεως μιᾶς ἀλλὰ τῶν ἄλλων βασιλέων, ἀλλὰ πλὴν βαβυλῶνος. καὶ ὅτι οὐδὲ ταύτην προσκατασκευάζαι. κἀνταῦθα δ' ἔχειν διακοσίους. Fama est(inquit)præter eas pecunias quæ Babylone,& eas quæ in castris erant,quæ inde sumptæ non fuerant, ipsa per se quæ Susis & in Perside erant, quadraginta millia talentûm numerata & recognita fuisse. φασὶ δὲ χρεῖς τὴν οὐ βαβυλῶνι, καὶ τὴν οὐ δὲ σουσίοις τὴν τοῦ τούτων μὲν ληφθέντων, αὐτὰ τὰ οὐ σάρδεις καὶ τὰ οὐ πέρσαι τέτταρες μυριάδας ταλάντων ὑβρισθῆναι. τινὲς δὲ καὶ πέντε λέγουσι. Hoc non conuenit cum eo quod Curtius scripsit, quia Susis & Persepoli centum & quinquaginta millia Curtius inuenta dixit. Plutarchus LX millia talentûm argenti inuentâ dixit in regia gaza Susis, & quinquaginta millia talentûm purpuræ hermionicæ. Sed videamus quid vltrà dicat. ἄλλοι δὲ παντοχόθεν συναγαγόντα παρακλίναντα εἰς ἑκατὸν ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ταλάντων. Alii autem vniuersas vndique coactas pecunias centum & octoginta talentûm millia dicunt Ecbatana comportata fuisse. hoc confirmari non potest ex Curtio, quia locus ille libro quinto mutilatus est,licet eodem libro in mentione Philotæ significet Parmenionem maximæ pecuniæ custodem in Media fuisse. Verùm ex Arriani libro tertio nouimus Alexandrum mandasse Parmenioni,vt pecuniam quæ ex Perside exportata fuerat, Ecbatanis in arcem conderet,ibique ad custodiam sex millia Macedonum cum amicis relinqueret. Tantum hoc refert, quòd Arrianus tradit Alexandrum Cyri thesauros Pasagardis,oppressis celeritate custodibus, reperisse : Strabo autem dicit Cyrum Pasagardis regiam quidem suam statuisse, sed tamen pecunias Susis condi voluisse.Curtius igitur gazam Persarum multis in thesauris conditam,ad centum & quinquagintaseptem millia talentûm subduxit absque Babylonica pecunia.Strabo omnia complexus,centum & octoginta posuit. Hæc summa centies & octies millies mille aureos nostros valet, hoc est millies & octogies centena millia.summa haud dubiè multo maior maxima omnium summarum quas vno tempore coactas in rebus Romanis legerimus:nisi si fidem habuerimus iis quæ dicta sunt in secundo de ærario Romano ex vetusto exemplari,in quo iudicium meum vix interponere ausim propter dubiam fidem exemplarium.Præter hanc summâ post Persepolim direptâ dirutamq;,cum Alexãder iam in Hyrcaniam venisset, viginti(inquit Curtius) & sex millia talentûm proxima præda redacta erãt, è queis xii. millia in congiarium militum absumpta sunt.par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est. Tantis opibus Alexãdri magnificentia eius facta respondere vidétur. Cũ enim in Persidé ex India regressus intellexisset milites suos iam veteranos consumptis per luxũ oriétis spoliis,insuper etiã ære alieno obstrictos esse,edixit vt omnes milites æs alienum profiterentur.quod cum illi facere cunctarentur, tentari sese rati, quò facilius Alexander sumptuosos notaret, rex satis narus professioni æris alieni pudorem non contumaciã obstare, mensas totis castris poni iussit, & decem millia talentûm proferri. Tum demum fide facta professio est,nec amplius ex

Sũma Persicarũ opũ ab Alexandro captarum.

Alexandri magnificẽtia.

ex tanta pecunia quàm centum & XXX taléta superfuere. adeò ille exercitus tot ditissimarum gentium victor, plus tamen victoriæ quàm prædæ deportauit ex Asia. Auctores Curtius lib.ix.& Plutarchus in Alexandro. Arrianus in sexto iisdem penè verbis, nisi quòd ait regem gratiam eis fecisse nominum suorum deferendorum, sed tantum voluit fidem æris alieni fieri prolatis syngraphis. καταθὰς δὲ τραπέζας οὐ δὲ γραπτέσθω, καὶ ὡδὶ τάττων χρυσίον, ἢ τῶν ὠθιμιλημένων δὲ λόσεως ἑκάστοις ὅσις συμβόλαιον ἐπιδείκνυσθ, ὠθιλύεσθ τὸ χρέα ἐκέλευεν, ἐκ ἀγραφομένους ἔτι τὰ ὀνόματα, καὶ ἕτω μὴ ὠθίστευσεν ἀληθείαν ἀλίξανδρον. Ab eadem munificentia est congiarium militare de quo paulò antè diximus,xii. millium talentûm.sed inusitata est illa sublimitas animi, Hephæstionẽ charissimum sibi,morbo defunctũ,decem millibus talẽtûm,id est sexagies centenis millibus nostris funerasse, vt auctores sunt Plutarchus in Alexãdro, & Arrianus in sexto his verbis, ἐκεῖνα δὲ πρὸς πάντων ξυμφωνούμενα, ἐς τεῖτλον ἀφ' οὗ θανάτου τοῦ ἡφαιστίωνος ἡμέρων, μήτε σίτε γεύσασθ ἀλίξανδρον, μήτε τινὰ θεραπείαν ἄλλην θεραπεῦσαι σῶμα, καὶ πυρὰν κελεῦσαι αὐτῷ ἑτοιμάζεσθαι οἱ βαβυλῶνι ἀφ' ταλάντων μυρίων. Diodorus lib.xvii.de hoc loquens,ita inquit, τοσούτῳ δὲ σπουδῇ ὠθοιήσατο πρὸς τὴν ἐκφορᾶς ὠθιμέλειαν, ὥστε μὴ μόνον τὰς προγεγενημένας παρ' ἀνθρώποις ταφὰς ὑπερβαλέσθ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑπομένοις μηδεμίαν ὑπερβολὴν καταλιπεῖν. Tanto autem studio cõtendit in accurando eius funere,vt non solum superiorum ætatum omnium q; hominum funebres apparatus superauerit: sed ne posteris quidem quicquã reliquũ fecerit quod ipsi possent superaddere. Deinde apparatu descripto ad extremum ita narrationem claudit, φασὶ δ' πλῆθος τὴν ἀναλωθέντων χρημάτων γενέσθαι πλεῖον τὴν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων. Aiunt numerum consumptæ pecuniæ maiorem duodecim millibus talentorum fuisse. Plutarc.in Pelopida,ἀλίξανδρος δὲ ὁ μίας ἡφαιστίωνος ἀφορμὰς δοὺς, ὁ μόνον ἵππους ἔκαρε καὶ ἡμιόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠθάλξας ἀφεῖλε τὴν τυχῶν ὃς ἂν δοκοῖεν αἱ πόλις πενθεῖν, ἀντὶ δὲ πέδιον μορφῆς κάειμον χῶμα, καὶ ἄτιμον ἀναλαμβάνεσθαι. Alexander magnus,inquit, Hephæstione mortuo,non equis modò suis & mulis iubas totondit, sed & murorum pinnas propugnaculaq; exemit,vt vrbes lugere ipsę viderentur,& pro pristina specie lugubrẽ habitũ, honoreq; vacuum induisse.idem Diodorus. Alexãder in nuptiis Statyræ Darii filiæ,quam Susis matrimonio sibi iunxit, epulum nouem millibus conuiuarum feciſſe traditur, & vnicuiq; ad libamina pervel 7.vt alii numerãt,ait Alexandrum Susis sibi nuptias amiciſq; celebrasse. agenda auream phialam donasse, auctore ipso Plutarcho. Arrianus lib.6. ipsum enim sibi maximam natu filiarum Darii accepisse, nomine Barsinẽ. vt autẽ Aristobulus ait, cum hac Parysatin quoque minimam natu regis Ochi duxit, cum etiam antè Roxanen vxorem duxisset Oxyartæ Bactriani filiam: Barsinesq; sororem Drypetin Hephęstioni dedit, vt filios Hephęstionis,fororis filios appellaret. Tum Cratero & Perdiccæ & Eumenì aliisq; primoribus Macedonum cõnubio iunxit filias principum Persidis & Mediç ad octoginta numero:omnibusq; dotes dedit:deinde omneis alios qui vxores Persides & Asianas duxissent,nomina dare iussit : qui supra decem millia inuenti sunt: omnibusq; ab ipso donationes propter nuptias factæ. πεῖσας δὲ ξυμπόσιας ἐπίσωκεν ἀλίξανδρος, καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἡγεμόνοι ἦσαν μα-

Hephęstionis funus memorabile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

κελόνις τὴν ἁπασῶν τινὰς γυναικῶν, ἀφορμὰς δοῦναι ἐκέλευσε καὶ τούτων τὰ ὀνόματα: καὶ ἐγένετο ἐπὶ τοῖς μυρίοις. καὶ τέθις θυγατὴρ ἀλεξάνδρου ἐλόουσαν ὠδὴ τοῖς γάμοις. In hanc autem liberalitatem largitionemq; æris alieni cuius suprà meminimus, viginti millia talentûm collata esse, aliquantò post subdit, his verbis, λέγεται δὲ χιλίας καὶ πεντακοσίας ἄνευ τῆς χορηγίας εἰς τάλαντα συμμύεια. Huius auctoris dicto ac superioris fidem facere potest Chares historicus qui Alexandri gesta scripsit, vt ex Athenæo nouimus. Ait enim post Darii mortem Alexandrum nuptias sibi amicisq; celebrasse splendidissimo apparatu. Siquidem in eodem conclaui duos & nonaginta thalamos sternendos iussisse. Erat autem conclaue prægrande, centenarii lectisternii facilè capax: in quo singuli lecti toralibus strati genialibus erant impensa vicenûm minarum argẽti. Inter quos visendus erat lectus regius pedibus aureis fultus. Epulum autem nuptiale in aula temporaria factum fuit excitatis tentoriis singulari splendore & opulentia. Huius aulæ ambitus quatuor stadiorum erat, id est duûm millium & quadringentorum pedum, vel passuum quadringentorum & octoginta. Firmamentũ autem præstabant columnæ vicenûm cubitorum, partim aureis laminis, partim argenteis contectæ, & insuper lapillis preciosis distinctę. tum ambitum ipsum cingebant Babylonica stragula aurea textura & beluata distincta. Nuptiarum celebritas diebus quinque instaurata, cum interim & musici artifices & scenici, & omne genus acroamatum in medium prodirent, sui quisque specimen artificii præbentes. Indeq; primùm assentatores regis, Alexandrocolaces dici cœperunt, qui antea à tyranno Siciliæ Dionysiocolaces dicebantur: omnia summa hilaritate Alexandro approbante. Arrianus libro sexto id conuiuiũ factum fuisse ait non ob nuptias, sed ob seditionem militarem pacatam, quæ postea ad vrbem Opim sitam ad Tigrim flumen, in quo & Macedonum & Persarum & omniũ gentium principes viri fuerunt: ibiq; libamina & obsecrationes ob concordiam Macedonum cum Persis facta, vt in idem imperium conspirarent. Fuisse autem conuiuarum circitèr nouem millia: & ex eodem cratere ipse libando cum suis hausit. καὶ ἀφ' ἧς κρατῆρος αὐτός τε καὶ οἱ ταξίαρχοι αὐτοῦ ἔσπεισαν τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀριθμοῦντες ἑκατὸν καὶ μύριοι, καταριθμούντων τῶν περὶ Ἀλέξανδρον μάντεων, καὶ τῶν μάγων. primitias libaminum facientibus fatidicis græcis ac magis. οὗτος δὲ τάδε ἄλλα ἀγαθὰ, καὶ ὁμόνοιάν τε καὶ κοινωνίαν τοῦ ἄρχειν τοῖς τε Μακεδόσι καὶ Πέρσαις, εἶναι δὲ κατέχει λόγος τοὺς μιξαμένους τὸ αἷμα ἑστιᾶσθαι ἐπ' ἀλλήλοις, καὶ τότε πάντας μίαν τε τράπεζαν τρώγειν, καὶ ὠδὰς αὐτῇ ποιῆσαι. cosq; omneis, id est nouem millia, vno eodem libamine libasse, & pæana cecinisse. à quo statim conuiuio veteranos & causarios voluntarios Cratero duce in patriam id est in Macedoniam remisit: qui ad decem millia inuenti sunt: quibus singulis stipendiũ non modò in præteritum, sed etiam in id tempus persolutũ est, quod ad reditũ consumpturi erant, & pro corollario talentum vnicuique. Ex quo coniici potest quanta largitio illa fuerit. ἔνθα δὴ ἐθέλοντας ἤδη ἀπολύεσθαι τῶν ἀπήντων τῶν Μακεδόνων ὅσοι δὴ γῆρας ἢ πηρὸν ἄλλῳ συμφορᾷ ἀπόλιμοι ἦσαν. καὶ δοῦναι αὐτῶν ἐγένοντο εἰς τὸν μυρίους. τέθις δὲ τῶν τε μισθοφορὰν οὐ τῷ ἤδη χρόνῳ ἔδωκεν ἀλλὰ καὶ τὸν ἐς ὕστερον μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐς τὸν ἐκποσθεν τῶν οἰκαδε ξυμβαίνοντος. ὡδὶ δὲ καὶ τάλαντον ἑκάστῳ ἔταξε τῶν μισθοφορᾶν. Tum subdit Athenæus, οἱ δὲ παμφθέντες φησὶ τέφανοι, οὓς

A τῶν πρεσβυτῶν καὶ τῶν λοιπῶν, ταλάντων ἦσαν μυρίων πεντακισχιλίων. Coronę autem à legatis & aliis in ea celebritate missæ, quindecim millibus talentûm æstimabantur. Quapropter paulo superius ita dixerat: καὶ ἔκθεσι οἱ πρότερον καλούμενοι διονυσοκόλακες, ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν ἀφ' ὧν τοὺς τῶν λόγων ἐποιοῦντο, ἐφ' οἷς καὶ ἔσθη ὁ ἀλέξανδρος. Proinde qui prius Dionysiocolaces vocabantur, iam inde Alexandrocolaces dicti sunt propter munerum magnificentiam, exhilarato ob id etiam Alexandro. Quindecim millia talentûm non minus no nagies centenis millibus coronatorum valuerunt. Hæc autem munera in-
B telligimus Alexandro ab Asia gentibus subactis & regibus & dynastis ob honorem nuptiarum missa, vt hodie factitari videmus: cum fortasse Alexander literas ad præfectos prouinciarum ob id misisset: & præterea ab ipsis Macedonum primoribus, quos victoriæ aliæ super alias in immensum locupletarant. Magnificentiam autem & nitorem inusitatum Augustalis Alexandri Phylarchus his verbis animo concipiendam dedit, vt idem auctor refert: τοὺς δὲ χρυσᾶς πλατάνους καὶ τὸν χρυσοῦν ἄμπελον, ὑφ' ἧς οἱ πρῶτοι βασιλῆς ἐχρημάτιζον πολλάκις καθήμενοι, σμαραγδίνους βότρυς ἐχούσης, καὶ τῶν ἰνδικῶν ἀνθράκων ἄλλων τε παραδεδομένων λίθων ἐπαρβαλλόντων ταῖς πολυτελείαις, ἐλάττω φησὶν ὁ φύλαρχος φαίνεσθαι τὴν καταπέτειαν ἑκάστοτε γινομένης παρὰ ἀλεξάνδρῳ δαπάνης. Nam aureas (inquit) platanos
C aureámque vitem sub qua Persarum reges sedentes iura sæpe reddebant, audiendisq; gentium postulatis vacabãt, inferiores videri quotidiano sumptu Alexandrinæ regię Phylarchus perhibuit, etiamsi vitem illam auream spectabilem opulentia facerent vuæ in ea dependentes, ex smaragdis illæ quidem & carbunculis indicis, atque gemmis aliis summę taxationis aptę. Pergit Phylarchus in hæc ferme verba: Iam primum erat eius prætorium castrense centum lectorum capax, idque aureæ columnæ octo numero continebant. Supra autem columnas assurgentia laquearia opere vermiculato, auro aliáque eximia materia coagmentato, summam prætorii partem
D decorè fastigiabant. Ipsi primùm quingenti Persæ, quos illi melophoros vocabant, id est hastilia ferentes aureis malis præpilata, intrinsecus prætorium cingebant, luteis ac purpureis vestimentis exculti. Post hos mille sagittarii, partim flammeis induti vestibus, partim hysgino tinctis. non pauci etiam cæruleos amictus habebant. His quingenti Macedones præerant argenteis parmis insignes, ob id argyraspides dicti. In augustali medio autem rea sella solio similis statuebatur: in qua residens Alexander de iis rebus stabat, quæ regiam sententiam poscebant, aut præfectos ad imperia accipienda vocabat, cum interim stipatores vndique regi apparerent. Extror-
E sus verò elephantorum agmen suis stratis contectum prætorio circundabatur, & simul Macedones mille Macedonico cultu conspicui. Ab his rursus Persæ numero decem millia excubias agebant. Quibus autem purpuram ferre mos erat, quingenti tantum erant. iis enim tantum ex supradictis Alexander purpuream vestem dabat. Cúmque tot essent præfecti comitésque Alexandro & ministri, nulli ad eum accedere non accersito ius erat. Huiusce modi (inquit ille) fuit dignitas & augusta species Alexandri in expeditione agentis post Darium victum. Sed quod Phylarchus de platanis

Chares. Nuptiarũ Alexandri magni luxus.

Alexãdrocolaces. Dionysiocolaces. Munera nuptiarum Alexandri.

Augustale Alexandri.

Prętorium castrense Alexandri magni.

Argyraspides.

Platan⁹ vitis ex aurea.

& aurea vite dixit,videndum id quale sit.Idem igitur Athenæus circa prin F
cipium lib.xii.de luxu & deliciis loquens ita inquit: χάρης δὲ ὁ μιτυληναῖος ἐν
τῇ πέμπτῃ τῶν περὶ ἀλέξανδρον ἱστοριῶν, εἰς τοσοῦτόν φησιν ἦλθεν τρυφῆς ὁ τῶν πέρσῶν βασιλεύς,
ὥστε ἔχεσθαι τὸ βασιλικῆς κλίνης ἀπὸ κεφαλῆς ὀϊκημάτι πεντακλινον. ἐν ᾧ χρυσίᾳ πεντακισχί-
λια ἅλς παντὸς ἑκαὶ τάλαντα. καὶ πρὸς πολλῶν ἕτερον οἴκημα τρίκλινον. ἔν τάλαντα τρισχίλια
ἄργυρίᾳ, καὶ πεσσοπορεῖν βασιλικὸν ἀπόδυτον. ἦν δὲ ὧν ἔφ κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος κά-
θελος χρυσῆ ἀπὸ τῆς κλίνης, καὶ πλὴν ἄμπελον ταύτην ἀμπύτας φυσὶν οἱ τοῖς σταθμοῖς, καὶ βό-
τρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων λίθων σωτηκεμένους. Chares autem Mitylenæus li-
bro.v.historiarum Alexandri, Darii regis tempore in eas iam delicias Per- G
sarum reges prolapsos esse scribit,vt ad caput cubilis regii conclaue vnum
esset pariete vno intermedio obstructum,ea magnitudine,quę quinque lec-
Persarũ regis ceruical. tos caperet,in quo semper essent condita talenta auri quinq; millia. hóc-
que conclaue ceruical regium appellabatur. E regione verò huius aliud es-
se conclaue triclinum ad parietem eum excitatum,ad quem cubilis pedes
vergebant,in quo argenti talenta numero tria millia condebãtur. nam etiã
Scamnum suppedaneum. ipsum trium tantum lectorum capax erat,& scamnum suppedaneum re-
gis esse dicebatur. Verùm in ipso cubiculo regio vitis erat aurea gemmis H
Vitis aurea. insuper inclusis locupletata,eaq; velut pergula regio cubili obtendebatur.
Hanc vitem Amyntas in libro de mansionibus regiis, prodidit racemos
etiam pensiles habuisse ex lapillis æstimatissimis aptos. Nec procul ab ea
craterem aureum collocari solitum Theodori Samii opificio nobilem.
Quinque millia auri talentûm non minus millibus quinquaginta argenti
valuerunt,quæ nos trecenties centenis millibus coronatorum æstimanda
esse contendimus. Tanti Persarum reges ceruicem suam inclinandam es-
censuerunt, & præcipuè Darius ille, quem tertio iam prælio atque etiam
bello victum,amicorum iuratissimi aureis compedibus vinctum, cum ali- I
quãdiu traxissent,ad extremum equum conscendere negantem,nefario sce-
lere contrucidarunt. Hoc sibi fortuna ludibrium extremum ex tãta super-
bia comparante,vt qui tanti caput suum recumbere, & pedes subniti vo-
luerat, tanti etiã manibus pedibusq; vinciretur. Sic fert humana conditio,
vt cum fastigium suum longè supergressa sit,cõtinuò cóncidat. Quod vti-
nam reges satis animaduerterent, animaduersumq; meminissent. Sed vnde
id in mentem illis veniat? Darius enim ille Persarum regum vltimus,lite-
ras etiam græcas sciuit,vt auctor est Curtius,nec id meminisse potuit, tum
maximè florente philosophia.Idem Curtius auctor est lib.iiii.cum Alexã-
der ad Arbela castrametatus esset, qui vicus est Assyriæ Persarum clade &
Alexandri victoria nobilis,legatos Darii iterum ad Alexandrum ad pacẽ
petendam venisse,& redimendam matrem Darii cum duabus virginibus
mandata autem Darii & conditiones huiusmodi attulerunt, quæ condi-
tiones,Darii incredibilem opulẽtiam, latæ,& Alexandri inauditam animi
fiduciam atq; celsitudinem,non acceptę,ostendere potuerunt. Verba lega-
torum hæc apud Curtium leguntur: Quid opus est armis, inter quos odia
Darius Alexandro filiãcũ dote sublata sunt? Antea Darius imperio tuo finẽ destinabat Halym amnẽ,qui
Lydiã terminat:nunc quicquid inter Hellespontum & Euphratẽ est,in do-
tem

A tem filiæ offert quam tibi tradit. Ochum filium, quem habes pacis & fidei te opima obtulit.
obsidem, retine:matrẽ & duas virgines filias redde. pro tribus corporibus
triginta millia talẽtûm auri precatur accipias.sic enim in antiquo libro le-
gimus,licet in impressis trigesimum talentum auri legatur.& inferius Ale- Curtij loc.
xander legatis excedere tabernaculo iussis,quid placeret, ad consilium re-
fert.diu nemo quid sentiret ausus est dicere,incerta Regis voluntate. tandẽ
Parmenio,antea suasisse se ait vt captiuos apud Damascum redimentibus
redderet. ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis qui multi vincti viro-
B rum fortium occupauerant manus: & nunc magnopere censere, vt vnam
anum & duas puellas itinerum agminũq; impedimenta, XXX millibus
talentûm auri permutet. Ingrata oratio regi fuit:itaq; vt finẽ dicendi fecit,
Et ego(inquit)pecuniã quàm gloriã mallem,si Parmenio essem:nunc Ale-
xander,de paupertate securus sum,& me nõ mercatorem memini esse, sed
regem. Hactenus Curtius lib.iiii. cuius illa verba corruptè vulgò legun- Curtij lo-
tur,cum aliàs, tum etiam quòd XXX talentis auri codices impressi ha- cus.
bent, quod non magnũ est precium, hoc est minus quadringentis talentis
argenti.Plutarchus decem millia talentûm oblata fuisse dicit, non adiecto
C auri vel argẽti.puto igitur corruptum esse numerum etiam in antiquo co-
dice(nullæ enim opes eam summã æquare possunt)aut certè argenti legen-
dum esse,non auri : tametsi talentum auri fortasse non sexagenarium erat,
vt infra videbimus.Apud Iustinum epitome.xiii.vbi legitur de opibus A- Iustini lo-
lexandri.Erant enim in thesauris C.mil.talentûm, & in annuo vectigali & cus.
tributo CCC.mil.Ego non CCC sed XXX legendũ censeo.non enim
conuenit vt CCC mil.annua essent,& centum millia tantum in conditis
pecuniis.& alioquin XXX millia annui redditus fuisse coniicere possu-
mus ex supradictis. Hæc ferè sunt quę de opibus Persarum comperimus,
D atque etiam dici possunt,quibus hoc institutum fuit(vt diximus ex Hero-
doto)vt aurum atque argentum graue in thesauris haberent.Strabo autem
ita inquit de hoc loquens: ὁ δὲ πλεῖστον χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐν ταῖς κατασκευαῖς ἔχειν,
νομίσματι δὲ ὀλίγῳ. πρὸς τὰς δωρεὰς ἱκανὰ κεχαρισμένα νομίζων μᾶλλον, καὶ πρὸς χαμηλίων
ἀπόθεσιν. ἧ δὲ νόμισμα πρὸς τὰς χρείας ἀρκοῦν. ἱκανὸν εἶναι, κόπτειν δὲ πάλιν ἐκ τοῖς ἀναλώμασι
σύμμετρον. Maximam autem auri atque argenti partem in instrumento & fu- Institutum Persarũ animaduertendum.
pellectili esse,in nummo non multam.siquidem illa elegantiora & ad mu-
nificentiam,& ad thesauros condendos apud eos existimari. Nummi autẽ
E signati tantum sufficere quantum satis sit ad vsum, ideoq; signari pro mo-
do impendiorum. Hoc institutũ Persarũ ignorasse homines ii mihi viden-
tur,qui censent interesse Reip.vt vasa aurea & argẽtea q̃ paucissima in pri-
uatis sint censibus,& plurimũ aurum argentũq; confletur in officinis mo-
netalibus,vt nomisma in commerciis exuberet. Nec me latet censura olim
dignũ apud Romanos visum,argentũ factum domi vltra paucula pondo
habuisse:sed ob aliã causam id institutũ,& in pœnuria argenti. Verùm ve-
uero quum imperii nostri redditus componerẽ cum Persicis, subquadru-
plam ferme proportionẽ habere deprehendi. Sic enim ratiocinabar, quasi
largè annua quinadena talentûm millia Persarum reges referre in accepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuerint. Huius summæ quartam partẽ quadragies centenis millibus fran. F
cicorum (hoc enim vocabulo nostri in ratiociniis principalibus vtuntur)
vbere ratione æstimabam. Quam summã acceptam & expensam memoria
nostra aliquot annis nouimus. Sic igitur statuebam, si tributa quæ quotan-
nis ex occasione gerẽdarum rerũ variè & libero principum arbitratu indi-
cuntur, ad statam fixamq; summã & formulam redigerẽtur, posse hilari po
puli conditione ad quinquies & vicies centena millia francicorum perue-
nire, vectigalia autem (de quibus antè diximus) & patrimonium regium
ac diadematicum duodecies minimùm conficere. Reliqua omnia quæ vi- G
ces statas non habent (qualia sunt fortuita, & aduẽtitia, & omnia in fiscum
cedentia) in paginam liberalitatum seponebam, cum muneribus & magi-
stratibus & omnibus dispensationibus quæ codicillis conferuntur à rege.
his enim rebus prolixè munifici principes esse possent, si certo quodã mo-
do munificentiam temperare meditarentur, nec primo cuique petẽdi adi-
tum occupanti largiri. Hanc breuiarii principalis constitutionem sponde-
re ausim & fortunis omnibus meis cauere, populum Gallicum non modò
ferre posse si ei iniungatur, sed etiam beneficii loco deposciturum, dunta-
xat ea lege, vt ab iniuria militari incolumem se fore & sartum tectum (vt di- H
citur) restipulari liceat, & semel quotannis ea conditione imperatis regiis
defuncturum. Adde, si placet, & sibi bona fide sponderi id intelligat: neque
id quidem modò, sed etiam corollarii nomine hoc additurum, vt si de aris
& focis dimicandum sit, repetitum se iri vbere aliqua indictione caueat.
Semper enim ad incerta bellorum reges nostri velut sanctius ærarium in
populi benignitate obsequiosa recõditum habuerunt. Quòd si quis huius
anni collationem reputet anni superioris collationem excipientẽ, atque in
id tempus vtrãque incurrentem, quo & vis maior seu cœli intemperies ca-
lamitatem, & vis improbior (quæ militaris est petulantia) pauperiem longè I
lateq; per rura fecere, nullus iam modus æstimationis erit. Nam cum alias
ferè ea populi imperia accipientis obsequentia, & tributa præstationésque
alias imperantium duritia apud nos esse soleat, quæ est vinitoris aut insci-
ti, aut minimè indulgentis, qui pluribus palmitibus vitem quàm pro stir-
pium viribus onerare non veretur, quum nihilo secius imperatas vuas
vitis frugifera reddat: tum sic actum est hoc biennio (quod miremur ple-
bicola principe) quasi postremùm tributa atque simul omnia iniunge-
rentur, perinde vt conductores agere iam ferè exactis lustrorum annis as-K
solent, qui prædio non suo mox futuro, multorum annorum fructum ex-
primunt improbius. Sed scilicet fatali diráque (vt ego quidem arbitror)
omnium propè ordinum ignauia, incuriáque pari, insignes anni fuerunt,
eo vtique tempore, quo nemo ferè Gallus indole Gallica inuẽtus est. Et-
enim per deum pérque publicam conscientiam, quoto cuique gloriari li-
cet sua in rempublicam officia constitisse? Certè nulli, vt videtur, eorũ qui-
dem certè qui à memoria aut consiliis principi, & super sanctiora officia
fuisse dictitantur. Ecquando autem post hominũ memoriam strenuis ma-
gis nauísque ducibus & loricatis & togatis respublica indigere visa est?

A At vtrosque eam nunquam tantum desiderasse constat, quum populo id
vociferante, omnes etiam ordines tumultuosè admurmurarent. Heu disso-
luta inertia, plebei gentis voce non commoueri? Nutrici regiæ ac publi-
cæ, iam exuctæ atque aridæ, primores eius alumnos neutiquam condole-
scere? Quòd si parum de comprimendo ore famæ laboramus, dum famem
longè à nostris priuatim penatibus arceamus, ne deum quidem res huma-
nas credimus despectare? Ecquo igitur vnquam tempore maior (vt ita di-
cam) seges emerendæ gratiæ tum diuinæ tum humanæ fuit, si iis qui ad li- Ad limen
B mina obseruabant, publicæ charitatis guttulam paracletus ille spiritus sub- obseruũt ij
instillasset, qui totum se iam profundere creditur simul ac creare pontifi- qui aditũ
ces eisdem libitum est? At enim rex aures ferendæ veritati nõ habet, nec op- aulæ inte-
pidani homines scire possumus quid cum principe in aula interiore aga- rioris clau
tur. Quot igitur eorum tandem, aut quoties ipsos vidimus (vt ita loquar) dunt pro
excuriatos ob id, quòd ingenuè homines dicerent eos esse prolocutos, aut potestate,
vicem publicam egregiè conquestos? Hæc in pullata forsitan turba admitti & aperiũr.
excusatio potest, quæ trans tectoria vultuũ introspicere prę hebeti acie nõ
C aulico, tũ ex ingenio principis plebicolæ & indulgentis, ex eorumq; ipsorũ
moribus confirmatam. Ego vt credam causam populi eos agere, qui nihil
non sibi suisq; impetrare auferreq; non verentur? aut regiæ charitatis igni-
culos excitare eos posse, qui beneficentiæ fines gentilitate aut cognatione
circũscribentes, ad suffragationes aut pias aut honestas, frigidiores esse Sala
mandra videntur? Quonam autem modo existimabo diuinæ legis eos ra-
tionem vllam habere, quos in actu vniuersitatis stipulationes priuatim idẽ-
tidem concipere notum est? Quid eos deniq; pensi habere credam, quos po
D pulo ad extremam inopiam redacto, Crassianis censibus penates suos au-
gere nec piguit nec puduit? Atqui eò iam ventum esse video, vt velut in lu
stu talario populus damnoso semper iactu miser, omnia sua in medium con
ferre teneatur, cum aulæ pauci alumni tanquam iactu Venereo fortunati,
vniuersa raptim, aut certè pignora vniuersorum auferant: nos autem ludi
fortunæ spectatores, procul q; ab actu summoti, vt immunes, ita exortes, ri-
sum interdum rebus, interdũ lachrymas suspiriaq; accommodemus. Hæc
enim non tam Democrito spectatore quàm Heraclito indigent. Hac alea
dudum Gallia omnis æui decus gloriamq; perdidit, vt parcissimè loquar.
E Verumenimuero est in Græcorum prouerbio, superni Iouis tesseras nun- Adagium
quam non aut cadere commodè, aut tandem euenire: quo intelligi volunt, græcum.
deum quum rebus humanis lentam quidem manũ, sed ineluctabilem ad-
mouit, eum euentum cuiq; rei dare solere, quem aut hominum promerita,
aut secus admissa postulauerint. Quare qui lusu antedicto immodicè cre-
uerunt, cauere (vt opinor) etiam atque etiam debent, ne sibi propterea ni-
miopere gratulentur. Si enim deus vicissim aleam suam iecerit, isti qui nũc
Venerem sibi cecidisse lætãtur atque triumphant, versa vice ludi fero qui-
dem casu, sed caniculari cóncident. Siquidem nec impostura fieri iudicio
diuino potest, nec diuinę iustitiæ prescribi vllo tempore aut titulo. Sui au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem amor nimius,& charitas publica, tam inter se dissident, vt ne glutino
quidem gerendi magistratus vel honoris sociabilia esse possint. Tum de-
mum igitur aula Franciæ rectè constituta esse dicetur,quum ii qui summa
rerum tenebunt,sui & larium suorum obliuisci tantisper videbutur. Nunc
autem ita ad actum rerum homines partim irrepere, partim irrumpere vi-
demus & prosilire, vt quos tenues & ieiunos viderimus pridie, distentio-
res ricinis cernamus postridie. En queiscũ in tenebris micemus, vt in vtrãq;
aurem reges securi,somno sopiri possint,qui huiuscemodi vicariis atq; ad-
ministratoribus habenas rerum concrediderunt. At etiam homines eximiũ
se decus meritos esse adeptósque censebunt, si res dudum accisæ, benigni-
tate diuina vberiores fieri iam cœpere citra pulueris tactum, vt est in pro-
uerbio. Quasi verò obscurum sit ductores ipsos ordinum impares grauio-
ribus curis,confertis(vt aiunt)manibus optabundos, fatis omnia regenda
permisisse, casuumq; temeritati: quum interim populus alienæ culpæ pœ-
nas pendens(vt assolet)infulas ac fercula propitiatoria circunferens, veniã
& pacem superûm, supinis ad aras manibus exposceret atq; exoraret. Num
etiam (si diis placet) prouidentiam suam populo imputabunt ii qui auras
omnes laxamenti securitatisq; priuatæ captantes, in pacem tandem genia-
lem fato auspice deciderunt? Equidem sacrilegii instar esse putarem, si id
quod præter hominum opinionem diuinitus fatis ita competentibus euc-
nit,humana prudentia acceptum sibi ferri vellet,aut etiam sineret. Quis au
tem nescit quàm malè parati ad occasiones eramus, quàm vndique depre-
hensi & stupẽtes,nisi deus nullo nostro merito impetu iræ suæ repressisset?
Gratias igitur ob id habere & agere clementiæ diuinæ, nõ nostræ gratulari
prudentiæ debemus. Neque verò ex illa iactatione fœderum anniuersario-
rum satis ipsi videmur in portum quendam fixi certiq; consilii respexisse,
nec pignus certũ habemus pacis superûm venieq; impetratę. Quid ni enim
has ego superûm inducias potius q̃ pacem vocandas esse putem, cum aspe-
ctum in cælum nos referre nõ videam? Simul ab istis galeripetis metuo(vt
aperte loquamur)qui nos semper è tranquillo in æstum atque in scopulum
auferunt,fatali Franciæ calamitate. Hic facere non possum,quin ad aliquã-
tum spatii amœnioris excedam à proposito,animoq; obsequar meo,opere
multo iam fatigato. Nam quum in mentem mihi earum rerum venit,quas
post decimum abhinc annum vidimus:mihi videtur animaduersio diuina
velut lanista quidam prępotens totius propè occidentis imperia inter se cõ
misisse, nempe vt vicissim bella populi propulsantes & inferentes, iustitiæ
supernæ pœnas penderent insolentiæ, & tanquam sanguinem mitterent
opulentiæ exuberantis. Atque vt reliquos omittam, nos in Italia rebus ge-
stis feroces, Venetis bellum vtcunque indiximus,indictumq; strenuè gessi-
mus cum contemptu hostium,atque ingenti virium nostrarum fiducia. id
etiam mira felicitate vno prælio,ductu & auspiciis principis penè profliga
uimus. Huius clarissimę victoriæ quum lauream non sceptris nostris alli-
gare,sed in gremio summi Iouis (vt aiunt) deponere deberemus (ancipiti
enim alea prælium commissum fuisse notũ est, nec incruento Marte con-
fectum)

Pax genialis dicitur, quæ cõnubio inito inter Francos & Anglos facta est,pronuba diuina quidẽtia.

Fœdera anniuersaria dicuntur, quæ quotannis alia & alia feriuntur.

Galeripetæ,purpuræ candidati.

Lanista est quo moderante di gladiantes sese mutuis ictib⁹ imperunt.

A fectum)pro eo vt benignitatem diuinam summamq; potestatem agnosce-
remus, victoria ipsi feroces, subinde gigantea propè immanitate theoma-
chiam meditari institimus,in superosq; velitari:quum interim & à nobis &
ab hostibus sacrosancti liticines bellicũ occinerent. Heu fatalis furor vtra-
rũque partium. Quid,malum?nos maiorum nostrorum pietas non moue-
bat?illos heroicorum temporum sanctitatis non pudebat? An eius tempo-
ris fortasse in mentem non veniebat, quum diuus Petrus Pauluſq; & eorũ
sequaces ecclesiæ architecti,non armorum splendentium fiducia infesti ad
B prelia grassabantur, sed cruce,sed innocentia freti, cætera inermes,ad castra
CHRISTI tuenda in tumultu flagrantissimæ charitatis classico cieban
tur? Nunc inania tantùm ipsi nomina tanto interuallo facti,etsi eorum de-
mum maiestate apud populos sacrosancta, sacerdotum ordines primarii
fastus suos obumbrant. O diram portentosamq; vecordiam sacrosanctæ
potestatis. Quis enim vnquam tantum animo concepit nefas, vt sacerdotũ
culmẽ,vt cleri magister, vt sacrorum summus opifex, manus inauguratri-
ces,ab altaris operatu adhuc calentes, in familiam domini armare sustine-
ret? vt animo plus quàm gladiatorio grassaretur ad Christiani nominis co
C lumen mundo stupente delendum? & nunc mysticum illum ensem cæsim
punctimq;,irrito (vt credimus)proposito vibraret, nunc à Marte sanguina-
riam frameam mutuaretur,& consternatos diris execrationibus (quæ for-
tasse in eum ipsæ verterunt) ad internecionem quoque persequi cõnitere-
tur? En quos pedes, quas manus libens exosculare, inde vt os cruentum
ac pollutum referres. Miserum verò te tum Iuli,atque intemperiis actum,
qui vsqueadeo iræ cæcæ indulgendum putaris. Túte vt transuersus & prę-
ceps vesana animi cæcitate raperere? & nec te,nec decorum maiestatis bea-
tissimæ præ odio respiceres, sed ordinem amplissimum,sed senatum illum
D purpuratum,præcipua veneratione insignem,sed Libani gloriam splendo-
rémque tecum rapiens,inuitum bona ex parte & mussitantem,arcis eccle-
siæ ruina nos obruere téque adeò ipsum cuperes? orbem etiam penè totum
concuteres,fulminibus ciendis intorquendisq; collabefactum? vt nos odio
& inuidia flagranteis,igneq; deinde ardenteis, toruis istis oculis inspiceres?
nec iam recusares,quin in rogum nostrum flammantem voti compos in-
silires? Proh superi immortales! tantúm ne de summo sanctuarii vertice li
cuit malesuadę noxæ,vt œstro vindictę plusquam Atreię percitum per fas
E ageret nefasq; præcipitem, vt vel corpus animumq; in busto inimicorum
properaret ire perditum? Non fuit iræ efferatissimæ satis,retro nos in fines
fulmine perterrefactos egisse, Italiæ perditè nobis adamatæ possessione ce-
dentes cum fremitu gemituq;,nisi de aris insuper ac focis dimicare, extre-
mâque deinde exempla timere coëgisset: quum interim sub ipso lanista
sanguinario totus propemodum hic orbis nobiscum pariter digladiaretur
animo infestissimo. Vbínam erat igitur ille zelus domini, quæ est ira iusta
læsæ aut imminutæ vindex diuinæ maiestatis? Hoc enim demum signifi-
ro in aciem prodire sacris cohortibus fas est,siquando prodire fas est. Num
tandem igitur ille ex æde Charitatis aut Fidei sacello ancilia prompserat,&

Sacrosancti liticines, ecclesiastici principes partiũ vtrarũque ductores,discordiã alẽtes. Alludere videtur ad concilium Pisas indictum.

In Iulium secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

signa cruciata? Ecquid igitur eum pudebat seruum dei se vocare, cum Frā-
ciam Christianorum decus semper,& pontificum olim religionisq; asylū,
Alludit ad eum locū qui olim Romæ busta Gallica dictus est ob Gallos quondam Camilli rē pore aceruatim illic sepultos.
bustis ipse Gallicis insignire gestiret? quum sacerdos septuagenarius, Chri-
sti pacis conditoris & parentis legatus, Bellonæ sacris operaretur: cui cum
generis humani luculento dispendio litare contendebat, idq; tum, quū pro-
fanum vulgus ad delubra pacis & concordiæ miserabili specie supplicatio-
nes inibat? Enimuero visendum spectaculum, patrem non modò sanctissi-
mum, sed etiam senio & canitie spectabilē, quasi ad tumultum Gallicum è
Bellonę fano suos euocatos cientem, non trabea, non augustis insignibus
venerandum, non pontificiis gestaminibus sacrosanctum, sed paludamen-
to & cultu barbarico conspicuum: sed furiali (vt ita dicam) confidētia sue-
cinctum, fulminibus illis brutis & inanibus luridum, eminente in truci vul-
tu cultuq; spirituum atrocitate. Profectò nos vidimus paucis annis multa
Bruta oli fulmina dicebātur q̄ nihil portendere videbantur, quasi inania, & nulla ratione naturę venientia, vt Plin. inquit.
quæ prorsus maiora fide posteris videbuntur. Hoc turbine, hac procella la-
xata ecclesiasticę auctoritatis ac disciplinæ compage, quónam modo fides
recta, nisi clauis trabalibus & æternis fixa, sacrisque monumentis semel af-
firmata constabilitaq;, stetisset? Verùm o superi boni, quàm præstò manus
ipsa dei affuit, quondam ipsa ecclesiæ architectatrix! Quàm autem eadem
ipsa veluti numen tragicum (vt dicitur) è machina necopinatò visa est præ-
sentissima opitulatrix! Nam illo pōtifice de medio mox sublato, [a] hūc mi-
rificis comitiis eadem manus suffecit, intestini protinus externíque belli pa-
cificatorem, qui caliginem sanctuario domini incubātem discussurus haud
dubiè existimatur, cæliq; liberum aspectum omnino redditurus: quum eriā
eadem manus diuina Iulium ipsum ante mortem Titanici sceleris cordo-
lio tetigisse crederetur, vt vtar verbo comico in re prorsus tragica. Nos ta-
men eas pœnas (vt ingenuè fatear quod negare non possum) meritò pepen-
dimus, ob victorias (vt iam dixi) luculentas semper insolescentes, ne nō pla-
nè Galli, priscorūq; similes Franci, nunc esse videamur. Siquidem supradi-
ctarum rerum religione obstrictis Gallicarū copiarum animis (ferre enim
diu piaculi religionem viri Christianissimi nequeunt) idem qui à nostris
deus in rebus secundis non agnitus fuerat, ex fauore mox in iram versus (si
tamen irasci deus potest) lymphatico primùm pauore consternatos retro
egit in Franciam: deinde etiam classicis circūsonantibus pauitanteis, de ani-
ac laribus dimicare delicias suas Francos, aut certè tergiuersari coēgit. Quo
tumultu ac dedecore quum iam multum pœnarum videremur superis pe-
pendisse, nec ideo vecordiam nostram expiatam esse putaremus: hostes au-
tem rursus bellum & tumultū inferre, nos propulsare pigeret (neque enim
satis iam animorum nobis, præsertim quum alibi manus nostræ distinerem
tur: neque illis satis copiarum aut apparatus fuisse dictitatur) factum est
omnia moderante prouidentia, vtrisque vt commoda pax esse crederetur,
Hic significat Imperatorē Maximilianū.
fremente tum Sinone aquilifero, qui libens incendia miscere magno tumul
tu solebat, & rursus extinguere, in vtrāque partem alternans, sæpe leues ob
causas atque indignissimas. Ita animaduersio diuina vt lanista placidus ac
clemens, duos populos ad internecionem iamiam digladiaturos, medio in
certamine

A certamine diremit, contenta (vt spero) ad sanitatem & modestiam vtrosq;
redegisse. Inuidia enim apud superos vtrinq; flagrabamus ob redundanteis
opes. Iamque eò ventum putabatur, vt illi hausturi propediem de fece, nos
etiam resecturi de viuo videremur. Tametsi in ea sum opinione, vt nobis
improuisa tempestate iactatis, vna & altera (vt dicitur) anchora sicca resta-
ret, si gubernandi satis nari in tumultu atque in trepidatione fuissemus.
Quando enim Francia omnibus rebus instructa, deo quidem non aduerso,
vndique deprehensa est, atque ad incitos redacta? vt est in prouerbio. Ecce
B autem rursus hic mihi vereri subit, ne in geniali fœdere præteritorum no-
bis obliuio surrepat, & veluti rude donatos nos esse diuinitus existime-
mus, quasi iterum nobis bellum non timendum sit, duntaxat pro portis
propulsandum, pro laribus, pro pignoribus. Nam ne nusquam belligere-
mus, inquies noster animus ferre nullo modo potest. Sic opes iam nimias
conteri bello continenti necesse est, & referre dicunt nostrorum quorun-
dam ærarii dispensatorum, principes à rebus bellicis nūquam esse feriatos,
ne tranquillo rerum statu rationes ipsis recognoscere vacet. O beatam futu
ram Galliam, si tam ei contigisset heros habere frugi, quàm bonos habere
C solet. Nam mancipia, vt quæ maximè vnquam prouincia, dicto habet au-
dientia, etiam si suum ius seruientibus constat, æquitate dominantiū. Iam-
primum in ea summum Liberi patris cum Cerere certamen, vt vini nobili-
tates non possis sine nomenclatoris opera numerare. Mitto temperiem cæ
li & clemētiam, & quòd vtriusque maris cinctu & commercio commodè
comiterq; habitatur. soli vbertas tanta est in vniuersum etiam inter inopes
frugum sterilesq; prouincias, vt quasi annonæ præfecturam sub cardine no
stro gerere existimemur, prorsus (absit inuidia verbo) vt ieiunia indicere fi-
nitimis, victumq; abstemium cum libuit possimus, quum sumē (vt ita dicā)
D occidētis arare videamur, si in vniuersum fiat æstimatio. Adde animorum
alacritatem ad res omneis inceptandas, tum dexteritatem corporum impi-
gram atque eximiam ad vices obeundas: quibus si militaris disciplina con-
stantiam addidisset, nihil esset vtique quod in nobis ab exteris requireretur.
nam nostris quidem satisfacere nullo modo possumus, vt antea dictum est,
qui nos in ordinem nuper Barbarorum coēgisse dicuntur, nec disciplinas
nobis politicas, nec prudentiam concedentes. Equidem proborum homi-
num esse non puto, ingenitam simplicitatem in Francis improbare, quæ in
latebris mentis insidias condere nō didicit. Atqui nisi Genius Francici dia-
E dematis iam inde ab incremento sceptrorum ita ferme semper tulisset, vt
oculis & auribus alienis vti, decus esse regium crederetur, sicq; sæpe fierent
imperii magni potentes, semisses, quincunces atque trientes, vt fortuna tu-
lit, homines, qui imperandi vetandiq; impotentes esse in actu rerum depre-
hendūtur: qua sumus rerum omnium instructi commoditate, Persici quo-
dammodo regni nunc instar obtineremus. Cui enim tandem prouinciæ
itidem datum est, omnia vt pacis belliq; subsidia, & sua, & (quod dicitur) in
numerato haberet? Ita nobis copiæ nostræ equestres stato perpetuoq; sti-
pendio descriptæ, in turmasq; centenarias quinquagenariasq; centuriatæ,

Rude donati gladiatores non vltrà pugnare cogebantur.

Frācię bona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non dico præstò sunt si ad delectum edictumq; citentur, sed etiam in pro- E
cinctu,& arrectæ ad bellicum exaudiendum:ex quibus centurias habemus
cum ad præsidia regni omni in parte collocatas,tum verò ad incerta casuũ
stationes agenteis,in quascũque partes incubuerit tumultus, protinus cor-
turas. Quòd si & alias quoq; succenturiari oporteat, abunde est iuuentutis
ad sacramentum paratæ,imperiaq; manentis.Propter has aliásque prouin-
ciæ præstantias,Francia ab externis inter primas prouinciarum libentissi-
mè & visitur & habitatur:quippe visendam eam singularis pręterea hospi-
talitas facit:incolendam autem, omniũ rerum expetẽdarum exteris cómo-
ditas.Sed & si milite externo accersitoq; vti libeat, pecunia largè superest
& annona,vnde alere copias,& auctorare perenni stipẽdio possimus. quã-
quam per hosce annos infeliciter id experiri statuimus, vt ferè omnia agi
præposterè cœpta sunt fatali dementia.Siquidẽ eo errore quem græci Xe-
Xenoma- nomaniam appellant, id est nimium & incõsultum externorum studium,
nia. luculenta clades illata rusticam plebem afflixit. Cernere erat & nostrum &
externum militem plebeculę penu saginatum, vltro etiam temulentum il-
ludere quasi victis: quum interim miselli,& egentes & sicci,aliis super alias
collationibus in desidis stipẽdia militis omnia corradere atque eo amplius
corrogare cogerentur,&(quod sine gemitu meminisse nemo potest)inter-
Nexũ fire, dum nexum inire, vt est formula exigendi tributi si pignora capi nequeãt.
est corpus Sed sic est visum diri temporis interregibus, quibus ipsis placere patrium
ipsum ca- nihil potest,quiq; ante pedes positos transiliẽtes,in Colchos nobis aut Ba-
pi cum pi- sternas petendos viros putãt. ob quod eos non dubiè biennii epinicia ma-
gnora nul nent,ab iis(vt opinor)decantanda,qui eorũ olim actui supererũt. Sedenim
la sunt q̃ (o miram vim numinis)sic libitum est prouidentiæ (quæ res & vires mor-
capiantur. talium temperat,omniaq; à se facta pro potestate moderatur: cuius rei ra-
tionem inire mortales non nisi confusam aut ambiguam possunt)vt tam
rerum nostrarum competentiæ consilium perindè publicum non suppe-
teret:ne si bonis in rebus Franciæ & copiosis, bonam quoque mẽtem reip.
circunspectãq; dedisset, finitimos fortasse Gallia longissimè summoueret.
Priuatim autem nostros consilio & solertia defici ego certè non censeo,
ac ne eos quidem ipsos qui in medium consulere nobis existimari volunt,
vt quos in augenda re priuata & strenuè & solerter operam nauare videa-
mus.Hinc illi subiti penates imaginum nouarum,luminibus nunc officiẽ-
tes antiquissimæ cuiusq; domus & generosissimę. Scilicet hic est ille orbis
fatorum scitorumq; prouidentiæ,quo genus humanum & digito & nutu
dei vertitur:in quo emergenteis alias in solem familias,alias sidenteis in re-
nebras videmus,inuicem inter se sursum deorsumq; impellẽtes & summo-
uentes:quæ vicissitudo facit vt alternis floreant exolescantq; interituræ tam
dem stirpes tum priuatæ, tum principes. Verùm hoc ridiculum, quòd qui
ad centesimum se nepotem animi destinatione propagant,illustrem sibi fa-
mam in omne æuum pollicentes,sæpe intra primos nepotes stirpitus exo-
lescunt:& tam friuola spe homines,certam & diuinitus oblatam atque ex-
positam mutabunt æternitatem? Cæterùm quidnam in causa esse dicemus
quamobrem

A quamobrem qui suis commodis suorúmque cõsulere bene ac feliciter no-
runt,iidem rebus ipsi publicis prospicere non perinde videantur? Nempe
quòd aulicis institutis cauetur, ne quid è republica esse videatur aut prin-
cipis,quod non idem cessurum in rem priuatam paucorúmque manifestò
intelligatur:nec rursus aliquid publicè turpe, quod priuatim aut honorifi-
cum esse possit,aut luculenter compendiosum. Non item vice versa,quic-
quid publicè aut honestum aut vtile sit,id vt ad singulos quoque eorum
pertinere videatur. Nihil enim moribus huius ætatis publicum præter aë-
B rem & pluuiam censetur,cætera non tam publica esse, quàm exposita exi-
stimantur,in eorum vtique prædam cessura, qui anteuertere verecundis &
probis, ac præripere possint. Sic aulica vigilantibus strenuísque opitulari
iura ferunt,virtutísque præmia concedere improbè sæpenumero procaci-
térque occupanti.Proinde nulli iam in Gallia publica commoda domum
suam auertisse fraudi fuisse foréque existimatur, aut noxam publicè,quan-
ta sit illa cunque,nocuisse,qui quidem ipse,eiúsve amici in libras damni da
ti,vnciolis decidere singulis non grauetur, & ea sit solertia, vt vti foro no-
rit.Quo fit vt tam maximè ferè actui summo prępositorum diuitiæ circũ-
C fluant,quàm maximè vires opésque publicæ & priuatorum facultates ex-
hauriuntur: sicut in ægris corporibus lien & venter pellacia duo membra,
tum maximè redundare dicuntur, quum cætera exucta defectáque viden-
tur.Quòd siquando nonnulli,vt irudines distentę, caput in sorptu popu-
laris sanguinis visi sunt reliquisse,longo iam interuallo rediturum id exem
plum non timetur,præsertim quandò quod olim capitale censebatur,nũc
impulsis legibus atque afflictis, non tam criminosum ipsum quàm contu-
melioſum esse cœpit.Contumelioſum?immò verò ingenioſum inter istos
D beatos & fortunatos,atque etiam palmarium,vtpote inter quos nihil igno
miniosius egenti innocentia aut ridiculosius esse credatur. Simul enim ho
minum fidem atque existimationem cum re & censu concidere arbitran-
tur. Iam verò quum hoc semper habuit Gallia, vt bona sua interdum ipsa
nesciret,interdum scire nollet,tum verò illa prægrauat indignitas, & opti-
mum quẽque enecat(si id effari fas est,quod nequit non expectorari, vt eo
verbo vtar)quòd amplissima familia domini beati & copiosi, atrienſium
paucorum regitur arbitratu: qui accepti expensiq; paginas luculentas ha-
bentes in potestate, in rem priuatam iuxtà atque publicam versa, publicæ
rei expensare licenter impunéque videntur, necessitudini & obsequio gra-
E tioſè ea tribuentes,quæ virtuti officioſæ & industriæ debebantur.vnde fa-
ctum est vt ad summum dedecus res nostræ paucis annis non semel deue-
nerint.Quid enim per deum rerum nostrarum olim fortunatorem, quid
inquam non modò iniquius, sed etiam ad speciem maiestatis huius regni
indignius ac fœdius esse potest, quàm quòd inertes quidam homines, at-
que ab omni actu memorabili feriati,in Prytaneo(vt ita dicam) exuberan-
te saginantur cum suis clientelis,tanquam de republica aut principe meri-
ti præclarissimé? Quid perniciosius, quàm quòd ii nunc dementum vni-
cuique pro potestate statuunt, qui meritos ab immeritis, dignos ab indi-

Alludit ad verbũ iurisperitorum.

Irudo est sanguisuga.

Atrienſes serui sunt qui familiæ & vicarijs ꝑsunt. Expẽsare,expensum ferre.

Prytaneũ locꝰ Athenis in quo bene meriti de repu. publicè a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iebantur; quasi horreum publicum dictum.

gnis,lectores seruos à mediastinis, non magis internoscere didicerũt, quàm F
literarum nescii doctos ab imperitis? Qui etiam si id facere quoquo modo nouerint,tamen frugi bonæ homines, aut aliquo artificio commendabiles,nunquam aut nequitia præditis aut verberonibus seruis censeant præferendos, quorum quidem opera non in rebus dominicis, sed peculiaribus,arbitratu suo vti possint. Ita dominicum ipsum nomen tantarum indignitatum inuidiæ obiiciunt. Omnia enim imperasse dominus dictitatur,quæ paucis dispensatorum commoda sunt, vel vtcunque complacita. Horum præcipuè interest (id quod quidam nuper astruxisse dicuntur) so- G
lertes & cordatos in Francia non esse, vt qui hac via grassantibus ad peculium augendum vltra modum seruilem, fastigiúmque priuatum, perinde conniuentiam non possent patientiámque accommodare. Verùm enim ex hoc iam instituto eò ventum est, vt quàm optimè quisque de republica meritus est,tam pessimè plerunque de eo principes mereantur. Quippe aliter fieri non potest, quum huiusmodi administri non modò dispensationibus,sed etiam admissionibus in prætorio præsint. Quòd si pauci in- H
terdum ad aulæ penetralia non exoratis istis admissionalibus euasere, viri vel doctrina præditi & solertia,vel grauitate & probitate laudabiles & eximii,dicere ausim,vel maioribus eos fatis eousque euasisse, vel(quod æquè rarum est)benigno aliquo sidere insinuatos,vi maioris ingenii fortunam sibi finxisse. Ex ea ferè nota vidimus Petrum Cothardum summæ curiæ Lutetianæ principem,& Guidonem à Rupeforti Cancellarium Franciæ. Legum tutorem,morum ordinúmque censorem,ac togatorum verticem,hoc nomine significamus, quem & pleniore & feliciore nomine Nomophylacem appellare possemus, si aures hodie hanc vocem non respuerent. Horum autem duorum potissimùm ideo meminisse me iuuat, quòd eo- I
rum nominibus appellandis quum in memoria feliciorum temporum acquiescere mihi videor, inaníque præteritorum meditatione recreari, tum verò assentationi & gratiæ nihil dedisse dicar : vtpote qui nec ab ipsis iam mortuis, nec ab eorum sequacibus, qui ferme iam nulli sunt, gratiam inire sperem. Quos autem viuos colebamus, omníque obseruantia dignos esse censebamus, vtinam memoriæ perpetuæ vel nunc vel in posterum consecrare possemus, viros quidem illos diuersissimis ingeniis æquè de literis ferme literatísque meritos. Ille miro lepore studiosos exosculans, nostros & externos benignè adiuuabat, festiuus, facetus, beneficus, comita- K
te,iucunditate,& morum facilitate nulli hominum secundus: vt vno verbo absoluam,præsidium subsidiúmque omnium qui Mineruæ sacramento dixisse profiterentur.nam & ipse miro lepore inter ingeniosos literatósque præditus erat. Hunc illi aduersam per diametrum genituram habuisse diceres, vt Democrito Heraclitum ex aduerso stetisse produnt, sed subvultuosa illa facie, & propè dixerim truculẽta, summa omnia latebant etiã ad humanitatem pertinentia. Nihil autem amplius in eo cognouimus(quũ omnia essent amplissima)quàm quòd æquabilem animi prẽstantiam in aula imperiosa,versabili atq; morosa seruauit ad extremum, nõ vt in eo trucẽ animum,

Admissionales, sine quorũ beneficio nemo innotescere principi potest

Cãcellari' Guido à Rupeforti.

Nomophylax.

A animum,aut vitę infensum esse diceres,sed citra ignauiam circunspectum, & generosè cautum,tempori ita cedentem,vt consertis(quod aiunt)manibus integritatem retentaret. Quo temperamento in loco sanè lubrico,non sine optimatium plausu stetit, qui mirè increbuit eo de medio sublato. posteritatis enim dissimilitudine,desiderium eius in dies magis ac magis sensimus. Hic adhuc vnus numeros omneis impleſse gerendi iam summi magistratus existimatur. Fuit ingenio summo, doctrina (vt inter prudentes)præstantissima,memoria longè æqualium tenacissima,animo sibi sem-
B per instanti,voluptatum vel nescius, vel contemptor. In illa celebritate ac strepitu aulico hominem apud sese dixisses semper esse. Reprehensus fuit à multis (ne ab omni eum culpa videar vindicasse) quòd dicerent eum ad rem paulo auidiorem(vt seculo adhuc verecundiore)fuisse, tum iræ præcipiti non satis temperasse:& nihilo secius omnes probum fuisse eum virum non negant,ii quidem certè qui à vero nõ aberrant priuata simultate perciti. Equidem vt iram in eo prẽcipitem expertus sum,qui cum eo sæpe negocium habui in munere publico,ita contendere ausim,omnium iracun-
C dorum maleficam ipsum minimè habuisse iracundiam. Fuit enim huiusmodi, vt mira animi æquitate verba propemodum iurgiosa rediascentiũ ferret,duntaxat liberaliora,etiam si in re præsenti ægrè ferre admodum videretur. Videlicet vir ingenui & Catoniani spiritus, nemini fraudi esse voluit generosè libertatem in quẽquam vsurpasse,eorum quidem certè, quos malè sibi conscios non esse intelligebat. alioquin verò quis negat nemini vnquam homini mores vndique absolutos fuisse? Atque haud scio an laudi id verti debeat,virum natura bilio sum,& iræ intemperantem,nunquam tamen iræ ad vindictam vsque obsecutum fuisse. Eidem quum comitas in
D seueritate tristioris naturæ culpa defuit,omniũ tamen quos quisquam hodie meminit,gratiosus & suffragator veracissimè fuit. Neque enim, vt hodierni homines,aut [a] fumos vẽditare solebat, aut sæpius appellari de pollicitatione aut promisso ferebat. Nec vt veteratores aulici & flexiloqui solent, ancipites postulatores & suspensos ambitu lustrali tenebat & enecabat. Semel suffragium suum aut spondebat aut negabat, fronte vt tristi, ita minimè aulica & fallaci. Opitulator non modò benignus tempore impe-
E rriosissimo,sed etiam strenuus & peruicax : tanta animi acrimonia & solertia,vt nullum ferè moribus commendatum,tuendum susceperit,quem nõ & pertulerit ad finem destinatum. Hic(vt ita dicam) [b] Corculus in summa talis fuit,vt quum omneis flexus aulicos occasionésq; memoria teneret,minimè tamen aulicus esse voluerit & versipellis : [c] eorũ dissimillimus, quos hodie hoc nomine versari decimo quoque verbo atque obsolescere in ore vulgi non pudet,homines perfrictæ frontis, immò planos improbissimos, quos impostura factitare ore iuuat renidenti, eosq; petitores frustrari & [d] Chrestologorũ natione nouimus mellito & medicato sermone afficientes animos flagitantium, vt gaudio perfusos ab eis discedere sæpe videas, & spe bona lactatos & gestienteis,sed post intellectam tandem ludificatio-

[a] Vẽditare fumos est falsò gratiã iire:vt quidã iniqui homines faciunt qui se suffragatos esse mentiũtur, cũ verbum nõ fecerit.

[b] Corculus dictus est olim Scipio Nasica ob summam solidamq; prudentiam.

[c] Aulicos pstringit.

[d] Chrestologi verborũ comitate frustrantes postulatores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem,diras iisdem imprecanteis,quibus quidam obaudientes (o improbum sermonem)fortunari sese dictitant. En artes & disciplinas quas aulica philosophia profitetur: quibus præditi iam nonnulli domesticis pridem institutis clarissimi, nunc aduerso rumore inter aulicos agunt, etiam si se suósque secundis numinibus aulicis euasisse gratulantur. Qui autem eius academiæ decretis iam perimbuti fuerunt, eos ad frugem aliquam bonam ciuilis & æquabilis vitę redire perquam rarum est. Huiuscemodi autē apud nos [a] aulicastri degentes in oppidis vocitantur à populo, quo verbo tam Aristippeos quàm [b] Ephecticos veluti philosophos Scepticósque significant:illos salutigeros,& verborum comitate morigeros, hos cunctatores & hæsitatores appellitantes, nulli vel amicitiæ ipsos vel causæ ita vnquam addictos, quin statim cum fortuna transire parati sint. Sic enim homines [c] Aeolidæ, versatiles ad omnem aulicam auram animos aiunt sapientum esse debere. Quo sit vt municipes inuicem admonentes, vulgò eos in cornu fœnum ferre dictitent, vt inquit Poëta lepidissimus. At [d] Guido ne in Ironum quidem conuentu dissimulator fuisse dictus est (quod quidem ipsi verti à quoquam vitio possit)alioquin ingenii & doctrinæ & seueritatis maiestate maiores æqualeisq; lõgissimè summouens, vt tum opinio fuit, constans. Cuius vtinam sublimitas non etiam luminibus posteritatis obstruxisse videatur. Eam enim formam summi honoris incohauerat, cuius præscriptis qui succederet, propiúsve accederet, nemo adhuc repertus est, vt Veneris quondam Coæ tabulã iisdem lineamentis qui absolueret, Apelis successor nusquam potuit inueniri. Etenim qui ei proximus fuit, sextus aut septimus magis quàm secundus ei fuit. Mortuus autem est virtutis cõmendatione sera cognitus,quum tristitia & seueritate popularis esse cœpisset. Quare illi ex aduerso ac successori contigit. neque enim ipse vt Phidiæ signum(quod aiunt) statim aspectus & probatus est, sed primore aduentu nec plausibilis nec gratiosus, decedens tandem omnibus non iniquis desiderium sui non modicum reliquit: maiusq; olim fortasse in dies id futurũ est. Alter contrà magna hominum expectatione exceptus, præsumptâque ex præterito opinione gratus,ineundo etiam magistratu vibrans ac coruscans extitit, sed illico à sese desciscens, euanido splendore etiam cessit in prioris gloriam. Quippe vt inclusa in funda annuli bratteola fulgentẽ suapte vi carbunculum flagrantiorem reddit: sic successore prouinciæ longè inferiore atque obscuriore subiecto, decessoris illustris gloria intensius resplendescit:quo maiore cõtentione animi adnitendũ erit iis qui in posterũ eũ honorẽ gesturi sunt. Heroicæ enim virtutis exuuias gestare,nõ cuiuslibet est capitis,etiam primæ notæ.Sed sunt qui à fortuna quouis modo sublati, cum in digitos assurrexerũt,suã ipsi stupidè mirãtur magnitudinẽ. Vtinam autem illi Herculi Theseus aliquis me viuo suboriatur,qui monstra Reipab eius obitu enata, præstantissimæ virtutis eius æmulatione tollat. Eius mors publicè haud dubiè acerba,mihi priuatim quoq; luctuosa, omnibus iis incõmodissima fuit, qui honestarũ rerũ studio fortunã sibi facturi videbãtur. Quod genus hominũ quũ maximè placiturũ in aula sperareturgere

[a] Aulicastri sunt qs vulgo homines vocãt curialibus moribꝰ ꝑditos.
[b] Ephectici philosophi sunt q nihil vnq̃ constituũt, sed semper consultare se dicunt, ob id scẽptici dicti.
[c] Aeolidę ab Aeolo ventorum Rege dicti, qui ad omnẽ temporis mutationem vertunt & mutantur.
[d] Guido à Rupe forti.

A gere statim vbique eo mortuo cœpit.Siquidem tantum momentum supremis in fascibus esse iam notum est, vt quam in partem mores eius vergant qui eum honorem gerit, eiuscemodi bona ex parte primarios ordines sortiamur.Nam quum in eius sodalitio & comitatu velut seminarium antistitum & magistratuum habere Francia iam cœperit, fit vt ea in officina polītos vel viros vel homines venerari quo iure quaq; iniuria cogamur. Quare si diutius illi viro ex sinu (vt ita dicam)probę beneficentiæ edito,inter viuos esse superstitésque licuisset, & literatos vtique viros, & de meliore nota in scenam productos aulicam ciuilémque vidissemus. Hoc enim nemo vnquam à bonorum causa, quos quidem comperisset & explorasset, aut firmius aut animosius stetit. quanquam sibi quidem ipse certè & gloriæ satis,studiosis & pudentibus qui productore & commendatore ad tyrocinium indigent,parum,per,inquam,parum vixit,ipse verò reipublicæ paululum.tam salubris enim sideris occasu,sæua mox orta tempestas,turbinibus rapidis res Gallicas in omneis cœli plagas diuentilare cœpit: qui duorum hominum spiritibus immodicis excitati, quum eorum quoque obitu consopiti esse viderentur,ingenti stupore hominum extiterunt inauditę;calamitates:quibus quum par nemo iam in aula supereſſet,Gallia tum primũ animos despondere visa est,retuso etiam illo mucrone ineũdi strenuè certaminis,genti peculiari,id est primore Martis impetu, quo maximè valere nostri existimantur.Simul rei summæ gubernacula,laurea partim excussa, partim emarcescente,omnium ordinum ore rediisse ad triarios dictitabantur.Verùm ille à Rupe forti faustum cognomen sortitus,eum semper animum circa honestatis studiosos, modestiæq; tenaces præstitit(etiam si remittere frontem atque supercilium ne iis quidem ipsis videretur) vt eius obitus diem atrum & funestum semper habere debeant. Qui autem eius institutis insistere noluerunt,iam inde eo viuo virtuti eius infensi,huiusmodi fuerunt,partim vt priuatis studiis summi rerum actus fastigium inclinasse,magistratuumq; censuram (vt ita dicam)[a] delumbasse videantur,partim vt ex suo cõtubernio literatos & doctos exegisse iudicari debeant, eorúmque affines,ambitionis assentationisque nescios.& sic quoque viri imprimis delectu eiuscemodi hominum delectari sese dicere consueuerunt, vt omnia ferme viri aulici diuersissima actionibus suis animíque sententię proloquuntur,impudentia quorundam tam putida, vt aures defecarę,harúmque rerum insolentes,haurire hæc mendacia siue nausea quadam stomachosæ indignationis nequeant. Nihil autem est indignius, quàm quòd sic quoque fallere sperant ipsi nos, [b] intra pomœria & natos & institutos. O stultam & ridiculam opinionem,si quidem ita putant:impudentem & capitalem sermonem,si nõ putant.Sed illudere proteruè atque improbè eorum gaudent conniuentiæ,quibúscum colloquuntur,quũ interim ne tantulum quidem ipsi cõmouere se in illo regni theatro [c] extra numeros possint aut probitatis aut honestatis,quin aut risu statim acrium spectatorum, aut aduerso murmure excipiantur omnium [d] cuneorum. vsqueadeo qui suspici se supra alios volũt,vel agentes ipsi vel loquẽtes latere nos nequeũt.

Animaduertendus locus.

[a] Delumbare est robur ac virturem fortitudinis infringere.
[b] Intra pomœria nati,sunt homines rerũ inrelligentes,non rustici & ignari impostrarũ.
[c] Alludit ad mores histrionũ in theatro, q numeris exactis adstricti erãt.
[d] Cunei enim loca erãt in quib⁹ plebeij nullo ordine sedebant.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nonne quæ in adytis aulæ, quasiq; intra scenam ac post velum agũtur, quæ illic numina, quibúsque sacris victimisq; colantur, solẽne est nobis anniuersariis ludis velut ex [a] proscenio audire? satyricisq; actibus ita in rem præsentem perduci, ac si reducto velo opertanea sacra introspicere permitteremur? Quî igitur fieri id posse dicamus? Nempe quòd [b] Aius ille (vt ita dicam) Locutius arcanum nihil esse sinit eorum quæ in aula geruntur, aguntur, aut summussim dicuntur. Quod enim ad vniuersos pertinet, id palàm quoque vult & facit omnibus ordinibus esse. Sed beatũ illud diuersoriũ, illi tantum qui intus sunt, rimis perlucere nesciunt. Proh superi immortales! num quisquã sodali & contubernali vel etiam familiæ notior esse potest, quàm omnes eorum mores & habitus, omnes status, flexus, affectiones, motus corporis animiq;, omnes vultuum species & aspectuũ, omnibus nobis notæ sunt istorũ, qui sese & nos & omneis pulchrè latere putant? Quanta igitur cautione, q̃ circũspectè, q̃ religiosè in suo se actu gerere, vel alieno inferre debent, qui acribus oculis [c] theatri amplissimi sese circunspici sentiunt? Sed quis eos hoc sentire credat, quibus in re sibi gerenda satagẽtibus, omnibusq; sensibus occupatis, consulere famæ non vacat? Atqui si oculis cuneorum inseruire non vacabat, aut si nõ magnopere id referre existimabant, vel [d] ordinũ ipsi oculis vel orchestræ certè inseruire debebant. Hoc enim meminisse oportebat, qui existimationi olim suæ consulere neglexerunt, de iis aliquando publicè grauiter esse consultũ. Verùm hæc iam terricula infantiũ aut nouitiorũ esse creduntur. Periti autem rerum, & quos veteratores vocant aulicos, arcẽ sibi impunitatis nuper præstruxisse existimantur, cum immaniũ opum propugnaculis tutam, tum verò validis præsidiis contractarum affinitatũ necessitudinũq; firmatã, quam expugnare nulla vis iudiciorum, nulla constituendæ reipublicæ formula valeat. Pessimè verò de se mereri iam putãtur, qui vel famæ detrimento cõmodis suis non consulunt interim dũ dispẽsant. Inane enim & ieiunũ nunc aucupiũ famę esse creditur, fortunis suis augendis quoquo modo parcere, vt integritatis opinionẽ honestatisq; tueantur. Proinde non ita pridem qui rerum potiebantur, [e] scenicorũ figuras verecundis auribus transmittere aut deuorare videbantur: hanc loquendi libertatẽ moribus atq; vsu confirmatã tolli nõ posse Francis iure non violato intelligentes. Nunc verò aures istorũ sensim ea uillis ita occalluisse atq; ísueuisse videmus, vt inter theatricas personas prodire optabile iam esse cœperit quorundã opinione, qui non nisi beatorum & copiosorum nomina in argumentis Satyricis frequẽtari dictitant: quandò illi actores auriti capitii licentia atque impunitate, summum ferè quodque caput salibus suis perfricant. Vnde eò rem tãdem videmus euasisse, vt quæ olim vitia figuratè maximoq; cum lepore allegoriarũ carpebantur in summis magistratibus, quum vel Satyri cauillabundi inducerentur, vel vitia ipsa personata per prosopopœias in scenam prodirent, in iis quas vulgò moralitates, nos antiquo vocabulo ethologias appellamus: ea nunc Satyrico felle insulsè & simpliciter, ac sine venustate schematum enuncientur, videlicet quòd licentia peccandi periisse frontem (vt inquit ille) de rebus arbitrantur. En quibus seruire, quos colere & obseruare, quorum voluntati lenocinari, denique quibus grauitatis & doctrinæ, atque omnium ingenii ornamentorum fasceis summittere necesse est: eos quidem, qui aliquo in numero haberi in Francia concupiuerint: vt mirari iam homines desinant, quòd rari sapiẽtes & eruditi in rerum nostrarum administratione visantur. Nam ii quorum maximè interest res probè administrari, quum in speculis esse deberent, Vcalegontes ferè sub tecto securi rerum euẽtuumq; dormitant, ne discrimine quidem ipsi nuper fumigante veternum excutiẽtes. Hic est status ferè Franciæ, qui si aliquando ipse rectè atque ordine constitutus fuerit, vt ii vltrà in puppi ne imperitent, qui vel in transtris sedere, vel inter vectores quouis loco esse deberent, tam opulenta, vt opinor, erit Gallia, quàm priscis temporibus Hispania & Persis fuisse perhibentur. Rex quidam Franciæ, Ludouicus vt opinor vndecimus, quum sermo aliquando inter eum & Legatos magni cuiusdam principis incidisset de prouinciarum opulentia, illiq; magnificè de suis sentire rebus opibusq; viderẽtur, respondisse ita fertur, vt diceret pratum se & graminosum & latè patẽs habere, quodq; toties fieret restibile, quoties visum esset fœnisecio opus esse. Quo dicto significare volebat, nunquam nõ imperata tributa populos sibi subditos obedienter confestimq; pependisse. Nos autem sic actum esse per hosce annos cum populis Frãciæ scimus, vt eodem anno vna & altera accessione tributa, modò dimidio, modò altero tanto, nonnunquam etiam sesquiplo excreuerint, tanta animorum æquitate, vt vicem principis plebẽ etiam dolentẽ videres, audiresq;, qui tot in curas ipse rebus gerendis distringeretur: non aliter ac si ab eadem sementi altera & tertia seges demetereturin Frãcia, aut si ex noualibus spicilegiũ instar iustæ messis existeret, vindemiamq; racematio excipiens, noua atque integra fœtura denuo exuberaret. Verùm Rex ille Ludouicus prato suo amplissimo florentiq; idẽtidẽ gloriabatur, ex quo eodem anno fœnisecium iterũ & sæpius cogeret, quãtumq; placuisset. Erit olim fortasse Rex alter breui, qui chrysomallas oues aureo vellere opimas visendasq; habere se dictitabit, non illas quidem apud Colchos aut Iberos, vt in fabulis leguntur quondã fuisse, sed clemente cœli tractu luculentis inerrãtes latifundiis, toties attonsiles, quot res extirerint gerendæ, vellere succrescente perenniter, ac mira fœcunditate. Illud verò singulare, ac nulli æquè prouinciæ datum, vt bellis continuis intestinis vel externis exhausta Francia, & viris viribúsque ad summam inopiam vsque defecta, vnius statim aut alterius anni pace & commercio recreetur. Et vt Antæum illum gigantem ab Hercule sublatum poëtę fabulantur, quantũuis lucta fatigatum, ac certamine confectum, simul atque terram matrem contigisset, integras illico vires solitum recuperare: ita Franciæ vires opesq; quantũlibet accisæ, cum primùm per pacem aut inducias tellurem aratro mouere licet, quasi terræ tactu instaurari videntur ac restitui incredibili celeritate: absit modò calamitas, nec vitium obueniisse supernè experiamur. O rãram prouinciæ felicitatem, O reges vndique beatos, si tantum personã suam ipsi satis nosse potuissent, & in actu summo rerũ grauissimũ quodq;

[a] Proscenium locus est scenę prominens in orchestram, vnde Scenici proloquebantur.

[b] Aius Locutius hic famam significat nullo auctore certo emanãtem, & vera tamen prodentẽ.

[c] Theatrũ hic totum regnũ Francię significat: vnde conspicui sunt q̃ aulа sum mę rerum præfecti sunt.

[d] Ordines hic nobilium multitudinẽ & eorum qui in magistratibus sunt, significant: Orchestra, summã curiam. in ea enim Senatus spectabat.

[e] Figuræ scenicorũ sunt dicta faceta & allegorica quib' sum mos magistratus gerentes à theatricis taxantur. quasi caullamenta velata.

Moralitates, ethologiæ.

Vcalegon dicitur qui instãte piculo remissus est, qua si curã nullam gerẽs: qualis apud Virgiliũ Vcalegon intelligi debet. ὐκ ἀλεωρ.

Oues chrysomallię.

Antæus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

negocium ductu suo transigi,non auspiciis tantum suis ipsi cõcupiuissent, aut certè non sine sua conscientia. hoc deus ad cætera Galliæ addidisset,numeris omnibus cumulata felicitatis esset. Nam quum clementiam in regibus,tum libertatem in ciuibus rarissimè desiderauit, quantum vtique ferre monarchia potest liberaliter imperiosa. Illud enimuero, illud inquã acreis homines,rerúmque non nescios vrit,angit,enecat,quòd pusillis homunculis necesse est persæpe subseruire,quos vt actores & vicarios principis aulica comitia ceruicibus iniungunt succollantis populi,ac succiduæ plebis:illos quidé aut fortunæ suffragio,aut fauoris inconsulti redemptíve,aut aliàs perperam renunciatos. Huiusmodi autem homines quum fata Gallica pro potestate regant,quum liberalitates principis munificentiamq; arbitrentur, quum cuiuscunque nostratium externorumq; merita ancipiti trutina arbitrii sui perpendant,& voluntatis suę modulis viros magnos pusillosq; metiantur,sursum deorsumq;(vt aiunt)permiscẽt omnia in Francia,facilè quidem illa principe alioquin omnium prouinciarum. Quid enim per deum immortalem rectè atque ordine administrare semisses actores possunt, qui nullum ius ciuilitatis atque isonomiæ nouerunt, quæ est æquabilis honorum bonorumq; distributio,pro dignitate ac merito ciuium temperanda, qualis esse in monarchia potest? Nam quod ius à peritis appellatur distributiuum,id ab Aristotele iuris ciuilis eximio conditore κατ' ἐξοχὴν dictum est, quod est secundum dignationem & promerita cuiusque ciuium statuendum. At huiuscemodi velut interreges iamdiu pertulimus,frementibus nequicquã frendentibusq; omnibus ordinibus,suppressa quodammodo procerum auctoritate. Hic mihi manum iniicit reputatio fortunæ temeritatis, resistereq; paulisper me cogit, ac sui meminisse. Siquidem quum in omni mundi parte fortuna plurimum pollere,& rerũ esse domina dispensatrix, oculis ipsa capta, existimatur, tum verò super omnia ipsam esse in Francia cæcam atque hallucinatricem iudico. Haud ita pridem homines duos vidimus tanta subnixos potentia,vt ad reip. officia vix decimus quisq; non ex eorum clietelis quasi è seminario quodam magistratuum prodire videretur,quum etiam ipsi incrementa sua fortunæ ac temeritati bona ex parte deberẽt. Horum cum alter tempore paulùm prior,& fastigio multùm amplior,eo prorsus esset ingenio, vt qui se submittere maximè eius potentiæ vellẽt,hosce ille maximè cæteris præficere vellet,prolixeq; augere: alter eos præcipuè promoueri cõcupiebat,ornamentisq; immodicis crescere & emi nere,quos sibi vsui fore sperabat ad potentiam vel augendam vel tuendã: & aut iis moribus præditos, vt sibi morigeri esse omni genere obsequii ministeriisq; sustinerent. Nam & ipse impigrè morigerando probatus, in secundas gerendarum rerum à maiore adoptatus fuerat: quin & asseclam comitemq; illius potentiæ,non socium postea semper egit,haud grauatè primos summosq; fasceis submittens atque etiam subiiciens illius fortunæ, cuius tum nutu omnia vertebantur:& meminerat quas in leges quum summum magistratum iniret,surdo sacramẽto ipse adactus esset: Quoad illo de medio sublato,quum nutanti iam fortunæ videretur imminere, alius ex eodẽ prodiit

Renũciari magistratus dicebãtur i comitijs,dũ voce pconis designati pronũciabãtur. creari igitur & renunciari idẽ significant.

Isonomia.

Ius distributiuum.

A prodiit comitatu vir eximius,apud ordines aulicos egregiè gratiosus,cuius matura iam & adulta auctoritate solertiaq; effectum est ne ille primarię auctoritatis aut hæres aut prædo,impotentiæ animi omnino indulgeret. Cui si spiritus omneis suos profundere liberè licuisset,ne curia quidem summa quantũuis obnixa substitisset. Quum hoc rerum statu fors fortunaq; speciẽ facere potentiæ suæ videretur,contigit(id quod necesse erat)vt quos casus temerarius in aulam insinuauisset(aula autem tum erat ferè comitatus ipsorum)quum vnum aut alterum stipendium iis supparasitãdo fecissent,
B statim vel magistratu vel antistitio locuplete donati,quasi militiæ præmio, macti esse virtute obsequii atque obseruantiæ iuberentur. Quod quum mirificis exemplis apud omneis innotuisset, eoq; mores incubuisse vulgò dictitarentur,vt nulla iam via certius ad magistratus, ad honores, ad virtutis decora & diuitias ferret, quàm ambitio & assentatio, &(vt planè loquar) corporis animiq; fœda venditatio:contraq; quum honestarum artium studiosi,aut veritatis tenaces,omneśq; qui sese eximere fortis fortunæ ditione cupiebant,vel quos extra præscriptum decori & honesti pudebat prosilire,
C seseq; venditare,male de se suisq; mereri viderẽtur, qui vel studio literarum miseri intabescerent,vel inania & obsoleta iam nomina honestatis & virtutis tantopere amplecterentur,vel denique in iis rebus fouendis consenescerent,quæ nihil ad id tempus pertinere cernerentur: Quum ea inquam ferè esset conditio temporis,certatim eò aduolanteis,atque etiam migrãteis videbamus,vbi contuberniũ esse fortunæ videbatur, largitionisque eius prõptuarium:quum interim paucis illis qui constantia & pudore ducebantur, domi agere feriatos ab omni actu publico necesse esset, qui quidem adiunctum compendium cum honore haberet. Sic paucis annis factum,vt inuer
D rentur,quum velut somno beatos redeunteis videremus, quarto vel quinto,atque etam decimo iam equite nonnullos comitatiores factos,imaginibus nouis insignes,quæ gentilitiis & Troiugenarum stemmatibus nũc claritate præstant. Ita duorum hominum potentatu, repagulis pudoris & reuerentiæ legum,atque existimationis bonorum & grauium,refractis, retufaq; acie iudiciorum seueritatis,eò iam insolentiæ & licentiæ ventum erat, vt accepta expensaq; omnia non fortunæ(quod æquo animo ferres)sed fortunatoribus hominum referrentur,quos princeps eius indignitatis nescius
E præfecerat(vt assolet)hominum delectui. Qua potentia ipsi freti, quum diuinos iam sibi honores poposcissent, nec defuissent homines primarii qui se eorum cultus ingessissent antistites, oraculorumq; interpretes, ab altaribus interim Domini non pauci emansitantes, iam mortalium sensu inauditæ rei miraculo stupente, Prouidentia vtique rerum humanarum curam abiecisse, aut certè interim posuisse à multis putabatur. Et alioquin vsque eò publica mens successu rerũ elata aberrauerat,vt Martis & Bellonæ numina instar propemodum haberent omnis diuinitatis. Quibus rebus Francia Christianarum partium signifera (me miserum qui hæc meminisse cogor)quum cognomẽ illud ipsa suum & æternum contaminasset: ibi tum

Hic episcopi taxãtur aulica munera obeũtes, & sacerdotalis functionis immunes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi verum & vnicum numẽ rapida nostri orbis vertigine terribile, diuinitatis suæ maiestatem asserere instituit mirificè, editis in superbos quosdam insolentesq; exemplis omnis memoriæ clarissimis, omniúmque gentium, si rerum diuinarum intelligentiæ dociles ipsi animos haberemus. Sed nos (o cæcæ mentes humanæ) monita diuina perinde ac fulmina terrifica, celeri transmittere obliuione gaudemus, tantisper modò in cælum suspectantes, quoad orbis concussu fragoreq; contremiscimus: serenitate autem redita, vel substillo adhuc cælo, ne turbinum quidem recẽtium vestigiis admonemur alias quoque procellas sæuiores impendêre fortasse. Quæro eo quo vnquam seculo dominus in nostros, vel in suos potius atque peculiares, rapidiorem iræ suæ terrorem, micantioremq; distrinxisse visus est? Distrinxisse dico? immo etiam vibrasse, & contorsisse: tametsi contremefactas delicias suas Francos persequi pepercerit. Hoc quum heri & nudiustertius factum sit, quis iam satis meminisse dicetur, si quidem mens publica ex habitu & fiducia singulorũ æstimetur? Siccine fomento vno (præcalido fortasse) è re nata appositio, doloris statim & discriminis Franci obliuiscuntur, vt vulnere percurato? Proh suprema & æterna dei prouidentia, vsqueadeone densa seculo nostro erroris impii offusa est caligo, vt ne fulminãte quidem deo sursum aspicere possimus? Qui si cælum suspicere obliuiscimur, quin igitur omnia intentè circunspectamus, vt sensu saltẽ humano Gallia niteretur? Nunc verò nec dextrorsum ipsi nec sinistrorsum intuemur, nec retrorsum respectamus, ac ne id quidem quod porrò est, videre contendimus. Id demum quod oculis admotum est, aut etiam ad quod idẽtidem offensamus, animaduersione dignum esse censemus. Vt mirari nunc subeat eorum vel inertiam, vel amentiam, quorum oculis princeps pro conspiciis solet vti: qui quum coëmundis possessionibus, exædificãdis penatibus, gentilitiis nominibus suis prodendis longissimè prospectare, & ad proneporum vsque atnepotes porroq; etiam videantur, existimationi tamen popular non seruiant ad posteros manaturæ, etiam si perpetuo ipsi tenore felicitatis (quod rarissimè euenit) vitam transegerint longiorem. Quanquam quid felicitatem istorum voco, quorum nulli securum sui possessorem esse licet, ex quo ciuilis & municipalis vitę trãquillitatem aulicę potẽtiæ semel emanciparunt? Nam qui acquiescere intra natalium modum, exiguique esse animi aut degeneris arbitrantur, ii quàm altissimè volentes emicare, eò abripiuntur sæpe, & efferuntur, vnde sine præcipitio in vitam descendere tranquilliorem nequeant. Atqui huiusmodi est ferè eorum conditio, qui ius in caput hominum, atque in fortunas habere, aut decus opimum esse putant, aut culmẽ felicitatis. Quos equidem (vt nunc sunt humana) crederim potius gradum ad æternum præcipitium factitare, quàm ad veram beatitudinem vel tantulum proficere. Qui enim sensus omneis suos diuino desponsos amori, cultuiq; religionis asscriptos, humano obsequio & fastui seculari ita mancipauerit, vt ne animam quidem receperit cœlesti sodalitio natam atq; creatam, [a] quæ in manum ipsa dei mancipiúmque tum conuenit, quum in militiæ Christianæ tyrocinio quisque nostru [b] sacramento

Fomẽtum hic significare videt cõiugium Ludouici & Mariæ, quod luculento vulneri Galliç sanãdo appositũ esse dictitabat. Præcalidũ dicit quod vulneratũ vrit dũ præproperè & inexplorarè adhibetur. Fomẽtum autẽ non sanandi causa vulneris, sed mulcẽdi admouetur.

[a] Anima humana in baptismare in dei manum & potestatẽ mancipatur; quo tẽpore eiurat obsequium dęmonis, id est dæmoni renunciat obsequium.

[b] Dicere sacramẽto est militem fieri iureiurando adactum.

A mento primùm dominico dixit, nomẽq; dedit lustrali rore respersus: quonam modo is non perfidus & transfuga est, qui à deo, in cuius verba sanctissimè adactus est, ad eum mundi fastum descisc it, cuius ipse obsequium rogatus eiurauit? Etenim anima vsqueadeo aulicæ potentiæ amore capta, quid aliud quàm à sponso suo eodemq; domino diuertẽs, [c] res suas sibi habere eum iubet, ac cum dote sua licet profectitia, dominica, atque paterna transit ad amorem impietatis? Sed deus ipse ista viderit, cuius est prouidentiæ quicquid rectè atque ordine in commune consulitur, vt eius est conB uentiæ destinatæ quicquid nunc populus perpetitur. Cæterùm (vt ad rem redeam) si per hosce aliquot annos isti hominum merita in dispensandis honoribus, & officiis publicis expensa & ponderata quoquo modo fuisse contenderint, sunt qui ausint affirmare, rarò libripendibus ipsis eorum lancem competitorum iisse pessum, qui meritis quamlibet amplis vel aurum, vel necessitudinem, vel aliud quippiam commendatitium non addiderint, quod virtutem doctrinamq; prægrauaret, & famam quãuis illustrem. Ita viros eximios, qui aut ingenii ornamentis, aut prærogatiua natalium, aut inC nocentiæ & doctrinæ suffragio renunciari sperẽt, & sua crescere industria, obstrictos iis esse graui quopiam auctoramento necesse est, qui officinæ illius beatricis atque fortunatricis videri mancipes gaudent atque magistri: quorum vt quisque maximè vel obscuris vel exiguis natalibus ortus est, ita plerũque esse solet plenissimus tumoris ac fastidii. Vnum tamen eorum genus semper exitiabile fuit, qui diuturno grassati obsequio, in omniúmque potentium obseruantiam compositi: oris tandem probitate obrepserũt iis qui super admissiones erant. Hoc genus & flexiloquum, & ad omnem rerũ inclinationem, aut fortunæ celerem euariationem, Chamæleontea quoque ipsum mutatione aliud atque aliud esse solet. Visi sunt sæpe [d] Onocephali D qui numerum augerent, vt in omni ordine ferè hominum sunt quos fortunæ tantum esse ludibria iudices, qui nec ingenio præditi, nec arte vlla ciuili intincti sunt, nec natura aut sciti aut lepidi, sed fruges tantum consumere [e] prytanei nostri nati. Illi enimuero nos vrunt aulici veterani, vel verius veteratores, qui manubiis popularibus beati, proceresq; obæratos [f] versuris auctorantes, eos [g] processibus suis ipsorum inimicos putant esse & aduersos, qui iis studiis incumbunt, quę quæstum non factitant. Hos stipatos manipulis assclarum videre est, quos velut tyrocinio deducunt in [h] officinam Ditis, vt illic argentariam factitent. Ii autẽm illorum pedissequi, vt liE terarum irrisores improbuli, sic ærarii arrosores minutuli, à vulgò dictitantur: ad id tamen succenturiati ab illis, vt vberrimum quodque munus per manus traditum suscipiant, quod quidem esse possit in aulæ commercio. Ex manubiis enim popularibus suppeditantur iuuenes beatuli, quæ literatis & doctis [i] sacrosanctæ solent esse. Huiuscemodi autem stationariis ordinum ductores in sua verba adactis, firmissimum quodque tenent Reip. præsidium: nequando summa potestas & arbitrium ærariæ rei inclinatione aliqua rerum ex sinu suo excidat. Et nos cõsilium publicũ tantis hactenus copiis Galliæ non suppetiisse miramur? Quis enim iam referre vel ho-

[c] Res tuas tibi habe, erant verba diuortium faciẽtium.

[d] Onocephali homines sunt asinino capite deformes.

[e] Prytaneum domus erat Athenis publica, in q̃ bene de Repu. meriti alebantur sumptu publico. Alludit autem hic ad dictum Horatij, Nos numerus sumꝰ, & fruges consumere nati.

[f] Versuris auctorare obæratos, est mutua pecunia ĩgenti data obstrictos sibi debitores efficere.

[g] Processibus suis inimicꝰ homo dicitur, qui eas

Universidad de Deusto
Biblioteca

arces negligit, quibus homines locupletantur & crescũt.

h Officinã ditis intelligẽdã arbitror eorum hominum ordinẽ qui ijs muneribus funguntur quæ ad rẽ ærariã pertinẽt: quorũ illa est functio, vt ærariũ dispensent. ex ea enim officina repẽre diuites ꝓdeũt. q̃q etiã allude re videt ad orcũ, videlicet taxãs id institutum vitæ, quod plerũq; ad orcũ deducere credit.

i Sacrosanctas ærarij pecunias (quas manubias quasi pullarę plebis spolia vocat) ideo literatis esse dicit, qã illas tangere literatis non licet, cum sint I manu imperitorũ, & in potestate quæsturas facientium.

k Sequestres intra septa, sunt proxenetæ & iternũcij emendorũ officiorũ, qui

nestatis vel vtilitatis publicę putat, qui quibus anteponãtur? Nec verò Gallia quãlibet latis finibus patens, multis magistratibus atque honoribus instructa, multipliciterq; descriptis, propinquis & necessariis istorum cum numero permultis, tum verò cupiditate deuorantibus vberrimũ quodq; munus, iam esse satis potest. Quare quum magnæ ipsorum cognationes, etiam affinitates dudum coiuisse visæ sint, quæ nulla vi vel legitima, vel aduersãrum factionum frangi possint aut dissui, quid illis tandem sperandum est, qui suffragatores vel [k] sequestres intra septa non habent? nam meritorum quidem surdas preces inaneſq; nihil prodesse scimus, quũ alioquin omnia in potestate ii teneãt, qui dies & horas soli [l] comitialeis nouerunt. Quidni enim comitia vel differre possint vel auferre, qui etiam iustitium edicunt quum libuit, & remittunt? Sed quid nominis appellemus, aut quid hominum potius eos esse dicamus, quorum haud ita pridem silentium plus rẽgno nostro nouimus incommodasse, q̃ omniũ potuere concionantiũ vociferationes prodesse? Sirach ille philosophus Iudæorum secundum Solomonem sapientissimus, tricesimo capite sui libri ita inquit: Effusa bona in ore compresso, fercula epularum apposita sepulcro. O fœdissimam culpã, quum is animus in rerum nõ exhibetur actu, quem vel mores vel anteacta vita spondere, vel frons denique impostricula videbatur præferre. Silentium dico? Vtinam hactenus argui possent. Heu mores huius ætatis! Quónam tandem gentium germana virtus abiit? Cedo nũc Aristidem vnum, vnum Fabritium, aut Nasicam, quicum in tenebris micem, & ego halcyonem vidisse me gloriabor. Cedo Catonem, aut alium quemuis liberi spiritus virũ, qui & reipublicæ charitate ducatur, & [m] precarium se honorem habere nõ meminisse velit. Cedo qui in actu publico pleraque in priuatas rationes nõ referat, nec velut fortunæ largienti publica, pandendum esse priuatum sinũ putet, exemplo Luculliano, atque etiã Gabiniano. Cedo denique qui simplici innocẽtia & integritate, quàm multiplici lorica opum & propinquitatum aliarumq; necessitudinum tectus esse malit, nõ modò aduersus vim aulicam[n] & improbam, sed etiam aduersus legitimam & ciuilem. Postremò ostende vnum ex istis vultuosis & personatis, qui aliquando omnibus integumentis simulationum euolutum se, vel amico & propinquo cognoscendum dederit. Ità ne verò isti à cõspectu nostro rapti, quum eos exceperint munia grandiora, iubeant non modò nos, sed etiam honestatem, ac veritatem valere, quasi vt in alienos mores (o maleficã vim Vertumni) sic in aulicos immigrarint, & primos vitæ actus, quasi obsides hominum existimationi datos, ætate iam vergente perfidè destituant? Videant quæso etiam atque etiam, ne id perinde esse credatur, atque si maturam segetem laudum suarum, tædio ipsi vitæ compositæ tandem capti, repentè (vt sic loquar) inarare, vertereq; dicerentur. Atqui tales aliquando inuentos esse constat, qui dignitate vultus populo imponerent, & oris probitate: vt nuces intus marcidæ specioso sæpe fallunt legẽtes putamine. Rursus idem Sirach cap. tertio & tricesimo, Pabulum (inquit) & virga & sarcinæ asello, panis & institutio & opus mancipio. Quorsum (inquis) hæc philosophi dicta? Nempe vt

intelligatur

A intelligatur virum sapientem priore loco eorum socordiam figuratè compellasse, qui sibi ac propinquis impigri & diserti (vt claris innotuit exemplis) in causa tamen populari inuenti sunt infantes ac remissi, idq; eo tempore, quum eos nauos esse & facundos, rerum summæ interesset. Quibus aliquando ipsis, eorumq; collegis aut successoribus eam mentem dari velim, vt vel pulpito facessant (vt dicitur) vel dicenda inculcandaq; in tempore proloquantur. Alterum illud symbolum ad regum eruditionem proditum esse censeo, vt crassis ac pigris ingeniis sordida ipsi munera reipub. &
B velut clitellas publicas iniungerent, exigua quoq; salaria geometrica proportione statuẽtes, vt Aristoteles docuit ratione pulcherrima de iure distributiuo loquens. eximios autem viros, quorum industria solertiaq; rebus in arduis vti possent, primario vt pane alitos, ad ingenua munia transcriberẽt, ingenuis ipsos artibus institutos: nec eos vitam agere sinerent ignobiles & abditos, qui ornamento reipub. & vsui esse possent. Ecquod est enim per superos immortales aut vtilius regni administrandi aut splendidius instrumentum ad finitimas etiam & longinquas nationes refulgẽs, quàm doctorum hominum multitudo, partim in comitatu regis agens, partim per va-
C ria reip. munia distributa? Huiusce modi enim scrinia (vt dicitur) pectoralia, optimos & potentissimos principes circunferre necesse est, quibus in ipsis ius, fas, & æquitatem, omneq; genus ciuilis humanioris q; doctrinæ, condita ad vsum quotidianum habeant. At nunc is est reip. nostræ status, vt clitellæ generosis equis, instrataq; speciosa imponãtur asinis. Proinde quum nec oculi nec aures Regis officium suum nunc agnoscant, & homines quidam in rebus suis acres, in republica & principis aut lãguidi aut hebetes, nec deligere ipsi idoneos viros, nec hominum famam secundam aut incommo-
D dam satis explorare nouerint: quid causæ est tãdem quin omnium in Rep. perperam factorum crimina ad eos pertineant? & quòd Francia male nũc audit atque ignominiose ob doctorum sapientumq; penuriam, id iis in crimen verti debeat, per quos hîc tales multos esse nõ licet? Quid si etiam eorum nõnulli prorsus doctos & bonos, eorumq; dissimiles nouere, sed procul eos gubernaculis summouẽt, ne vel eorum acta ad manus ipsi aspiciãt, aut in puppim fortasse admitti tandem velint? Manauit enim hæc opinio in omneis iam ordines, cordatiores ideo homines istis suspectos esse, quòd prælucentem ipsi facem propius admoueri rebus gerẽdis nolint. Certè vi-
E ciferatu summo, sed confuso flagitaret. Aut igitur hoc fateãtur necesse est, amussim se albam in lapide albo esse, qui inter naros ignaroq; discernicularum nesciant: aut nosse se quidẽ notę melioris homines, sed non tam [o] scenæ & populo, aut etiam veritati sese probare, quàm potentiæ suæ & commodis inseruire constituisse, principisque senectuti aut infirmæ valetudini hactenus illusisse atque imposuisse. Vtrumuis autẽ fateantur, paris erit impudentiæ. Etenim qui satis secundas partes implere nequeunt, qua (malùm) fronte primas tenere contendunt? præsertim quũ tot egregios actores [p] inter cuneos inerteis exactósque sedere videamus, & [q] decus scenæ proceres

intra aulæ cancellos ingredientes quasi intra comitia, pecunias, p amicis promittunt suffragatoribus, & numerant nundinantib⁹.

l Dies comitiales sunt ea tẽporis mœnia quibus magistratus cõferuntur à principe.

m Precarius honor est qui ad arbitrium eius admittitur qui donauit.

n Confusum vociferatum dicit, quia cũ oẽs hoc dicerent, nemo tamen palã autorem se libertatis ferre visus est.

o Scenę & populo seruire est rationem publicæ famę habere, & captare gratiã populi.

p Inter cuneos sedere, est inter priuatos esse, & honorib⁹ nõ fungi. In cuneis em̃ plebs promiscue sedebat & spectabat.

q Dec⁹ scenæ proceres vocat, quia cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentiles regis res gerunt in aula, colonestant aulæ faciem.

longissimè submotos? eorum si sagacitatem requirere nunc vacaret, aut id
interesse rerum magnopere arbitraremur,quàm facilè esset docere Franciâ
non modò oculis & auribus nostro caruisse tempore, sed(quod instar est
monstri)ne olfactus quidem sensorium habuisse? Quam enim tandem cla-
dem odorari antè potuimus aduentantem,quàm ab ea oppressi? quid ante
prouidere,quàm in oculos incurrit? Quem rumorem belli prius ausculta-
tu captare,quàm omnia classicis personare visa sunt? Hunc statum rerum
in Gallia vidimus,quo statu res gestas si quis olim memoriæ mandare sta-
tuerit,eorum quidem queis lotis manibus stylum capessere duceréque lice-
bit,luculentum sanè argumentum scribendi copiosumq; habebit,& ex eo
posteritas intelliget quàm magnificè sese nonnulli in rerum administratio-
ne gesserint. Quis enim amans patriæ, quum paulo acriorem animum ad
hæc scribenda applicauerit,non hoc præcipuè docere contendat,& persua-
dere,quòd Francorum natio inuidia prius rerum in Italia prosperrimè ge-
starum,deinde etiam odio & contemptu laborauit ob immutatum rerum
statum euentu propè interneciuo:non id vitium gentis fuisse,quæ tot secu-
lis documentum strenuitatis suæ dedit, comis & innoxiæ, vt quidem sunt
iura belli,sed temporis fatalis, sed ambitionis paucorum,præcipitis atque
inertis, quam vniuersę gentis ignominia expiari oportuit,vt exemplum se-
culis in posterum prodaretur: sed quidlibet potius, quàm vniuersæ gentis
vel scelus vel erratum? Hæ (vt arbitror)sunt causæ quamobrem Francia la-
tius atque augustius imperium non habet,ne mirum sit reputantibus,cum
amplum ei & magnificum latè imperitandi instrumentum semper fuerit,
rerum tamen gestarum rationem & gloriam haudquaquam pro portione
constare. Quare si moribus iam nostris qui rerum summam tenent, tene-
buntq; in posterum, in disquisitionem [a] conuentuum aliquando principe
præside vocarentur,nonnulli sæpe qui nasutos sese videri volunt,haud du-
biè(quod aiunt)apprimè simi, atque ea parte deformes ab omnibus cerne-
rentur. Proinde qui illorum sunt adhuc superstites,ii maximopere labora-
re debent, vt præteriti temporis damna sarcientes, publici etiam dedecoris
discutiant suggillata,vt quidē discuti possunt. Sic enim fiet vt vulgatæ opi-
nionis & per omneis ordines peruagatæ [b] sententia inducenda, à qua vix
prouocare quisquam potest, [c] publicæ etiā ipsi famæ tympana sonitu hi-
lariore ac festiuiore pulsent. Ad hoc autem ideo alacriore animo, ac spe-
meliore comparare se possunt,quòd rebus gestis [d] genialis huius anni an-
sam ipsis deus retinendi gubernacula dedit, etiam cum laude non vulgari. &
qua occasione vtinam & probè & solerter ipsi tantisper dum licet & vacat
vtantur,vt nobis aliquando argumentū palinodiæ detur. Multa alia resta-
bant eodem pertinentia: sed me medios hæc actus intercinere memini. Et
hactenus Hercules & Liber pater, vt est in prouerbio: vlterius etiā fortasse
libertati Franciæ aqua fluere non videretur. Proinde velut animo iam re-
creato & instaurato regesta indignitate, ipse reuertar ad viam institutam,
quæ adhuc magna restat.

[a] Cōuentº Galliæ sūt quos vulgò tres status vocāt.
[b] Inducere sententiā est delere, & irritā facere.
[c] Tympana publicę famę pulsare,est ita se in rerum actu gerere,vt laudē & famam cōmodam mereātur.
[d] Significat coniugium regium.

De Iudęorum opulentia.

Romanarum Persicarumq; opum commentationem excipiet Iudæorū

mentio,

A mentio,quorum Reges Dauid & Solomon immanes diuitias possedisse le
guntur:quas eo magis leuiter excutiendas esse duxi, ne præuaricationis ar-
guerer,quàm quòd explicandi de iis aliquid & statuendi fiduciam conce-
perim. Iuuabat & alioquin in eas res inquirere,quæ(vt vulgi est opinio)so-
la sacrorum scriptorum auctoritate subnixę esse creduntur. Iamprimum
igitur prioris Paralip.cap.secundo & vicesimo Dauid ita loquens ad So-
lomonem inducitur: Confortare,& viriliter age:ne timeas, neq; paueas:ec-
ce ego in paupertatula mea præparaui impensas domus domini,auri talen-
B ta centum millia,& argenti mille millia talentûm. Et secundi Regum.viii.
Et percussit Dauid Adadezer Regem Soba,quando profectus est vt domi-
naretur super flumen Euphratem. Venit quoq; Syria Damasci vt præsidiū
ferret Adadezer. Et percussit Dauid de Syria X X I I millia Syrorum. fa-
cta est Syria Dauid seruiens sub tributo,& tulit Dauid arma aurea quæ ha-
bebant serui Adadezer,& detulit ea in Hierusalem. Libro autem tertio Re
gum cap. x. Non erat argentum,nec alicuius precii putabatur in diebus So-
lomonis,quia classis Regis per mare cum classe Hiram semel per tres an-
nos ibat in Tharseis, deferens inde aurum & argentum. Et paulo inferius,
C Fecitq; vt tanta esset abundantia auri & argenti in Hierusalem, quanta &
lapidum. Hac hyperbole immensa auri argentiq; vis fuisse significatur in
thesauris Solomonis. Vidimus suprà summas Persarum opes centum &
octoginta millia talentûm fuisse post Darium victum, quibus oportet se-
ptem millia addere quæ Darius Ecbatanis fugiēs secum in tumultu rapuit,
vt auctor est Arrianus, & iis rursus coniectura addere sumptum eius belli.
Historia autem Regum dicit Dauid habuisse argenti mille millia talen-
tûm,id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ minima com-
putatione mille millia talentûm argenti valent. Ita fit, vt decies maiores
D fuerint Dauid opes quàm Darii. Existimo autem & Persicum talentum &
Hebraicum idem cum Babylonio fuisse talento: qua ratione, summa,sexta
parte augetur. Quare fidem res illa habitura non videtur hominum quidē
sensu,etiam si auctoritati sacrosanctæ id creditur. Quanquam etiam magis
illud hyperbolicum videtur quod Ctesias de Sardanapalo scripsit, qui du-
centis circiter annis Solomonis ætatem secutus, morte sua regnum Assy-
riorum finiuit. Ait enim eum Regem ab Arbace Medo obsessum, fractis
iam aduersa pugna viribus,& victoriæ spe absciſſa, pyram in regia struxisse
altitudine pedum quadringentorum, in qua cubilia centum & quinqua-
E ginta posuit aurea,totidemq; ex auro mensas. In medio autem pyræ conta-
bulationem extruxit pedum quoquouersus centenûm: in quo lecticas con
sternendas cum curauisset,superiorem contabulationis partem trabali ma
teria contexit,& latera crebris validisq; tignis cinxit,ita vt exitus non pate-
ret. Quo facto ipse & vxor & pallacæ variis in lecticis iacuerunt in eo ædi-
ficio concluſi. In quod etiam ipsum auri centies centena millia, argenti ve
rò decies tantundem congessit,id est millies centena millia talentûm,quod
ipse myriadem myriadum appellat,id est decies millena in sese multiplica-
ta,vt antea dictum est: cum præter eam summam liberis,quos ad Nini Re-

Sardanapali pyra & opes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sardanapali exit⁹.

gem belli initio miserat,auri talenta numero tria millia dedisset. Super his operibus cum instrumento regio multiplici, ac copiosa varietate distincto,quum ipse ita cum vxore & pellicibus eius recubuisset,pyram illi ædificio circundatam accendi per eunuchos,id est amicorum iuratissimos iussit. Eos enim solos conscios consiliorum extremorum fecerat. Quo facto ipse cum illis opibus diebus quindecim cõflagrauit, stupentibus aliis præter conscios. Fumus enim in sublime conuolutus,ingentis cuiusdam sacrificii opinionem faciebat,apud eos quidem qui extra regiam erant. ἱστόρηκε δ᾽ ὅτι κημοὶ σδυεῖς μεγάλοις τε καὶ παχείαις, ἅπαντα οἰ κύκλῳ τοῦτοι ἔθηκε πολλὰ ξύλα καὶ παχία, ὥστε μὴ εἶναι ἐξοδον. ὅταν οὖν θᾶττον θηκε μὲν χρυσίε μυριάδας χιλίας, ἀργυρίε δὲ μυρίας μυριάδας τάλαντων, καὶ ἱμάτια καὶ πορφύρας καὶ στολὰς παντοδαπάς. ἔπειτα ὑφάλαι ἐκέλευε πᾶν τὸ ἀργύριον. καὶ ἐκαίετο πενταικαίδεκα ἡμέρας. οἱ δὲ ἐθαύμαζον ὁρῶντες τὸν καπνόν, καὶ ἐδόκουν αὐτὸν θεσίας ἀθανάτων, ταῦτα δὲ μόνοι ἤδεσαν οἱ ἐωυτῷ. Redeamus ad Dauidem. Iosepus libro septimo Antiquitatum de eo loquẽs ita inquit, Reliquit autem Dauid diuitias tantas quantas nemo alius Regum nec Hebræorum, nec aliorum gentium, κατέλιπε δὲ πλοῦτον ὅσον οὐκ ἄλλος βασιλεὺς οὔτε ἑβραίων οὔτε ἄλλων ἐθνῶν. Ingentes autem pecunias in sepulcro eius conditas fuisse dicit, & in Regũ loculis,qui magna arte cõditi ita erant, vt non facilè inueniri possent. Eusebius libro nono de præparatione euangelica auctor est Eupolemum ita scriptum reliquisse,Dauid Regem Syros & Phœnices vsque ad Euphratẽ domuisse:Idumæos etiam & Ammonitas, Ituræos, Moabitas, Nabatæos, Nabdæos,Suronemq; Tyri ac Phœniciæ Regem, bello subactos tributa Iudæis pependisse: Dauidq; petenti diuinitus locum fuisse demonstratum quo loco ædificaturus esset templum. Sed cum sanguine hostium & mille cædibus per bella varia impiatus,hoc facere non potuisset, quàm maximum potuit apparatum fecisse. Itaque comparasse eum æris, argenti, auri talenta non pauca,lapides etiam & ligna cupressi & cedri:nauesq; eum coegisse Melanis Arabiæ ciuitate,misisseq; in insulam Vrphen in Rubro mari sitam metallis auri scatentem : vnde in Iudæam innumerabilia penè auri pondo delata fuisse. Dauid autem moriẽtem regnum Solomoni filio tradidisse. Qui cum templum ædificaturus esset, deo ita volẽte, literas ad Vaphren Aegypti Regem scripsisse hoc exemplo: Rex Solomõ Vaphri Aegypti Regi amico paterno salutem. Scito me à deo magno Dauid patris mei regnum accepisse. Cumq; mihi pater mandauerit templum deo condere,cœli & terræ conditori: vt etiam ad te scriberem,addidit. Peto igitur abs te,vt artifices atque fabros ad ædificandum templum dei mittere velis. Vaphren autem inter alia hoc rescripsisse: Ad ædificandum templum dei fabros atq; ministros octoginta millia hominum ad te destinaui. Dabis igitur operam,vt rectè atque ordine viuant, & rebus necessariis non careant, temploq; dei condito incolumes ad nos redeant. Itidem cum Solomon ad Suronem Tyri Regem scripsisset, simile tulit responsum, & eundem numerum operariorum impetrauit. Et præterea architectum Tyrium matre Iudæa natum,virum in architectura summũ. Congruit hoc cum eo quod dicitur iii. Regum capite. v. vbi Rex Tyrius non Suron sed Hiram appellatur.

Dauid ditissim⁹ Regũ omniũ fuisse videtur.

Epistola Solomonis ad Vaphren Aegypti Regem.

Vaphris responsio.

Alatur. Iosepus libro octauo Antiquitatum epistolam Regis Hiram(quem Iromum à Tyriis vocitatum esse dicit)& epistolam Solomonis ad eum,ad suam ætatem asseruatas esse affirmat,non modò apud Iudæos,sed etiam apud Tyrios. Libro autem primo contra Apionem grammaticũ,Sunt,inquit,apud Tyrios annorum multorum acta, quæ publica cura diligenter asseruantur,in quibus inter cętera hoc quoque perscriptum est,quòd Hierosolymis templum à Solomone exædificatum est annis centum & quadraginta prius quàm Tyrii Carthaginem coloniam ædificarunt. Apparatus etiam construendi templi in ea acta relatus est. Iromus enim Tyriorum Rex amicus erat Regis nostri Solomonis,ἀνεγράφη δὲ παρ᾽ ἐκείνοις ἐπὶ τῆ τοῦ κατασκευῆ τῆ παρ᾽ ἡμῖν. ἔρωμος γὰρ ὁ τῶν τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τῆ βασιλίως ἡμῶν Σολομῶνος. Pergit Eupolemus, & rursum ita inquit, Totum autem aurum quod in templo,columnis & vasis templi fuit consumptum, quadragiesſexies centena millia fuisse:argenti verò ad clauos & alia instrumenta,mille ducenta triginta duo talenta:æris verò in columnis,fornicibus ac cæteris, taléta decem & octo millia: remisisseq; omnes in regiones suas Phœnices simul & Aegyptios. decem auri talenta singulis data. Talentum autem dico(inquit) quod siclum appellãt. Et Aegyptiorum quidem Regi oleum & mel magna quantitate misisse:Suroni autem columnam auream quæ Tyri in templo Iouis conspicitur. Hæc interpretatio potest rem facere credibilem. Sed quod dicitur quadragiesſexies centena millia non adiecto siclorum vel talentũm,nescio an librariorũ sit vitium. Græcum enim exemplar non vidi. Siclus(inquit Hieronymus Ezechielis. iii.)stater est, hoc est drachmæ quatuor. Exod. xxx. cap. ita legitur,Siclus viginti obolos habet,media pars sicli offeretur domino. Quod declarans Iosepus lib. iii. Antiquitatum, Siclus (inquit)Hebræorum nomisma quatuor drachmas Atticas habet. Hac ratione si singulis operariis,qui centum & sexaginta millia erant,deni sicli dati sunt,hoc est quadragenæ drachmæ,fiunt quater & sexagies centena millia drachmarum. Ex quibus quatuor & sexaginta millia pondo fiunt, eo numero per centenarium diuiso. Fiunt hæc mille sexagintasex talenta, & quadraginta auri pondo, quæ æstimatione nostra(in singulas enim libras centenos & duodenos aureos solatos & semissem numeramus) bis & septuagies centena millia solatorum valẽt:cum fuerit illud aurum nullo alio metallo concretum. Quæ summa si in opificũ mercedẽ impensa est præter sumptus cibariorum, quò euasuram æstimationem operis cum instrumento sacrificali & ornamẽtis templi putamus? Nempe ad infinitũ visum iri necesse est,si quis apud Iosepum vasa templi legerit. Quòd si ita ponamus summam superiorem, vt quadragiesſexies centena millia siclorũ fuerint in templo cõsumpta,hæc summa iam paulo minus quadruplicato crescet. Sedecies enim centena millia siclorũ operariis data sunt, quæ sexaginta quatuor millia pondo efficiũt. Quæ si ternario multiplicẽtur, fiunt duodequinquagies centena millia siclorũ,quæ in ornatũ & supellectilẽ cedũt: cum Eupolemus scripserit sex & quadraginta millia siclorum auri in templi instrumentũ ornamentumq; absumpta fuisse,quibus nos ducenta mil-

Iromus Rex Tyri.

Talentum pro siclo.

Siclus.

Templum Solomonis incredibili sumptu extructũ instructumq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia addidimus, vt summa quadruplicato crescceret. Quod si vniuersam summā exactè collegeris,bis & sexagies centena millia siclorum in duobus iis capitibus inuenies: quæ ducenties quadragiesocties centena millia drachmarum valent.Hæc si centenario partiamur, ducenta quadragintaocto millia pondo auri in summa efficiuntur. Quæ,vt in singula pondo aureos centenos statuamus, ducenties quadragiesocties centena millia aureorum valent.Sed quoniam aurum fuit obryzum,vt diximus,si in singula pondo rursus duodenos aureos & semissem addamus, fient in summa ducenties septuagiesnouies centena solatorum millia. Quibus addere oportet mille ac ducentorum talentûm argēti æstimationem. Forasse expeditior erit calculus hoc modo:Ducenta quadragintaocto millia pondo auri, quatuor millia centum & trigintatria talenta efficiunt, & viginti auri pondo,quæ duodecies totidem argenti talenta valent,id est vndequinquaginta millia & sexcenta talenta. Hæc ducenties nonagiessepties centenis & L X millibus aureorum coronatorum valent. Et hæc summa superiori conueniet,si ad solatorum millia reducatur. Addit Eupolemus mille aurea scuta à Solomone fuisse facta.In.iii.autem Regum cap.x.ita legitur:Fecit quoq; Rex Solomon ducenta scuta de auro purissimo. sexcentos auri siclos dedit in laminā scuti vnius,& trecentas peltas ex auro probato,trecentæq; minæ auri vnam peltam vestiebāt:posuitq; eas Rex in domo saltus Libani. Per hoc intelligimus in ornatū templi scuta aurea non cessisse,& accedere ad quantitatem auri ab Eupolemo positam. Peltam autem scutum esse breue nemo est qui ignoret,Virgilio dicente,

Pelta.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Aut hic locus igitur mendosè legitur,aut Iosepus & Hieronymus non rectè siclū interpretati sunt. Deinde trecentæ minæ Atticæ paulo plus ducentis viginti quinq; libris nostris zygostaticis valēt. tantum autem pondus vix gigas sinistra manu versaret. Plinius inter miracula roboris refert Fusium Saluium duo pondera centenaria pedibus, totidem manibus,& ducenaria duobus humeris contra scalas tulisse. At libra nostra quadrante maior est Romana. Hodie iustum pondus baiularium centum & sexaginta pondo esse dicunt.Postremò nec scuta nec peltæ solido auro constabant, sed intus ligno,quod laminæ aureæ conuestiebant.apud Iosepum lib.octauo,nō trecentæ minæ sed tres leguntur. Editio etiam græca sic habet, τρεῖς μναῖ χρυσίου ἐπῆρχεν ὧδε ἑ ὅπλον ἑ ἦν.tres minę auri inerant singulis scutis. Capite autem modò dicto tertii Regum ita legitur,Egrediebatur autē quadriga ex Aegypto pro sexcentis siclis argenti,& equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti Reges Syriæ equos venundabant. centenos quinquagenos siclos in singulos equos preciū statuit,seu sexcenas drachmas,id est nūmo nostro sexagenos aureos coronatos. quo fit vt quadrigæ,id est quaterni equi iugales,quatuor & viginti libris constiterint, quæ ducentis & quadraginta coronatis æstimari possunt. Ex precio hodierno intelligimus probabile id precium fuisse, vt negociatores Solomonis equos in Aegypto & in Syria sexagenis coronatis emerint. Sæpe enim (vt testatus sum) per anticipationem

A ticipationem loquor,quasi iam tunc aurei nostri fuerint, vt expeditius defungar eo quod institui. Græca lectio non conuenit, in qua legitur, ἅρμα ἀπ' ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ ἵππος ἀντὶ πεντήκοντα ἀργυρίου. Currus centū argenti,& equus quinquaginta argenti.qui modus loquendi antiquus fuisse videtur. Liuius libro primo, Ita pedestri exercitu ornato, distributoq;,equitū ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centurias, ad equos emēdos dena millia æris ex publico data,& quibus equos alerent viduę attributæ,quæ bina millia æris in annos singulos pénderent. Hoc dictū ita accipio,ac si cētenos illic coronatos dixisset,& hic vicenos. Existimo autem vnūquenq; equitem binos equos habuisse. Dixit enim Liuius ad equos emendos dena millia, quibus verbis significat vnūquenque equitē equos habuisse,non equū tantummodo.Ira precium equi quinquaginta aurei coronati fuerūt prisco illo seculo,& sumptus annuus decē aureis æstimatus.Syriā autē equis abundasse ex Strabone intelligimus libro decimosexto. Tradit enim Pellam vrbem Syriæ fuisse à successoribus Alexādri appellatā de nomine Pellæ,quæ patria fuit Alexandri. postea autē Apamia dicta est. Iuxta eam locum esse campestrē quem Orontes fluuius cum lacu quodā cherronesum efficit. Ibi locū fuisse recensendo exercitui,& Hippotrophium pulcherrimū, hoc est locum equitio alendo destinatum. In eo fuisse equas regias numero supra X X X millia,admissarios autē equos trecētos, ibidem & equisones fuisse, seu domitores equorum,& lanistas,& bellici ludi magistros,& quicunque ad arma tyrones instituunt,stipendia merentes. quod mihi memorabile visum est.οὗτοῦδε ἡ (inquit Strabo) καὶ ἑ λογισάμενον τὸ στρατιωτικόν, καὶ ἑ ἱππασιῴους, ἀσκῆσαι μὴ ἵππους βασιλικοὺς πλείους τῶν τεσσαρείων. ὀχεῖα δὲ τούτων τ. οὗτοῦδε δὲ καὶ παλαιστὰς καὶ ὁπλομάχους, καὶ ὅσοι παιδεύονται ἐμμισθοδοτοῦντες. Enimuero talenti significationem non vnā fuisse apud Hebræos puto,quomodo & apud alias gētes nōnullas. Pollux lib.ix.Siculum talentū duplex fuisse tradidit,vetus,& nouū: vetus quatuor & viginti nummos significasse, nouū duodecim. apud Suidam non nummos vigintiquatuor valuisse dicitur, sed mnas, quod corruptum esse puto ex Polluce qui ait, λωάκῃ δὲ ὁ νόμμος τετὰ ἡμιωβόλια. Valet autem nummus sesquiobolū.Licet apud Pollucē ὁμόλια pro ἡμιωβόλια legatur. Quod sic cōiectura assequor:nummus sestertius quartā partē drachmę valet,drachma autē sex obolos.quare tria hemiobolia,id est sesquiobolū nūmus sestertius valuit. Talentum igitur apud Siculos vetus quidē senas drachmas valuit,nouum autē ternas.Propterea Pollux, ἑ μέντοι σικελικὸν τάλαντον ἐλάχιστον ἴσχυε.Siculū(inquit)talentum minimū quid valebat.Eodem pertinet quod idem alibi eodem libro dicit, ἑλωάκῃ δὲ τῷ χρυσίῳ ἑ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς ἀττικούς. ἑ δὲ τῷ ἀργυρίῳ, ἑξήκοντα μνᾶς ἀττικάς. Valebat autem auri talentum tres aureos Atticos, argenti verò, sexaginta minas Atticas.Homerus Iliados lib.xxiii. describens agona funebrem quem Achilles ad tumulum Patrocli fecit,talentum pro summa nō magna posuit.Primum enim præmium curuli certamini proposuit fœminam captiuam cum tripode,secūdum, equam prægnantem mula:tertio autem loco vincenti,lebetem: quarto,duo auri talenta:vltimo,phialam æream lebetis vicem præbentem:

Hippotrophium memorabile.

Talentum vnum tantum apud Hebræos.

Auri & argenti non æqualia fuerunt talenta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τῷ δ πτωρτῳ θῆκε δύο χρυσίο τάλαντα.

Bina talenta dein quarto pronunciat auri.

Ex his præmiis,cum quibus duo auri talenta exæquat, apparet talentũ parvum quippiam fuisse. Eo in loco enarratores talentum antiquum non simile recentiori fuisse tradunt. Aiunt enim vetus talentum secundum Polemarchum auctorem quatuor librarum fuisse,secundum Theophrastum quatuordecim, secundum Timæum quatuor & viginti. Aristotelem autem indefinitum talenti pondus posuisse,cæterûm paruam fuisse summam apud Homerum oportuisse, cum quarto loco assignauerit, & minus equa & lebete fecerit. Sunt qui dicant talentum auri apud Græcos paruum fuisse,auctore Diphilo,quod conuenit cum eo quod ex Polluce diximus. Huiusmodi autem talenta intelligi prioris Paralipomenon xxii.existimo. Auri talenta centum millia,argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non est pondus. vincitur enim numerus magnitudine. Dauid autem circa finem regni Assyriorum regnauit: cui tempori proximum fuisse Homerum nonnulli tradiderunt,vt auctor est Eusebius. Ex quo coniectura capi potest de talento Homerico & Dauidico.huic opinioni auctoritatem præbere potest Iosepus libro septimo Antiquitatum, apud quem Dauid itaq; loquẽs inducitur ad primores tribuum, Fratres,nosse vos volo,quòd cum templum domini ædificare statuissem,auri argentíque magnam vim præparaui ad talenta centum millia. Centum millia dixit, non mille millia, vt prioris Paralipomenon capite secundo & vicesimo. nec centum millia talentum auri,sed auri & argenti centum millia talentûm. Rursus cum dicitur tertii Regum.x.de regina Saba, Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosas. Et rursus,Erat autem pondus auri quod offerebatur Solomoni per annos singulos,sexcentorum sexagintasex talentorum auri, excepto eo quod offerebant viri qui super vectigalia erant, & negociatores, vniuersique scuta vendentes, & omnes Reges Arabiæ,ducésque terræ. Et capite superiore, Misitq; Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & naros maris cum seruis Solomonis, qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad Regem Solomonem. In omnibus his locis ego talentum magnum intelligo, quomodo etiam cum de ære & ferro loquitur historia. Primi autem Paralipomenon vicesimo no ita inducitur Dauid pro concione loquens inter primores tribuum, De peculio meo & aurum & argentum do in templum dei mei, exceptis iis quæ præparaui in ædem sanctam,tria millia talenta auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi:& vbicunque opus est aurum,de auro:& vbicũque opus est argentum, de argento. Et inferius, Polliciti sunt itaque principes familiarum & proceres tribuũ Israhel, Tribuni quoq; & Centuriones, dederuntq; in opera domus domini auri talenta quinq; millia,& solidos decem millia,argenti talenta decem millia,& æris talenta decem & octo millia,ferri quoq; centum millia talentorum. De hoc loquẽs Iosepus ita inquit, Sed & tunc oblationis

Homeri ætas.

primitias faciens,alia tria millia talentûm auri purissimi se præbiturum esse pronunciauit ad adytum & currum dei faciendum. Cúmque tacuisset Dauid,à principibus & sacerdotibus atque leuitis certatim offerentibus collata sunt auri quidem talenta quinque millia, & stateres decem,argenti verò talenta decem millia,ferri talẽta millia multa. Hic etiam magna talenta intelligo. Sed adnotandum quòd quos historia sacra solidos,Iosepus stateres dixit. Stater apud Græcos aureum nummum significat,quo nomine & Persæ & Macedones vtebantur: vnde Philippei stateres & Darici & Alexandrei dicti. Stater etiam pondus est drachmarum quatuor,vt antè diximus,quod Hebræi siclum dicebant. stateres igitur hic pro aureis nummis,id est siclis intelligo. Sed de statere & solido inferius loquemur,si memoria non exciderit. Summa disputationis nostræ hæc est, æstimationem opulentiæ Hebraicæ fieri non posse ob talenti varietatem, cum nec ipse Iosepus extricare hanc ambiguitatem potuerit. Nunc enim pro pondere,nunc pro numero, nunc pro nummo ponitur: vt apud Eupolemum in loco supradicto: quanquam & Græci eadem penè de varietate significatuum talenti tradiderunt. Quantum tamen coniectura haud ariolatrice consequi possumus, quod Eupolemus dixit quadragiesexies centena millia in templum & eius instrumentum absumpta fuisse, de siclis, id est stateribus intelligendum. Cuius summæ æstimatio à nobis posita est exactè, vt arbitror, nisi error calculi inciderit. Itidémque censendum dixerim de talentis illis Sardanapali, vt fidem historiæ obiter arrogemus. In qua hoc mihi animaduertendum summopere visum est, ad eorum quæ diximus confirmationem, quod Ctesias ita scripsit,vt diceret, ἐπαῶξε περιέχωκε μὲν χρυσὶς μυριάδας χιλίας, Illic circundedit auri myriadas mille: non adiecto talentûm, vt in argento fecit, itidem scilicet vt Eupolemus in loco superius citato. Quæ duo exempla indicant antiquum loquendi morem, qualis est etiam hodie apud nos, cum dicimus mille millia auri. Vt enim hac locutione mille millia aureûm intelligimus, sic illi mille millia siclorum auri significabant,videlicet quòd sicli pondere apud eos nummus aureus percuteretur,vt apud Athenienses & Macedones stateris,id est quaternarum drachmarum. Quo factum est vt stater pro aureo acciperetur,vt etiam apud Persas. Huius opinionis argumẽtum ducitur ex verbis quæ sequuntur, Argenti(inquit)ad clauos & alia instrumenta mille ducenta trigintaduo talenta, æris vero decẽ & octo millia. sic singulis opificibus dena talenta data,id est deni sicli,vt ipse inquit. Talentum ergo nũmarium Hebræorum,tetradrachmum erat: Athenienſium verò duodenarium erat,id est ternorum staterum. Sic apud nos interdum libra nummaria est viginti solidorum. Sic in voluminibus iuris non vbique auri argentiq; libra eodem modo exaudienda. Circa Iustiniani Augusti tempora libram auri staterem aureum fuisse existimo,non magni ponderis.in.l. Quoniam iudices, sub titulo de appellat. Siquis(inquit idem Augustus) magistratus appellationem suscipere recusauerit,triginta põdo auri cogatur largitionibus nostris inferre,triginta alia eius officio itidem soluturo. Et sub

Solidus. Stater.

Talenti significatio.

Mille millia auri.

Talentum nũmariũ.

Libra auri argentique in libris iuris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titulo de fundis patrimonialibus libro vndecimo eiusdem Codicis Theodosii lex ita inquit, Huius legis temeratores, quinquaginta librarum auri pœna coërcentes: tam videlicet petitorem, quàm officium quod petitionem concedit admitti. Officium eius magistratus πρὸ πύλης vocat, hoc est apparitores, scribas, & quoscunque ministros publicos. Hic stater autem Stater. nunc pondo, nunc libra dicitur, vt in lege Ordinem, sub titulo de consulibus libro duodecimo: & in lege Omnes, de metatis, centum librarum auri mulcta. At libro primo de modo mulctarum ita legitur, Illustres viros præfectos prætorio, cum peccatum grauissimum erit, vsque ad quinquaginta librarum auri mulctam peruenire sinimus. At eodem sub titulo Arcadius & Honorius ita sanciunt, Eos qui ordinario iure prouincias moderantur, vltra duarum vnciarum auri mulctam condemnare non patimur: Proconsularem verò potestatem, si mulctandi necessitas imminebit, senarum vnciarum auri summa cohibebit. Hic dubites fortasse vtro modo libras auri quinquaginta intelligere debeamus. Similiter libra argenti vel nomisma fuit, vel paucarum drachmarum æstimatio, in l. Ab executione, quorum appell. non recipiuntur. Sciant autem, inquit, prouocatores, si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animaduersione mulctandos. Et itidem in l. sequenti, rursus in lege vnica de grege dominico, libro decimo, libra auri pro duodecim vnciis accipitur, & in capite Præuaricationis, sub titulo de præuaricatoribus in Pandectis. Ponderale verò & librale Hebræorum talentum, Babylonium fuisse puto, vel potius Aegyptium, qualia erant auri talenta quæ ex Ophir insula afferebantur, quam Vrphen Eupolemus Græcus auctor Tharseis insula. appellat. Tharseis sunt apud Græcos qui Indicam gentem fuisse putent. Alii Carthaginem sic appellatam ab Esaia putant: quod de vrbe ipsa à Dido ne ædificata intelligi non potest: cum Iosepus dicat post Solomonem centum & quadraginta annis conditam esse à Tyriis Carthaginem. Saba Regina Saba. autem regio fuit Aethiopiæ. Regina autem quæ ad Solomonem venit, & Aegypto & Aethiopiæ imperauit, vt Iosepus tradidit. Sabæi populi sunt Arabiæ felicis. Sunt & oppidani Sabæi, à Sabis oppido magno dicti, vt auctores sunt Strabo, & Stephanus de vrbibus. Est præterea Saba portus in Aethiopia. Strabo libro decimosexto, εἶτα λιμὴν σαβά. καὶ κωμήλιον ἐλεφαντων ὁμώνυμον αὐτῶν. εἶτ' οἰκοῦσι τούτων χώραν τινὲς λίγυπες. ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ παρὰ τὸν μεταξὺ φυγάδες αἰγυπτίων, βασιλεύοντος δὲ τοῦδε γυναικὸς, ὑφ' ἣν ὅτι καὶ ἡ μοῖρα πολλὴν τούτων τῶν οἰκοῦσι τὴν νῆσον. Postea portus Saba, & venatio elephantorum, locus à re ipsa appellatus. Post hæc regio interior quæ Tenesis dicitur, quam obtinent exules qui quondam à Psammiticho Rege Aegypti aufugerunt, imperio parent fœminæ, quæ regina est Meroës insulæ non longe abhinc sitæ in Nilo flumine, in cuius ditione alia est insula non longè ab iis locis sita in eodem flumine, & ab exulibus habitata. Ex his verbis planum fit vnde fuerit regina quæ Solomonis fama excitata in Palæstinen venit. Meroë insula est quam Nilus efficit, vt inquit Plinius, & Meroë. vrbs eodem nomine quam Aethiopicã esse Stephanus dicit, & Strabo libro

A bro decimoseptimo regiam esse Aethiopiæ, ἔστι δὲ μεγίστη τῆς αἰθιοπίας βασιλέων ἡ μερόη πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ, Est autem maxima Aethiopiæ regia Meroë vrbs eodem nomine quo insula. Locorum autem vocabula quæ in literis sacris leguntur, apud historicos non agnosci in causa est, quòd scriptores Græci ab idiomate Hebraico verba deflexerunt, vt sermoni suo accommodarent. Deinde Plinius libro sexto de nauigatione ab Alexandria in Indiam loquens, ita inquit, Quæ omnia gentium portuúmve aut oppidorum nomina apud neminem priorum inueniuntur, quo apparet mutari locorum statu. Ingentes verò tunc opes in orbe fuisse argumento esse mihi videtur aurei seculi appellatio sub Saturno. Saturnus autem in Italia ante Troianum bellum centum ferme annis regnauit, & Dauid in Iudæa post Troiam captam totidem propè annorum spatio, vt colligimus ex Chronicis Eusebii. Lactantius tamen libro primo, Belum qui ab Assyriis colebatur, trecentis annis bellum Troianum præcessisse contendit, & ei æqualem fuisse Saturnum. Cui congruit illud quod libro quinto dicit, post Saturni tempora cultum simulacrorum institutum, ideoq; tunc iustitiam veram fuisse, cum Deus verus & vnus coleretur. Porrò regnum Assyriorum antiquissimum C omnium regnorum fuisse constat: cuius quadringentesimo & secũdo anno Belucho Rege octauo regnante Moses populum dominicum eduxit ex Aegypto. Auctor Eusebius libro decimo de præparatione euangelica. Libro autem nono, Alexandrum Polyhistora cognomine, id est multisciũ dictum, in libro quem de Iudaica historia conscripsit, auctorem esse affirmat, temporibus Ioachim Regis Hieremiã vaticinio functum esse, & propter cultum Baal Iudæis cladem prædixisse, & quòd ad Tigrin & Euphratem ab Assyriis capti, opera essent facturi: Quod cum Nabuchodonosor D Rex Babyloniorum audiuisset, Stibare Medorum Rege in auxilium accersito, centum & octoginta peditum, equitum centum & viginti millia, & decem millia curruũ duxisse in Iudæam. Samaritanas primùm omnes vrbes, Galilæam Scythopolim & Galatidem euertisse, deinde Hierosolyma, Ioachimq; Iudæorum Regem viuum cepisse, aurumq; argentum & æs, cęteraq; omnia quæ in templo erant ornamenta, arca excepta & tabulis, Babylonem abstulisse. Postea cum Nabuchodonosor mœnia Babyloniæ ædificare cœpisset, morbo correptus diem obiit: cui filius successit qui propter morum nequitiam à sororis suæ viro insidiis exceptus, altero anno regni sui sublatus est. Cui rursus cum filius successisset, nono mense iisdem E insidiis petitus Nabonidam successorem habuit, qui Babyloniæ muros secundum amnem latere ac bitumine extruxit: quem Cyrus aliquanto pòst Babylone capta cepit. Alpheum autem de Assyriis & Nabuchodonosore hoc modo scripsisse dicit, Nabuchodonosorem Hercule robustiorem fuisse, vniuersamq; Libyam Asiamq; vsq; ad Armenios subegisse. Quem Chaldæi dicunt cum in regnum rediisset, furore diuinitus captum magna voce exclamasse, O Babylonii, futuram vobis calamitatem prænuncio, quam nec Belus ipse nec vis vlla deorum auertet. Veniet Perses semiasinus, id est mulus, qui vobis afferet seruitutem. quibus dictis repentè è medio excessit.

Vocabula locorum i literis sacris ex alijs scriptoribꝰ non agnoscuntur.

Aureũ seculum.

Belus.

Regnũ Assyriorum.

Alexãder polyhistor.

Nabucho donosor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Talthybi domini. Talthybi Agamemnonis caduceator, à quo Talthybiadæ apud Herodotum, eius posteri.

Hæc est summa historiæ Alexandreæ de Nabuchodonosore, quam Euse-
bius pluribus verbis refert. Quarti Regum. xxiiii. legimus Nabuchodono-
sorem Babyloniorum Regem direptis Hierosolymis Regem ipsum Ioa-
chim & familiam regiam cum thesauris & apparatu instrumentoq; templi
aureo à Solomone comparato & fabrefacto, secum in Babylonem abstu-
lisse. Astipulatur & Iosepus in libro decimo Antiquitatum. Videamus nūc
de Cyro, & audiamus præconium Talthybii summi Regis, id est Esaiæ va-
tis, quo nullum potest esse maius testimonium· Hæc dicit dominus Chri-
sto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciā ante faciem eius gen-
tes, & dorsa Regum vertam, & aperiā coram eo ianuas, & portæ non clau-
dentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: & dabo tibi thesau-
ros absconditos, & arcana secretorum, vt scias. quia ego dominus accinxi
te, & non cognouisti me, & reliqua. Hoc Esaias cap. xlv. Quòd autem de
Babylone intellexerit, cap. xlvii. planum facit· Sed tace, & intra in tenebras
filia Chaldæorum, quia non vocaberis vltrà filia regnorum. Iratus sum su-
per populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in ma-
nu tua. Non posuisti eis misericordias: dixisti, In sempiternum ero domi-
na. & reliqua ad eundem sensum effata à fatidico illo viro & entheo, id est
spiritu diuino perfuso. Herodotus libro primo expeditiones Cyri scribēs,
Nitocrin reginam aggerem circa Euphratem duxisse dicit, & crepidinem
superstruxisse, timentem ne aliquando vrbs à Medis caperetur, quos impe-
rio Asiæ imminere intelligebat. Cyrus autem (inquit) contra filium eius no-
mine Labynitum expeditionem suscepit, qui matri in regnum Assyriorū
successerat, ὁ δὲ δὴ κῦρος ὡδὶ ταύτης τ' γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατώσατο, ἔχοντά πε τῆ πατρὶ
τῆ ἑωυτοῦ τ' ὄνομα λαβυνίτην, καὶ πλὼ ἀσυρίων ἄρχοντα. Hunc autem Cyrum Herodo-
tus Regem magnum appellat, à quo Reges Persarum Megalos basileas, id
est Reges magnos appellari se voluerunt, vt mirum non sit magnum eum
Regem esse factum, cuius dominus dexteram recturum se prædixerat. Ve-
rùm & Assyriæ & Mediæ regna in Persas esse victoria Cyri trāslata, nemo
ignorare potest qui Herodotum aut Iustini breuiarium legerit. Hæc testi-
monium perhibent dicto Pliniano lib. xxxiii. Equidem (inquit) miror po-
pulum Romanum victis gentibus in tributo semper argentum imperasse,
non aurum, sicut Carthagini cum Annibale victæ. Nec potest videri pena-
ria mundi id euenisse. nam Midas & Crœsus infinitum possederant. Iam
Cyrus deuicta Asia pondo X X X I I I I millia inuenerat, præter vasa au-
rea, aurumq; factum, & in eo folia, ac platanum, vitemq;. Qua victoria argē-
ti quingenta millia talentorum reportauit, & craterem Semiramidis, cuius
pondus X V talēta colligebat. Talentum autem Aegyptium pondo octo-
ginta capere Varro tradit. Iam regnauerat in Colchis Galauces & Esubo-
pes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti auriq; eruisse dicitur in
Suauorum gente, & alioquin velleribus aureis inclyto regno, sed & illius
aureæ cameræ & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atq; parastaticæ,
victo Sesostri Rege tam superbo, vt prodatur annis quibusque forte Re-
ges singulos è subiectis iungere ad currū solitus, sicq; triumphare. His ver-
bis

Magni Reges Persarum.

Sesostris rex supb⁹.

A bis apparet Cyrum maiores multo opes reliquisse, quàm quæ legantur in-
uentæ ab Alexandro. Nec mirum, cum & Lydiorum opes & Iudæorum
habuerit, quas Chaldæi è templo abstulerant. Quod de Nabuchodonoso-
re diximus, ex Alexandro Polyhistore confirmat Iosepus libro primo con
tra Apionem his verbis, τοῦδὲ τούτων γὲν συμφωνᾶ φιλόστρατος ὁ ταῖς ἱστορίαις, μεμνημέ-
νος δ' τύρε πολιορκίας, καὶ μεγασθένης ὁ τῆ πεντεκαιδεκάτη τ' ἰνδικῶν. ἀλ' ἵνς ἀσφαλέστερ πειρᾶται τὸν
περσικὸν βασιλέα τὸν βαβυλώνιον ἡρακλέους ἀνδρεία καὶ μεγέθ διενηνοχέναι. κατασκέλλεσθ
γαρ αὐτὸν φησι καὶ λιβύης πλὼ πολλῶ καὶ ἰβηρίας. His igitur astipulatur Philostratus
B in historiis, quo in loco Tyri obsidionis meminit, & Megasthenes in quar-
to volumine Indicarum rerum, vbi ostendere contendit prædictum Baby
lonium Regem & fortitudine Herculem & magnitudine præstitisse: quip-
pe qui Libyę bonam partem subegerit, & Iberiam. Reliqua autem omnia
penè eadem iisdemq; nominibus relata, quæ apud Alexandrum. Strabo li-
bro decimoquinto circa principium Nabocodrosorum vocat eum Regē.
Huic dicto (inquit) Megasthenes consentit, dicens antiquis Indorum histo-
riis fidem nullam habendam. Nec enim ab Indis vnquam emissam expedi
tionem, nec in Indiam quenquā aliūde cum exercitu penetrasse victorem,
C præter Herculem, Liberum patrem, & nuper Macedonas. Nam Sesostrim
Aegyptium & Thearchonem Aethiopem vsque in Europam progressos
ait. Nabocodrosorum autem qui à Chaldæis supra Herculem commen-
datur, vsque ad columnas exercitum admouisse. Ναβοκοδρόσορον δ' τὸν παρ' χαλ-
δαίοις θαυμάσαντα ἡρακλέα μᾶλλον, καὶ ἕως στηλῶν ἐλάσαι. Tantas igitur opes Da-
uid & Solomon cumulasse dicuntur, quantas alius nullus Regum. Legi-
mus autē cap. viii. & x. secundi libri Regum, Dauid Syros omnes subegisse
vsque ad fluuium Euphratē, & arma aurea spoliaq; opima eis ablata, Hie-
rosolyma comportasse, tributaq; Syris iniunxisse. Magnitudini autem Iu-
D daici imperii consentanea est rei militaris constitutio in duodecim phalan
gas vel cohortes menstruas distributa, quæ singulæ cohortes vicenaquater-
na millia militum habebant: quarum descriptio legitur libro altero Para-
lipo. cap. xxvii. Quanta autem fuerit Syria, Plinius his verbis docet libro
quinto de Arabia loquens, Iuxtà Syria littus occupat, quondam terrarum
maxima, & pluribus distincta nominibus. nanque Palæstina vocatur quà
contingit Arabas, & Iudæa, & Cœle, dein Phœnice: & quà recedit intus,
Damascena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia: & eadem Mesopo
tamia inter Euphratem & Tigrin: quaq; trāsit Taurum, Sophene: citrà ve-
E rò etiam Comagene: & vltra Armeniam Adiabene, Assyria antè dicta: &
vbi Ciliciam attingit, Antiochia. Qui subtilius diuidunt, circū Euphratem
Syriam Phœnicen volūt: & esse oram maritimam Syrię, cuius pars sit Idu-
mæa & Iudæa: deinde Phœnicen: deinde Syriam: id quod præiacet, mare
totum Phœnicium appellatur. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna lite-
rarum inuentionis & siderum, naualiumq; ac bellicarū artium. Sic in exem
plaribus legitur, luculēto vno errore, cuius à vetusto libro admonitus sum.
Qui enim fieri potest, vt circa Euphratē Syria Phœnice vocitetur? Sic igi-
tur hunc locum lego, Qui subtilius diuidunt, circunfundi Syria Phœnicen

Nabocodrosorus.

Opes Dauid & Solomonis, & eorum imperium.

Syria terrarum maxima.

Plinij loc⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

volunt,vel circunfundi Syriam Phœnice volunt. hoc sensu, vt Phœnicia vndique circunscribatur Syria.esse enim primùm oram maritimam Syriæ ab Arabia,cuius pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicen: deinde rursus Syriam,quà scilicet vergit ad Antiochiam: introrsus autem Syria Damasci claudi Phœnicen.Strabo lib.xvi. Syrorum,inquit,nomẽ tendere videtur à Babylonia vsq; ad Issicum sinum,& ab hoc olim vsque ad Euxinũ. Et paulo inferius, Qui de Syrorum imperio scribunt, cum Medos à Persis euersos dicunt,Syros autem à Medis, nullos alios Syros intelligunt,quàm qui Babylonem ac Ninum regni caput effecerunt. De bonitate autem soli terræ Iudęæ Iosepus libro primo cõtra Apionem ita inquit, Hecatæus vir Abderites philosophus simul, & circa vitæ actiones industrius, Alexandri Magni æqualis,cum quo etiam floruit,& postea cum Ptolemæo Lagi cõuersatus est : hic librum de Iudæis accuratè conscripsit,cuius summam colligens Iosepus,Hic idem(inquit)magnitudinem regionis quam incolimus, & pulchritudinem prodidit. Siquidem ad tricies centena millia arurarum optimi & feracissimi soli incolunt illi,inquit.his enim finibus Iudæa patet. ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος ἀνὴρ καὶ τὸ μέγεθος τῆ χώρας ἣν κατοικοῦμεν, καὶ τὸ κάλλος ἰσόρυκεν. τριακοσίας γὰρ μυριάδας ἀρούρων ἀγαθῶν ὀλίγου δεῖν καὶ παμφορωτάτης χώρας νέμονται φησί. ἡ γὰρ ἰουδαία πολλὴν τὴν πολυθόδ ἔχει. Arura mensura est apud Græcos quinquaginta pedes capiẽs, vt inquit Suidas,id est octo vlnas & trientem, vel passus decem, ita vt vlnã pro senis pedibus,& passum pro quinis accipiamus. De vrbe autem ipsa ita inquit, Sunt autem Iudæorum castella multa, & vici per regionem sparsi: vna autem vrbs munita, ambitu ferme quinquaginta stadiorum,quam incolunt hominum circiter centum & viginti millia, Hierosolyma vocant. ἔστι γὰρ ἰουδαίων τὰ μὲν πολλὰ ὀχυρώματα ἐν τῆ πολὺ χώρᾳ καὶ κῶμαι, μία δὲ πόλις ἐγγὺς πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὸν περίμετρον, ἣν οἰκοῦσιν ἀνθρώπων περὶ δισμυρίους καὶ μυριάδες, καλοῦσι δ' αὐτὴν ἱεροσόλυμα. Verba sunt non Iosepi,sed Hecatæi, vt nescias an idem Iosepus senserit.Strabo libro decimosexto Mosen refert ex Aegypto multitudinem secum hominum numerosam eduxisse, cum eis persuasisset Aegyptios sacerdotes non rectè de diuinitate sentire, & colendum esse Deum vnum sub nulla effigie, & reliqua eodem pertinentia. Deinde ita inferens, τοιαῦτα λέγων ἔπεισεν οὐγκώμονας ἄνδρας ὀλίγους, καὶ ἀπήγαγεν ὡς ἐν τόπον τοῦτον ὅπου καὶ νῦν ἔστι δ' οὐ πρὸς ἱεροσολύμοις κτίσμα κατέχει δὲ ῥᾳδίως ὀχυρὸν δ' ἰσχυρόν, ὑπὸ δ' αὐτὸ πεδίον ἄνυδρον, πλὴν ὅσον ἐξήκοντα σταδίων καὶ ὑποπίπτουσι. Hæc autem(inquit)cum diceret, homines bona mente non sanè paucos facilè in suam sententiam adduxit,vt se in eũ locum sequerentur, vbi nunc condita sunt Hierosolyma. Quippe locum facilè obtinuit,quem inuidere ei nemo iure deberet, nec cuius gratia certamen magnopere excitari posset:vtpote qui petrosus sit,& aquis scatens, cũ omnis in circuitu regio ieiuna sit,& siticulosa:intus ad sexaginta ferme stadia lapidosa.Et rursus inferius, Primus pro sacerdote Regem se fecit Alexander:cuius filios Hyrcanum & Aristobulum Pompeius sustulit, atque eorum munitiones subuertit, ipsaq; in primis Hierosolyma vi capta sunt. Ea munitio petrosa erat,ac bene septa,interius aquis abũdãs, exterius pro-

Solum terræ Iudęæ.

Arura.

Hierosolyma.

Ius

A sus arida,fossam habebat in saxo excisam sexagenûm pedum altitudine,latitudine ducenûm & quinquagenûm. Pompeius vrbem cepit obseruato ieiunii die,cum Iudæi omni opere feriati essent. Completa enim fossa scalas muris admouit, καταλάβοι δ' ὡς φασὶ τηρήσας τὴν τῶν ἰουδαίων ἡμέραν, ἡνίκα ἀπέχονται οἱ ἰουδαῖοι παντὸς ἔργου, πληρώσας τὴν τάφρον, καὶ ὠθισθεὶς τὰς ἐπιβολάς. Hæc verba Strabonis consentanea non sunt iis quæ ex Hecatæo Iosepus dixit. Neque verò magnopere mirãdum res gestas Hebræorum, eorum mirificas opes,nec B Græcis nec Latinis scriptoribus testatas esse. In causa enim multa esse potuerunt.Primum,quòd Iudæorum res gestæ,& Græcorum historiæ in idẽ tempus non incurrunt.A tempore enim Mosis ad Troianũ bellum octingentos amplius annos interesse Eusebius auctor est, laudato etiam auctore Porphyrio.Homerum verò & Hesiodum multo recentiores Troiano bello fuisse constat.Linus autem & Orpheus , Musæus, Phemius,& Aristeas C Proconnesius, vt ante Homerum scripserunt,sic eorum antiquissimus vna aut summùm altera generatione Troianum bellum præcessit,pleriq; Troiani belli æquales fuerunt, omnes hi poëtæ. Iosepus tamen nullum scriptũ opus apud Græcos extare dicit,quod quidem in confesso sit vetustius Homeri poësi esse. Cyri autem temporibus,cuius auspiciis templum restitutũ est euerso Chaldæorum regno,septem Græcorum sapientes fuerunt,vt auctor est Eusebius libro decimo de præparatione, quo tempore velut incunabula orientis philosophiæ fuerunt. Herodotus autem trecentesimo anno vrbis Romæ conditæ historiam cõdidit Thuriis in Italia, vt auctor est Plinius libro duodecimo:cuius scripta Strabo non historiam, sed mythistoriam,hoc est historiam fabularem existimari voluit,de eo sic loquens libro vltimo, πολλὰ δ' ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαρῆσιν, ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ ἁρμονίαν τινὰ ἐς λόγῳ τὴν πρακτέαν παρέχοντες. Multa verò Herodotus,& alii quidam nugarũ D plena scripserunt,veluti cantus illecebras & modulamenta,vel condimentum quoddam historiæ monstrificam fabulationem adhibentes. Et libro secundo,Sed nec Persarum(inquit)res gestæ,nec Medorum, nec Syrorum propter fabularum studium multum fidei sunt assecutæ. cum enim earum rerum scriptores viderẽt magnopere poëtas probari qui apertè fabulas cõcea dicerent,quæ nec vidissent ipsi,nec audiuissent ab iis quidem qui scirẽt: quo fit vt facilius Homero & Hesiodo de heroicis rebus credatur , quàm E Ctesię & Herodoto & Hellanico,& cęteris eius generis scriptoribus,quoniam res huiusce modi libenter audiuntur. Iosepus Herodotum non consulto mendacio,sed ignorantia falsa scripsisse videtur existimasse. Manethõ (inquit)historicus genere Aegyptius fuit,sed qui Græcam eruditionem assecutus sit,vt facile est iudicare,vtpote qui Aegyptiacam historiam Græca voce scripserit ex sacerdotum annalibus interpretatus , vt ipse inquit. Hic Herodotum in multis conuincit de rebus Aegyptiacis per ignorantiã mentiri. γέγραφε γὰρ ἑλλάδι φωνῆ πολὺ πλεῖστον ἱστορίας, ἐκ τῆς ἰδίας, ὡς φησιν αὐτὸς, μιγάδος οὔσης, καὶ πολλὰ ἂν ἡρόδοτον ἐλέγχει τῆς αἰγυπτιακῶν πέρι ἀγνοίας ἐψευσμένον. Assignari etiam alia causa potest cur res gestę Hebræorum nobis ab historia non in-

Iudæi & eorũ opes Græcis & Latinis incogniti fuerunt.

Poetæ Græcorũ antiquissimi.

Mythistoria.

Herodot⁹ & alij antiquissimi scriptores.

Manethon historicus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi cõmerciorũ ignari, atq; ideo ignoti.

notuerint, quam ex eodem Iosepo sumemus, qui iis respondẽs qui Iudæorum historiæ auctoritatem eò præcipuè eleuabant, quòd testimonia Græcorum nulla extarẽt: Nos (inquit) neque regionem maritimam habitamus, nec negociationibus libentes vtimur, nec omnino earum causa, aliarũ gentium commerciis assuescimus: sed sunt vrbes nostræ longè à mari reductæ: regionem autem bonam incolentes, eius cultu acquiescimus. ἡμᾶς πίνυ σπ χώραν οἰκοῦμεν παράλιον, ὅτ' ἐμπορίαις χαίρομεν, ἀλλ' ταῖς πρὸς ἄλλας ἀλλ' τούτων ὠθιμιξίαις. ἀλλ' αὐτὴν μὲν ἡμῶν αἱ πόλις μακρὰν ἀπ' θαλάσσης ἀπῳκισμέναι. χώραν δ' ἀγαθὴν ἐνοικοῦντες, ταύτῃ ἐχρώμεθα. Phœnices autem & Aegyptios propterea cognitos à Græcis ait, quòd ab Aegyptiis multa exportarentur ad alias gentes. Phœnicum autem ii qui maritimam oram accolunt, quæstui studentes, negociationes exercebant. à quo vitæ genere cum Iudæi abhorrerent, peculiaribus institutis, ac cultu diuinitatis gaudentes, factum est vt serò fama eorum ad Græcos peruenerit. πρόσφατος τοίνυν τοῖς ἑρημαίοις καὶ σ πολὺ ἀπ βίου ἡμῶν ἰδιότροπος, ἀλλ' οὐ τοῖς παλαιοῖς χρόνοις δ ποιοῦμαι πρὸς τὸ ἕλληνας ἡμῖν ὠθιμιξίαν, ὥσπερ αἰγυπτίοις μὲν, τοῖς παρ' αὐτῶν ἰσχομένοις, ὅτις δ' πάλαι παράλιον σ φοινίκης κατοικοῦσιν ἡ περὶ τοὺς καπηλείας σπουδὴν δ' φιλοχρηματοῦσι. Hoc idem (inquit) & iis contigit qui in Europa habitãt. de Romanis enim, qui in tantam potentiam iam inde olim crescere sensim cœperunt, nec Herodotus nec Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino alius eorum æqualis scriptor, sed serò eorum nomen in Græcia auditum. Gallorũ autem & Hispanorum res vsqueadeo ignotæ iis fuerunt, qui exactissimi & accuratissimi scriptores fuisse videntur, vt vnus eorum Ephorus Hispanos, qui Iberi ab eo dicuntur, vnam esse ciuitatem existimauerit, cum tam latè fines eorum pateãt. In vniuersum autem ritus eorum qui nec fuerunt, nec fuisse vnquam dicti sunt, scribere tanquam iis vterentur, non dubitarunt. περὶ μὲν γὰρ γαλατῶν τε καὶ ἰβήρων οὕτως ἀκριβῶς ἱστορικῶτες ἀκριβέσταθοι συγγραφῆς, ὧν ὅδιν ἔφορος, ὥστε πόλιν οἴεσθαι μίαν σὴν τὴν ἰβηρίαν, τῷ διὰ μέρος τ' ἐπιφάνε γῆς καθικνεῖσθαι, καὶ τὰ μὴ γνώμενα παρ' αὐτοῖς ἔθη μήτε λεγόμενα, γράφειν ὡς ἐκείνων αὐτοῖς χρωμένων ἐτόλμησεν. Causa verò (inquit) earum quidẽ rerum ignorantię fuit, quòd illi secum ipsi viuerent, commercia aliarum gentium auersantes: scriptorum verò mendacii, quòd volebant illi quippiam vltra alios memoriæ mandasse videri. αἴτιον δ' τῷ μὲν μὴ γινώσκειν τ' ἀληθὲς, σ λίαν ἀπεσίμασθαι τῷ δ' γράφειν ψεύδη, σ βούλεσθαί τι δοκεῖν πλέον τῶν ἄλλων ἱστορῆσαι. Illud etiam non intempestiua postrema assignari causæ potest, quod Eusebius libro decimo de præparatione inquit, ostendere volens literas primùm ab Hebræis inuẽtas esse, quarum inuẽtum Phœnicibus gloriæ ducitur. Primus (inquit) qui literas Græcis dedit, Cadmus ex Phœnicia erat. Multi Syros literas primùm comperisse asserunt. Syrii autem etiam Hebræi sunt. nam Iudæa in Syria semper à scriptoribus habita est, & Phœniciam etiam apud prisco appellatam esse constat, quæ nunc Palæstine Syrię dicitur. Ex hoc Eusebii loco coniiciendum relinquitur, multa Hebræorum gesta, aliarum gẽtium nomine posteritati esse tradita. Super omnia est autem quod Iosepus his verbis dixit, πρὸς δ εἰς ἡμᾶς βλασφημιῶν ἤρξαντο μὲν αἰγύπτιοι. βουλόμενοι δ' ἐκείνοις τινὲς χαρίζεσθαι, παρεσκεύασαν ὧδε χείρονας εἶναι πρὸς ἀλήθειαν, ὅτι πρὸς εἰς ἄκυρον ἄξιν ὡς ἐγχεῖν τὴν ὑμετέρων πατέρων ὁμολογουμένως,

Galli & Hispani priscis historicis ignotissimi.

Hebræorũ inuenta gẽtibus aliis assignata sunt.

A ὁμολογουμένως, ὅτι πρὸ ἔξοδον ἀληθεύοντες. αἰτίας δ' πολλὰς ἔλαβον τῆ μισῶν καὶ φθονῶν. ἐ μὲν ἀρχὰς, ὅτι ἐξ πρὸ χώρας αὐτῶν ἐδιωκίσθησαν ἡμῶν οἱ πρόγονοι, κἀκεῖθεν ἀπαλλαγέντες ὠδὶ πρὸ οἰκίαν, πάλιν δυσεμόνησαν. Quæ verò probra & maledicta in nostrates iactata sunt, iis causam & originem Aegyptii præbuerunt: quorum gratiæ nonnulli scriptores inseruire cupientes, veritatem rerum gestarum peruertere aggressi sunt, nec maiorum nostrorum aduentum in Aegyptum, vt res vera fuit, ingenuè fatentes, nec inde egressum bona fide commemorantes.

Aegyptij Iudæos exosi, veritatem historię peruertunt.

B Causas autem multas Aegyptii odii & inuidiæ habuerunt, queis in nostrã gentem extimulati sunt. Iamprimum, quòd nostri olim rerũ in patria eorũ potiti sunt: deinde quòd illinc digressi, in propria patria secunda omnia nacti sunt: postremò rituum dissensio, ingens eis odium in nos accendit, tantum religione nostra, & recto diuinorum cultu, ab ea quam ipsi veram pie tatem putant, differente, quantum diuina natura brutis animalibus præstat. ἐθ' ἀ τῶν ὑπεναντιότης πολλῷ αὐτοῖς ἐνέπεσεν ἔχθρας, πρῶτον μ' ἡμετέρας ἀμφιδρόσης διαφθορὰς πρὸς πρὸ οἰκίαν ἐκείνων νενομισμένων, ὅσον θεῖ φύσις ζώων ἀλόγων διίστησεν. Item in principio statim operis docere volẽs non à Græcis antiquarum rerum historiam requirendam esse, sed ab Aegyptiis & Chaldæis, quorum fuit institutum vt eorum sacerdotes & philosophi circa scribendam historiam versarentur, mirari sese inquit eos qui tantum Græcis tribuunt in historia, cũ ipse docere paratus sit, Græcos nõ modò adulto iam mundo (vt ita dicam) sed etiam propemodum senescente, natos, eorumq; inuenta omnia esse recentia. ἀ δ' οὐ μὰ ταῖς μακραίαις πόλεσι ὠθακολουθεῖν, ἀλλ' ἀφ' αὐτῶν τ' πλείστων λαμβάνειν τὴν πραγμάτων, τὰ μὲν παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, ὄντα τὴν γενέσεσιν, λίγω δ' τὰς κτίσεις τὴν πόλεων, καὶ τὰ περὶ τοὺς ὠθηναίους τὴν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τοὺς τὴν νόμων ἀναγραφάς. Quod si non vanis (inquit) opinionibus accommodare assensum volumus, sed ab ipsis rebus veritatem sumere, vniuersa quidem

C Veritas historiæ ab Aegyptijs & Chaldęis requirenda. Recentia Græcorum scripta.

D apud Græcos recẽtia inuenimus, heri (vt dicitur) acta, aut nudiustertius, vrbes (inquam) conditas, artium commentationes, & leges populis scriptas. Proinde qui vetustæ historiæ veritatem nosse cupiat, hunc oportere dicit ab Aegyptiis, Tyriis, Chaldæis exquirere. ex quibus auctoribus Iosepus mira diligentia sacræ historiæ auctoritatem confirmauit in duobus illis libris qui περὶ ἀρχαιότητος ἰουδαίων ἀντιῤῥητικὰ τοῦ ἀπίωνος γραμματικοῦ, inscripti sunt, id est de antiquitate Iudæorum refutatorii contra Apionem grammaticũ, quos latinè ita versos legimus, vt præstabilius fuerit nũquam fuisse editos. adeò & corrupti sunt librariorũ vitio, & interpretis ignorantia. Inter Chaldæos

Antiquissimæ historię à Græcis non repetendæ.

Libri duo refutatorij de antiquitate Iudęorum.

E magnum honorem habuit Berossus, qui Græco sermone historiam conscripsit: cuius loca quædam in eo opere citat sacræ historiæ consentanea. Ex Tyriorum autem annalibus citat testimonia de centum & viginti talentis auri ab Iromo Solomoni datis ad ornatum templi, redonatumq; eum à Solomone terra Zabulon in Galilæa docet. Amicitiæ autem inter eos causam fuisse commune sapientiæ studium. Inuicem enim problemata dissoluenda missitare solitos, in quibus ferè Solomon prævalebat. Huius rei (inquit) testem Dionem citabo auctorem in Phœnicum historia probatissimum, cuius hæc sunt verba, Ababylo moriente filius eius Iromus regna-

Berossus.

Iromus Solomoni amicitia iũctus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiquissima secula ænigmatis vrebantur.

uit. Hic partes vrbis orientales aggere cinxit, & pomœria protulit, ascendensq; in Libanum materiē incidit ad fanorum extructionem. Regem autem Hierosolymorum Solomonem ad eum aiunt ænigmata misisse, & ab eo alia repoposciſſe, ea lege, vt qui dissoluere non posset, dissoluenti, mulctæ nomine pecunias pénderet. Quam conditionem cum Iromus accepisset, nec resoluere ambages potuisset, mulctam ingentem pecuniariam pependisse. Pòst Tyrium quendam hominem nomine Abdemonum extitisse, qui problemata ambigua solueret, aliaq; inuicem proponeret: quæ cum Solomon non resoluisset, pecunias multas insuper pependisse. ἔτι δὲ ἀβδήμονός τινα τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα, πολλὰ ἅ ἐρώμῳ προσχρήσαι χρήματα. Idem Iosepus Menandrum Ephesium historicum fuisse dicit, qui ex vernaculis cuiusq; prouinciæ vel gentis actis, regum singulorum tempore res gestas apud Græcos Barbarósque memoriæ mandabat. γέγραφε δὲ ὅτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις παρά τε τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὑποκειμένων γραμμάτων ἀκριβῶς μεταθών. Is igitur de Iromo Rege Tyri loquens, qui Iram in libris Regum dicitur, ita inquit, ὧδέ πού φησὶ τὸν ἄβδήμονος παῖδα νεώτερον, ὃς νίκα τὰ προβλήματα ἃ ὑπέθεσαν σολομῶν ἱεροσολύμων βασιλεύς. Huius regis tempore extitit Abdemonus puer iunior, qui vincebat omnia problemata à Solomone Hierosolymorum Rege iniuncta. Hoc congruit cum eo quod dicitur in tertio Regum de Regina Saba, quæ fama Salomonis excitata, venit Hierosolyma vt eius sapientiam quæstionibus ambagiosis excuteret, Salomonemq; nunquam non ex sententia animi Reginæ satisfeciſſe. Hic ridere subit Plinii secundi vanitatem, qui libro. xxx. de auctoribus Magicæ artis loquens, Est & alia (inquit) magicæ factio à Mose etiamnum & Lotope ac Iudæis pendés, sed multis millibus annorum post Zoroastrem, tanto recentior est Cypria. Sic enim in antiquis legitur, nisi quòd musæ & in aliis musa non Mose scriptum est. Diximus suprà Eusebio auctore, regnum Assyriorum vetustissimum omnium regnorum fuisse, & anno eius quadringentesimosecundo Belucho octauo Rege Mosen populum Iudaicum ex Aegypto abduxisse. De Zoroastre ita legitur apud Suidam, Zoroastres astronomus fuit Nini Regis Assyriæ tempore, ζωροάστρης ἀστρονόμος ὡς δή τινες βασιλέως ἀσσυρίων. Eusebius in Bactris regnasse dicit Nini æqualem & Abrahami. Apion autem grammaticus genere Aegyptius, qui etiam Polyhistor dictus est à Gellio ob historiæ scribendæ diligentiam, in quarto historiarum libro aduersus Iudæos, Inacho (inquit) regnante apud Argiuos, & Amaside apud Aegyptios, Iudæi duce Mose ab Aegyptiis defecerunt. auctor Eusebius. Iosepus tamen Techmosin Regem appellat Pharaonem, non Amasin, ex Manethone historiographo Aegyptio qui græcè scripsit. Porphyrii autem computatione Moses etiam Semiramidis æqualis recipitur. Iustinus martyr in Parænetico, εἰ γὰρ οἷς χρόνοις ὠγύγε τε καὶ ἰνάχε, οὕς καί γηγενεῖς τινες τῶν παρ' ἡμῖν ὑπολάφασι γεγενῆσθαι, μουσέως ἂν τῶν ἑλλήνων μέμνηντας ἱστορίαι, ὡς ἡγεμόνος τε καὶ ἀρχηγέτε τῆς ἰουδαίων γένους. ὅπου γὰρ πολέμων τε ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἑλληνικῶν μέμνηται, καὶ ἀκμῆς ἀπὸ σαδώνις. Temporibus (inquit) Ogygis & Inachi, quos terra natos quidam ex vestris

Abdemonus Tyrius.

Abdemonus puer.

Plinij vanitas.

Zoroastres.

Apion Polyhistor

Pharao à Mose vexatur.

A vestris existimauere, Moysis historiæ meminerunt vt ductoris & principis Iudæorum gentis. Sic enim Polemon in primo Hellenicon meminit, & Apion Posidonii in libro quē contra Iudæos scripsit, & Ptolemæus Mendesius qui Aegyptiaca scripsit, cum iis cōuenit. Et multi item alii quos nominatim citat. Hic est Iustinus, qui orationem contra Gentiles pro Christianis scriptam Antonino Pio porrexit: in qua, cum Alexandriæ esset, in Pharo se vidisse vestigia septuaginta domuncularum affirmat ad id tempus incolumia, ἀλλ' ἀυδὶ ὡς τῇ ἀλεξανδρείᾳ χρώμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ὡς τῷ φάρῳ ἐωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρ' ἡμῶν ἐκεῖ ὡς τὰ πάτρια παραληφότων ἀκριβοῦσι, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν, ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μαθεῖν. Nos verò cum Alexandriæ essemus, vestigia cubiculorum adhuc asseruata in Phari arce conspicati, & ab incolis qui hoc à maioribus per manus traditum sese habere dicunt, percunctati, hæc vobis commemoramus, quæ etiam ab aliis discere facilè poteritis si id cordi vobis est. Quod dictum Hieronymus ignorasse videtur, qui Eusebio & Augustino in eo inficiando aduersatur in præfatione Geneseos. Quonam modo igitur Moses multis millibus annorum post Zoroastrem fuit, qui tot testimoniis proximus seculo æqualium Zoroastris fuit? Sed videlicet illa est ignorantia priscorum, qui mūdum æternum esse crediderunt: à qua opinione profecta est illa vanitas Genethliacorū, qui quadringenta & septuaginta annorum millia monumentis comprehensa continere sese ingēti fiducia mētiebantur, vt auctor est Cicero in primo de Diuinatione. Strabo Mosen non magnum fuisse dixit, sed oraculis deditum, quales fuisse Amphiaraus & Orpheus & Musæus leguntur. Iustinus historicus, Ioseph in Aegypto magicas artes edoctum, citò insinuatū apud Regem fuisse dicit: cuius auctoris epitomen tricesimamsextam qui legerit, & Cornelii Taciti librum vnum & vicesimū, facillimè intelliget semina quædam veritatis per totum orbem disseminata fuisse, sed præimbuta mendaciis Aegyptiorum: quo factum est vt historici Græci & Latini vanissimi interdum à nobis fuisse deprehendantur, qui sacram historiam & incorruptam habemus. In quo profectò eorum vicem dolere deberemus, nisi in plerisq; eorum improbam mentem cerneremus, blandiente semper ipsis in Iudæos maledicentia ob vnius dei cultū. Sed inuidia vecors aduersus Christianum nomen Tacito, Suetonio & Plinio iuniori fuit. quanquam cum fuerint illi æquales, maledicta eorum sacrilega ac nefaria etiam inuicē colliduntur. Tranquillus in Nerone, Afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis nouę ac maleficæ. Tacitus xv. de incendio vrbis loquens per Neronem excitato, Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos propter flagitia inuisos vulgus Christianos appellat. auctor nominis eius Christus, qui Tyberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaq; in præsens exitiabilis superstitio, rursus erumpebat, non modò per Iudæā originem eius mali, sed per vrbem etiā. Et post aliquot versus enumeratis cruciatuum generibus, Vnde, quanquam aduersus fontes (inquit) & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur. Hominem nefarium Tacitum, ad-

Iustinus martyr.

Septuaginta cellulę i Aegypto.

Prisci Græci & Latini in magna ignorantia versati.

Maleuolētia quorūdam historicorum in Iudæos & Christianos.

Tranq. de Christianis

Tacit⁹ scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptorũ vecordissimus.

Plinius iunior de Christianis.

uersisq; placitis prouidentiæ genitum, qui æqualiũ suorum sensui seruiens, non suo iudicio, prodere hoc exemplũ nefariæ mentis non veritus sit. Audiamus Plinium ad Traianum scribentem, cum Asiæ præesset prouinciæ, quum veluti elogium Christianorum mitteret, de pœna reorum (vt assolebat) ad principem referens. Affirmabant autem (inquit) hanc fuisse summam vel culpæ suæ, vel erroris, quòd essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenq; Christo quasi deo dicere secum inuicem, seq; sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusq; coëundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen, & innoxium. Quod ipsum facere desiisse post edictum meum, quo secundũ mandata tua hetęrias esse vetueram, sic enim legi debet, pro sodalitatibus. Quid simile habent hæc obiecta Pliniana cum criminibus Taciti extrema exempla suppliciorum meritis? Eodem enim tempore hæc à Plinio & Tacito prodita sunt. Verùm Plinius ad principẽ scribens, quod ad res humanas attinet, optimum, sed imbutum errore Domitiani, cui sublato statim Nerua successerat, mentiri aut noluit, aut non ausus est. Tacitus Domitiani beneficio ad dignitates prouectus, vt ipse fatetur in principio statim libri decimiseptimi, quod nomen ille princeps sceleratissimus sæuitiæ pugione conficere nixus erat irrito proposito, id ille scelleratiore historię stylo, toxico mendacii óblito, repetere instituit, vęcordium omnium scriptorum perditissimus, si rectè verba eius æstimẽtur. Nã Tranquillo quum idem esset obsequendi tempori propositum, quàm potuit tamen ipse breuissimè defunctus est, Christianum q; nomen vno verbo respuit, ne amplecti videretur. Plinius in fine epistolæ ex animi sui sententia locutus, cum principem cõsuleret, & mendacio locus non esset, in principio ita vera falsis temperauit, vt acta sua principi seuero & perspicaci approbauerit. In quo precium est operæ vim veritatis animaduertere, quæ nonnunquam inuitis erumpit, ita fallens inter mendacia, vt ab audientibus demum agnoscatur, cum interim loquentes adhuc habere se in potestate eam putent. Suppliciũ (inquit) minatus, perseuerãtes duci iussi: neque enim dubitabam, qualecunq; id esset quod faterentur, pertinaciam certè & inflexibilem obstinationẽ debere puniri. O miserum te Plini, & improbè principali gratiæ inseruientem, qui veritate oppugnãda diligentiam tuam principi approbare voluisti. Hoc acri vir ingenio Traianus intelligens, ne damnare imprudentiæ præsidem videretur alioquin sibi gratum, & nomini & tunc inuiso patrocinium præbere edicto suo non ausus, Conquirendi (inquit) non sunt Christiani: si deferantur & arguantur, puniendi sunt. Alioquin autem in omnibus scriptoribus mirum silentium vel improbum potius de rebus Christianis agnoscas, veluti coniuratis, atque ex compacto scribentibus, iis etiam temporibus, cum res insignes ac memorabiles auspiciis Christi gestæ sunt. Id adeò ex re vnica quam in medium afferam, iudicare quiuis poterit. Macrobius libro secundo Saturn. de iocis Augusti Cæsaris loquens, Cum audisset (inquit) inter pueros quos in Syria Hero-

Sceleratissimus scriptor Tacitus.

Trãquill⁹.

Plinius iunior.

Veritatis vis.

Traianus.

Improbũ silentiũ de reb⁹ Christianis apud auctores.

Locⁿ Macrobij animaduertendus.

des

A des Rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoq; eius occisum, ait, Melius est Herodis porcum esse q̃ filium. Ecquis vnquã hoc memoriæ tradidit duntaxat Ethnicorum, quod Macrobius in transitu tanquã rem notam perstrinxit? Mirari igitur desinamus cur nulla apud Plinium & alios rerum miracula relata, scriptorum sacrorum temporibus competant, & cum orthodoxa rerum conscriptione congruant: ac malignitati scribentium, aut metui potius tribuamus opinioni principum & populi blandien
B sti. Nam spiritum (inquit) cum verbo sponte dimisit, præuento carnificis officio. eodem momento dies medium orbem signante sole subducta est. Deliquium vtique putauerunt qui id quoque super Christo prædictũ non scierunt, & tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis. Et paulo inferius, Ea omnia super Christo Pilatus & ipse iam pro sua conscientia Christianus, Cęsari tunc Tyberio nunciauit. Eusebius in Chronicis de anno decimooctauo principatus Tyberii loquens, Solis facta defectio, & tenebræ super vniuersam terram. Bithynia terræ motu concussa, &
C in vrbe Nicena ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia iis congruunt quæ in passione domini acciderunt. tum ad hoc probandum Phlegonta citat auctorem exactum Olympiadum adnotatorẽ, cuius vt historici & Olympiadum scriptoris meminit Suidas, Trallianúmque fuisse dicit, Adriani libertum, vel Augusti, vt alii putauerunt. Is igitur huius rei locupletissimus esse testis potest in Asia genitus, vbi is terræ motus accidit. De eo motu Plinium locutum esse non dubito, cum inquit libro secundo, Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tyberii Cæsaris principatu, XII vribus Asiæ vna nocte prostratis. Solis autem deliquium Plinius ignorare
D non potuit si in archiuis Romanis perscriptum fuit, vt qui acta Romana diligenter percensuisse intelligatur: sed Plinius id dicere noluit, quod occultum principes esse volebãt. Parum enim plausibile dogma Christi apud homines superbos & voluptarios esse oportuit, quod elatos animos, & corpora sibi indulgentia maximè execratur. Tametsi charitas illa iustitiæ parens, & diuitiarum contemptus & abdicatio, magis ab humanis placitis abhorrebant, vtpote quæ ne hodie quidem satis festa fronte excipiantur ab iis etiam quos sequaces Christi maximè esse conueniebat. Eodem pertinet quod idem Plinius libro tricesimo dicit de arte Magica loquens, Hæc
E (inquit) vmbrarum inferorúmque colloquia promittit, quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaq; comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis: primúmque imperare diis concupiuit, nec quicquam generosius voluit. Nemo vnquam vlli artium validius fauit. Hoc dictum Plinii fidem facit iis quæ à Tertulliano, Eusebio & Suida scripta sunt de Simone Mago Samaritano, qui apud Neronem gratia valuisse dicitur, & cum diuo Petro coràm commissus esse. Satis autem nobis esse debet quòd compertum habemus locupletissimis testimoniis, veritatem in vtroque religionis nostræ instrumento plenissimè comprehensam, in

Memorabilis locus Tertulliani.

Christi dogma.

Simõ magus.

Veritas apud Iudæos sedē habuit ante aduentū domini.

Philosophi obambulatores sunt Peripatetici.

Veritas antiquisignota.

Comperta veritas à nobis retineri nequit.

Alias res agere est animū rei quæ geritur & instat,nō aduertere.

Solomonis philosophia.

potestate semper cultorum veri dei fuisse: manasse tamen ad alios interdum veritatem, non germanam illam quidem & incorruptam, sed in Aegypti primùm officinis adulteratam, Athenis autem postea in porticu,Academia & Lyceo,nunc sedentaria nunc obambulatrice philosophia variè interpolatam:nec antè sibi redditam,quàm dominus noster in Iudæa, id est in veritatis ipsius incunabulis, ad manum etiam visendam hominibus porrexit: deinde & Græcis hominibus & Latinis barbarisque intelligendam, missis quoquo gentium interpretibus, dedit. Cæterùm admirari subit temporum nostrorum felicitatem, qui mundo iam vergente nati, tamen longissimè prorsum retrorsumq; cernimus (vt Maronianus ille Proteus)quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur, cum prisci illi Græci Latinique auctores sese in eo admirarentur, quasi in historiæ campo expatiantes omnia oculis subiicerent quæ à condito æuo gesta sunt, quos ne admota quidem & proxima vidisse deprehendimus. Sed vtinam tam consertis manibus compertam comprehensamque veritatem semel retinere possemus, quàm protinus agnitam festiuis oculis hilares exosculamur. Hæc enim veluti fastidiosa est vel hospita,vel amica: cui cum secularium rerum amorem quasi æmulum quendam superinduximus, sensim ipsa à fluxis abhorrens,ex mente nostra quasi ex contubernio faceßit, animúmque nostrum suas res habere sibi iubet,clàm remisso nuncio,cum interim æternitatis securi alias res agamus. Verùm vt ad rem redeamus, nos hoc tenere conuenit quod capite nono libri secundi Paralipomenon dicitur,Solomonem Regem imperitasse ab Euphrate ad Palæstinen & vsque ad limites Aegypti, gloriáque & diuitiis circunfluentibus omnes Reges non modò æquales,sed cuiuscunque etiam ætatis haud dubiè superasse. Quod Græcos Latinósque historicos tacuisse non magis mirum est, quàm sophiam eius,id est germanam sapientiam apud philosophos viros id est sophiæ indagatores inauditam fuisse, cum eam tamdiu tantáque indagine,sed irrita inuestigarint. Id quod in dubium venire vtique non potest,cum eius hodie monumenta in manibus versemus. Quæ si satis animo comprehensa haberemus,omnem antiquam philosophiam (quod ad mores attinet,& institutionem animi)nugas meras esse iudicaremus. Hactenus de rebus Hebræorum dictum sit:in quibus talenti & sicli appellatio promiscuè posita, impedimento fuit ne inire rationem crassa saltem æstimatione tantarum opum possemus: vbi tamen talentum auri propriè accipi probabile est, qualia erant sexcenta & sexagintasex quæ ei quotannis à prouinciis finitimis offerebantur, vt decimo capite tertii Regum dicitur,& octauo libro Iosepi,& ea talenta quæ Regina Sabarum obtulit,& Rex Hiram. Ibi ego talentum(vt minimum) septuagenarium intelligi debere censeo. Qua ratione vt aurum ad argentum vndecuplex tantum fuerit, talentum septem millibus & septingentis aureis nostris coronatis valuit. Ex quo suppurari summa quotannis poterit, si quis animi causa id facere, & redditum eius colligere voluerit. Eorum autem quæ suprà diximus,eundem ipsum Solomonem postremo loco auctorem citabimus. Sic enim

Talentum Hebraicū.

A enim inquit capite altero sui Ecclesiastæ, σωρήκατον μοι καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον, καὶ περιουσιασμὸν βασιλέων καὶ τῶν χωρῶν. Congessi mihi tum argentum tum aurum & facultates regum ac prouinciarum. Sed iis quæ de sicio diximus, refragari videtur id quod apud Plinium legitur lib.xviii.vbi de pondere tritici loquens,ita inquit,Nunc ex iis generibus quæ Romam inuehuntur, leuissimum est Gallicum,atque è Cherroneso aduectum. Quippe non excedunt in modium vicenas libras si quis granum ipsum ponderet. Adiicit Sardium sex libras vel selibras, Alexandrinum & trientes, hoc est & sicli
B pondus. Triens non quatuor drachmas hic significat, sed quatuor vncias. Sed antiqua exemplaria & pridem impressa non sicli sed Sicili habent, hoc est frumenti ex Sicilia:hoc enim verbum Hebraicum est, vt auctor est Suidas & Iosepus,vt diximus,quo nec Græci nec Latini vsi sunt,etiam si apud Plinium errore emendatorum sæpe legatur,vt libro.xvii.in principio,Fuit & arborum cura legibus priscis,cautúmque est XII tabulis,vt qui iniuria cecidisset alienas,lueret in singulas sicios æris XXV.vbi antiqua omnia habent, Lueret in singulas æris XXV.Et libro duodecimo, Itaque optimi thuris libra sicIorum XVI precium habet, secunda XII.In antiquis,
C optimi thuris libra XVI precium habet, secunda XV.Quo magis miror Hermolaum Barbarum libro decimooctauo capite sexto hoc verbum agnouisse,quod nunquam Romani agnouerunt. eo enim in loco antiqua exemplaria mil.sester.habēt,non mille siclûm. Præter ea autem quæ diximus,& Aegyptiorum opes famigeratas scimus, cum Plinius libro.xxxvi. de pyramidibus Aegypti loquens ita dixerit: Dicantur obiter & pyramides in eadem Aegypto, regum pecuniæ ociosa ac stulta ostentatio. Et libro quinto, Aegyptus super cæteram antiquitatis gloriam, XX millia vrbium ibi Amase regnante habitata præfert.Strabo libro vltimo,ad The-
D bas supra Memnonium Regum Aegypti sepulcra esse tradidit, eaq; se vidisse cum in comitatu Aelii Galli esset in Thebaide, conditoria autem esse circiter XL, mirifica specie structuræ visenda, in specubus saxo excisis. Intra autem conditoria obeliscos quosdam esse literis inscriptos,opulentiam regum qui tunc erant, declarantibus,& eorum ditionem velut vsque in Scythas & Bactrios & Indos, & quæ nunc Ionia dicitur, imperitantium,ad hæc tributorum magnitudinem, & copiarum militarium ad decies centena millia hominum, εἰ δὲ πῆς θήκαις ἐπὶ τινῶν ὀβελίσκων ἀναγραφαὶ δηλοῦσι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν τότε βασιλέων, καὶ τὴν ὑπήκοΐαν ἐς μέχρι σκυθῶν καὶ βακτρίων καὶ ἰνδῶν ἰωνίας λεγομένην, καὶ φόρων πλῆθος, καὶ στρατιᾶς σφῶν μυριάδας. Conue-
E nit hoc cum dicto Pliniano quod suprà retulimus de Sesostri Aegypti Rege superbissimo, qui iunctis ad currum regibus triumphare solitus erat. Huius regis meminit Herodotus in secūdo,eum dicens primum omnium regum longis nauibus Arabicum sinum præteruectum, & populos rubri maris accolas in potestatem suam redegisse, indéque retro iisdem vestigiis reuersum, & coactis ingentibus copiis transgressum in continentem infesto exercitu obuias vbique gentes subegisse: ex Asiáque in Europam transgressum, Thraces & Scythas vi domuisse, vnde digressus ad Phasim amnē

Sicli apud Plinium.

Tritici.

Aegyptiorum opes.

Sesostris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iter contendisse dicitur. Huius autem regis memorabile institutum prodidit Herodotus. ὁτίοισι μὲν οὖν αὐτέων ἀλκίμοισι ἐπέτυχε, καὶ δεινῶς πλημμελέουσι πρὸς τὴν ἐλευθερίην, τούτοισι μὲν τὰς ἀνίσους ἐς τὰς χώρας, ἀλλὰ γραμμάτων λεγόντας τὸν ἑωυτοῦ ὄνομα, καὶ ἢν πάρῃς, καὶ ἐς δυνάμεα τῇ ἑωυτοῦ κατεργάσατο στρατόν. ὁτίοισι δὲ ἀμαχητί, καὶ βουτέων περίλαβε τὰς πόλεις, τούτοισι δὲ οὐ γράφει ἐν τῇσι στήλῃσι ἔτι ταῦτα καὶ τοῖσι ἀνδρηίοισι ἦν ἰθυντὴν γνωμεύοισι, καὶ μὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς πεποιήκασι, ἀλλὰ βουλόμενος πολίτας ὡς ἥσσονας ἀναλκείης. Quascunque autem nactus erat gentes strenuas, & pro libertate tuenda acriter & percupidè dimicantes, per horum ille regiones stelas, id est cippos lapideos statuebat, literis significantes ipsius regis nomen & patriam, & vt copiis eos propriis ac viribus subegerat. Quorum verò vrbes nullo negocio aut incruento certamine cepisset, apud hos itidem vt apud illos qui strenuitatis specimen ediderant, cippos quoque statuebat, atque eo amplius muliebria genitalia adsculpebat, significare volens eos ignauos esse. Idem Herodotus auctor, sub Amaside Rege (cuius tempore Mosen ex Aegypto egressum esse diximus) Aegyptum beatissimam & à flumine Nilo, & à regionis solo fuisse, vrbésque habitatas tunc numero viginti millia fuisse. καὶ πόλιός οἱ ἅπτεσθαι τοὺς ἅπαντας τὸν ὀνομάζειν τοὺς οἰκεομένους. Huius est autem memorabilis sanctio, vt singuli quotannis apud Nomarchen, id est cuiusque præfecturæ Præsidem, profiterentur vnde viuerent: qui autem hoc non faceret, aut genus vitæ approbare Præsidi non posset, huic pœna extremum supplicium esset. Qua lege postea Athenienses tralatitia vsi sunt, prorsus inculpabili. Sed verba ipsa Herodoti ponenda sunt ad verbum, Νόμον τε αἰγυπτίοισι τόνδε ἄμεινον ἔθεσι κατεστήσατο, ἀποδεικνύμενον ἕκαστον τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ ἀιγυπτίων ὁθέν βιῶται. μὴ δὲ ποιεῦντα ταῦτα, μὴ δὲ ἀποφαίνοντα δικαίῳ ζώῳ, ἰθωθῆναι θανάτῳ. σόλων δὲ ὁ ἀθηναίοισι λαβὼν ἐξ αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, ἀθηναίοισι ἔθηκε, ᾧ ἐχρῶντο ἐς ἀεὶ χρόνον ἐόντι ἀνεπιλήπτῳ νόμῳ. Hic est autem Amasis qui legem hanc tulit, demonstrare vnumquenque apud Præsidem cuiusque loci, vnde viuat. quod qui non fecerit, aut demonstrare vitæ suæ rationem iustam non potuerit, hunc morte mulctandum. Solon autem Athenienses sumptam hanc legem ex Aegypto, Athenienses promulgauit, qua illi semper vsi sunt, lege sanè inculpata. Hac lege iurisdictionem exercuisse Areopagitas testis est Athenæus libro quarto his verbis, ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, καὶ τοὺς μὴ ἐκ τινος πορισίας ζῶντας, παλαιὸν ἐκάλουν οἱ ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησεν Φανόδημος καὶ φιλόχορος, ἄλλοι τε πολλοί. Quòd autem patrimoniorum profligatores, eósque qui nullis facultatibus victitarent, Areopagitæ in iudicium vocarent, pœnísque & supplicijs afficerent, memoriæ mandarunt Phænodemus & Philochorus, pluréque alii. Deinde idem auctor Athenæus huiusmodi exemplum eius rei subdidit ad dictum confirmandum. Siquidem Menedemus (inquit) & Asclepiades erant iuuenes, ambo philosophiæ quidem studiosi, sed egestate præditi. Hos Areopagus pro potestate accitos interrogare instituit, quonam pacto fieret, vt cum dies ipsi totos philosophis operam darent, nihil in censu habentes, bona nihilominus habitudine corporis viderẽtur. Ad hæc illi respondentes, cum pistorem quendam accersiri postulassent, & ille accersitus

Memorabile institutum.

Amasis q Pharao dicitur.

Memorabilis constitutio.

Mirũ philosophiæ studium.

cersitus venisset, eum interrogandũ dixerunt: qui cum rogitantibus Areopagitis dixisset vnaquaque nocte illos in pistrinum descendere solitos, ibíque frumentum molentes, pro nocturnis operis drachmas vtrũque singulas ferre, admiratus Senatus, ducentas eis drachmas ob virtutem decreuit. sed ipsa verba subiiciam, ne comminisci videar. Μενέδημον γοῦν καὶ ἀσκληπιάδην τοὺς φιλοσόφους, νέους ὄντας καὶ πενομένους, μεστεμμένους ἠρώτησεν, πῶς ὅλας ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συνεχόμενοι, κεκτημένοι δὲ μηδέν, διάκεινται ὕπτιοι τοῖς σώμασι. ἢ οἱ ἐκέλευσαν μεστεμφθῆναι πυρὸν τὴν μυλωθρῶν. ἐλθόντες δὲ ἐκεῖνοι, καὶ ἑπόμενος ὁ εἷς νυκτὸς ἑκάστης κατιόντας εἰς τὸν μύλωνα καὶ ἀλοιῶντας, δύο δραχμὰς ἀμφοτέροις λαμβάνειν, θαυμάσαντας οἱ ἀρεοπαγῖται, ἀξίους δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. Verùm quandoquidem verbosa iam esse cœpit hæc disputatio, nec tamen omnia attigimus eodem pertinétia, & liber pro portione huius operis longior iam esse videtur, abrumpendus est sermo qui finem non inuenit, ad alterámque partem commentationis festinandum, quam sic quoque iam fathiscente stylo aggredi me sentio.

Memorabilis historia.

Gulielmi Budæi Parisiẽsis, à secretis Regis Franciæ, De Asse & partibus eius liber quintus & vltimus.

ESTAT mensurarum tractatus, cum causam connexam cum antedictis habens, tum velut appendix huius operis. Mẽsura autem multiplex ab Aristotele in nono libro Metaphysices ponitur. Sed nunc mensuras appello, quibus fruges & liquores metimur. Angelus Politianus, vir memoria nostra vtraq; lingua apprime doctus, in decimo Epistolarum de mensuris ex professo scribens, Incipiendum (inquit) ab amphora consecrata Romanis in Capitolio, ne cui violaretur. Capit hæc omnino quantum est, aut si mauis græcè, medimnus: eadémque triplex, efficit sextariũ. Sextarii dimidium, cotula vocatur, & hemina. quatuor verò sextarii chœnica complent. ita sex congium, qui latinè chus dicitur (vbi nõ latinè chus, sed græcè Politianum scripsisse puto) Inde forsan, inquit, sextarii nomẽ, quòd cum sexies congius capit. Scribit tamen Pollux cotulam chœnicis esse tertiam partem, chœnicas octo & quadraginta medimno contineri. Hæc Politianus, suppresso auctore (vt ferè assolet) ex vulgatis carminibus illis sumpsit quæ apud Priscianum incerto auctore leguntur. Nam non esse Prisciani argumentum est, quòd in antiquis voluminibus Prisciani non inueniuntur. In his autem carminibus intelligendis quoties quãque luculentis erroribus Politianus lapsus sit, ex sequentibus apparebit, vt nisi Politiani stylum agnoscerem, Politiani epistolam esse omnino negaturus fuerim. Eiusdem flagitii est quòd talentum Atticum maius tribus & octoginta

Angelus Politian⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minis esse dixit,nec vllum pondus Attico talento maius esse. Carmina autem illa sic ferè leguntur,

Pes longo spatio latóque notetur in anglo,
Angulus vt par sit,quem claudit linea triplex,
Quattuor ex quadris medium cingatur inane.
Amphora fit cubus,quam ne violare liceret,
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.
Huius dimidium fert vrna,vt & ipsa medimni
Amphora,térque capit modium.sextarius istum
Sexdecies haurit, quot soluitur in digitos pes.

Dico his versibus significari Amphoram ex area excitari quoquoversus pedali, quaternis quadris pedalibus inanitatem amphoræ cingentibus, ita vt quaterni vndiq; anguli tesserales,tribus lineis concludantur singuli, quibus ipsis tres dimensiones tesseræ significantur, qui cubus Græcè dicitur, id est schema sex in situs sessile. Hoc enim verba illa significant,

Cubus & Tessera.

Angulus vt par sit quem claudit linea triplex.

Tres enim dimensiones notantur,longitudo,latitudo,altitudo.Huius dicti testem interim citabimus Isidorum Hispalensem, in hac re interdum non refellendum,licet in multis aliis lapsus sit. Amphora(inquit ille) recipit vini vel aquæ pedem quadratum.Quòd si hunc testem refutare placet, prodeat Festus testis locupletior, qui his verbis testabitur: Quadrantal antiqui vocabant Amphoram,quod vas pedis quadrati,octo & quadraginta sextarios capit.Politianus duplicem amphoram modium esse tradidit, & (quod vix intelligere possum)triplicem amphoram sextarium efficere.Ego autem amphoram vnam ternos modios capere dico, & duodequinquaginta sextarios:nec medimnum & modium eũdem esse modum, sed medimnum modios senos capere.Suidas,μέδιμνος μέτρον ὅσι ξηρῶν, ὅ ἐστι πυρῶν ἢ κριθῶν. μέδιμνος ἔχει μοδίους ἕξ.Medimnus(inquit)mensura est aridorum, vt tritici vel ordei. medimnum igitur mensura est sex modiûm. Hactenus ille. Sed audiamus testem vnum qui vice sit omnium. Is erit Cicero, qui in Frumentaria ita inquit ad Verrem,Accipis sestertios quindecim pro medimno,tanti enim est illo tempore medimnum. retines sestertios duodecim, tanti enim est frumentum Sicilense ex lege æstimatum. Est eiusmodi æstimatio legis,vt ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te Prætore etiam grata esse debuerit.Est enim modius lege sestertiis tribus, vt æstimatus fuit ante te Prætorem: vt tu in epistolis ad amicos tuos gloriaris, sestertiis duobus. sed fuerit tribus sestertiis, quoniam tu tantum à ciuitatibus in modios singulos exegisti,tu non modò omnes accipere(quod oportebat)noluisti,sed etiam dare quod non debebant coëgisti.Idem alibi,Precium autem Senatusconsulto constitutum decumano in modios singulos sestertii terni.Et iterum, Duobus preciis vnum & idem frumentum vendidisti: semel ciuitatibus sestertiis quindecim in medimnũ: iterum pop. Romano,à quo sester. X X in medimna pro eodem illo frumẽto abstulisti. Et alibi, Hoc reprehendo, quòd cum in Sicilia sestertiis binis tritici modius esset, vt istius epistola ad re

Quadrantal.

Medimn⁹.

te declarat, summùm sestertiis trinis, tum iste pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus denarios exegit.His locis & aliis eiusdem orationis liquet medimnum quinquies modium capere:quod de Sicula mensura intelligendum.nam Romanum medimnum vt Atticum senos modios cepisse,eodem auctore eadémq; oratione probabimus postea. Nũc quod instat de amphora videamus, quonã modo intelligi possit quod Politianus dixit.Sit igitur area quoquouersus pedũ quatuor.si ex ea corpus quadrantale & tesserarium facere velis, necesse est addenda dimensione tertia,id est altitudine, tertiam quoq; multiplicationem arealis numeri excitari. Quomodo enim bis bina bis,primam tesseram numeralem faciunt octo angulis constantem,& ter trina ter secundam, qui numerus est vicenariusseptenarius:eodem modo quater quaterna quater,tertiam tesseram faciunt,vnitatibus quatuor & sexaginta concretam.Sit igitur planities vel interuallum quadratum, quaternũm quoquouersus pedum. huic si altitudinem bipedalem imponam,fient quatuor pedes quadrati, qui duos & triginta pedes valent,hoc est bis quater quaternos.hos pedes si ex quadratis cubicos,id est tesserarios reddere velim,eum numerum vt duplicem necesse est, hoc modo,quater quatuor quaternos. sic fiunt bis duo & triginta,id est quatuor & sexaginta. Vt enim quadrata forma ex numero quocunque fit in sese ducto, sic ex quadrata iterum exurgit cubica. Quaternio enim radix est numeri quem nunc quærimus.Is in sese multiplicatus, sedecim efficit, & iam formam quadratam capit. At is numerus quadratus iterum quater multiplicatus, in tesseram assurgit, & fiunt sexagintaquatuor. Quare aut Politianus existimauit amphoram tot pedes habere in conceptaculi inanitate, aut tesseræ naturam ignorauit. Vtrumlibet autem dixeris, luculenter hallucinatus comperietur. At alterutrum vix de eo homine credere fas est, qui Panepistemona librum condidit,quo omnium rerum artiúmq; scientiam profiteri videtur, summatímque tradere. Vitruuius de tessera libro quinto ita inquit, Cubus est corpus ex sex lateribus,æquali latitudine planitierum per quadratum.Is cum est iactus,quam in partem incubuit, dum est intactus, immotam habet stabilitatem, vt sunt etiam tesseræ quas in alueum ludentes iaciunt. Amphoræ autem capacitatem cum ego nosse cuperem,quadrantal,id est vas cubicum ex tabellis quatuor compingendum locaui, ita vt intus pedale quoquouersus esset, factúmq; ad rudiculam exegi, quæ intus quidem erecta, æquilibris esset ad summa vasis labra: iacens verò & porrecta in imo atque summo, latera bina stringeret. Semipedem accipimus id spatium quod digiti vtriusque manus suppressis pollicibus occupant.Etenim palmus(vt inquit Vitruuius)à quaternis manuum digitis inuentus est, & à palmo pes factus sedecim digitorum. Nostri pedem duodecim pollicibus partiuntur, quas vncias antiqui vocauerunt, vt auctor est Boethius,id quod ostendit Plinius libro decimoquinto de Siliquis loquens,quum ita inquit, Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata,pollicari latitudine.Pollicarem dixit pro vnciali, vt differẽtiam adnotare facile sit inter digitale & pollicare. Frontinus, Aquarum (inquit)

Medimnũ.

Amphora.

Panepistemon Politiani.

Cubus.

Amphoræ forma & capacitas.

Semipes.

Palmus.

Pes.

Pollicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

moduli aut ad digitorum aut ad vnciarum mensuram instituti sunt. Digiti in Campania & in plerisque Italiæ locis,vnciæ in Apulia obseruantur.

Digitus. Vncia.

Est autem digitus(vt conuenit)sextadecima pars pedis, vncia duodecima. Idem alibi,Vnciæ ergo modulus habet diametri digitum vnum, & trientem digiti. Hactenus ille. Vulgò pedem metiuntur opifices manibus in pugnos contractis, & porrectis pollicibus, altrinsecúsque obuersis. Nos huiusmodi pedem habuimus, sed ab iis petitum,qui modum pedis publicè statuere solent. Hoc vas autem tritico cum impleuissem,cum mensuris nostris composui implendo deplendóque subinde. Hoc faciens, deprehendi vas illud tesserariũ,id est amphoram meam cumulatam, huius vrbis quadrantem radio æquatum capere:nec aliam esse inter vtrãque mensuram differentiam, quàm quæ esse soleat inter mensuram rasam & fastigatam, vt amphora antiqua cum eo auctario quod liberaliores venditores condonare solent,quadrantem nostrum hostimento admensum, quo modo venire moris est,omnino æquare possit. Quadrantem appello eius mensuræ quartam partem,quam sextarium triticarium diximus. Secundum hoc medimnus erit quam minam dicimus. Lingua enim vernacula primum mimnum per syncopen, postea minam pro medimno dixit. Ita sextarius ille noster triticarius in bina medimna vel quaternas amphoras diuiditur, & inde in duodenos modios, quos Bossellos appellamus,vel Bœotios potius. Sed hæc quæ coniectura assequimur,argumentis adiuuanda sunt. Tranquillus in Cæsare,Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos quos pollicitus olim erat,diuisit. Si Cæsar totidem modios tritici viritim quot olei libras diuisit,intelligimus modiũ non magnam mensuram fuisse,quæ Ciceronis testimonio plerunque binis, rarò ternis sestertiis valebat. Qua ratione medimnus quinisdenis sestertiis, & sæpe denis tantum valebat. quod tamen intelligo in vilitate annonæ. nam Cicero in Frumentaria duas æstimationes ex Senatusconsulto factas ponit,vnam alterarum decimarum quas aratores non gratuitas pendere cogebantur populo Romano,sed ita, vt in singulos modios,ternos sestertios acciperent.alteram æstimationem ponit frumenti quod interdum ciuitatibus imperabatur, vt Romano populo præbere certum numerum frumenti cogerentur, & pro eo in modios denarios singulos acciperent,id est quaternos sestertios. Qua ratione medimnus quinis denariis æstimabatur, quod fiebat cum annonæ pœnuria metuebatur, vt opinor. Legitima ergo æstimatio erat trinis sestertiis in modios Siculos,qui maiores erant Atticis & Romanis, licet idem esset medimnus. Videamus an hoc temporibus nostris congruat. Apud nos commodam tritici primarii annonam esse aiunt, cum medimni bini,id est sextarius, quinis & vicenis solidis tueronicis veneunt.ab eo precio ad tricenos iustam æstimationem esse: deorsum autem ad vicenos, iam ad vilitatem spectare: quod supra hæc aut infra est, caritatis & vilitatis appellatione censeri. Cum hæc literis mandarem, precium diuersis anni partibus à vicenis solidis ad vicenosbinos & semissem plerunque euariauit,tametsi minime vbere biennii prouentu. Sed

Medimnꝰ.

Bossellí.

Aestimatio frumẽti in Sicilia.

Sed ferè ita euenit cum exportare ad externos non licet,vix iam vt annona agriculturæ impendia ferat, cum paucis annis equis aratoriis quibus nostri vtuntur, magnopere precium accesserit. Verùm si medimnus in Sicilia mediocri fertilitate quinisdenis sestertiis valebat, planum fit non memorabili nos errore aut in nummi coniectura aut in mensura falli: quippe quindecim sestertii æstimatione nostra solidis tredecim & sesquidenariolo valent. Sestertium enim denis denariolis & obolo taxauimus. Quare non mirum est si Cicero sæpe in Sicilia modium frumenti binis sestertiis esse dixit in magna vbertate. qua ratione duo medimna, decem & septem solidis & semisse veneunt. nam apud nos sæpe minoris valere memini. Cicero in Frumentaria,Frumentum(inquit)emere in Sicilia debuit Verres ex Senatusconsulto,& ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emundi duo genera fuerunt.vnum cæterarum decumarum,alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumani tantum quantum ex primis decumis fuisset, tritici modia D C C C millia. Precium autem constitutum decumano, in modios singulos sestertii terni duodetricies, imperato sestertii quaterni: ita vt frumentum imperatum, sestertium duodetricies in annos singulos Verri decernebatur quod aratoribus solueret. In alteras decumas ferme ad nonagies. sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum est. Decumanum frumentum appellat Cicero alterius Decumæ frumentum,quam aratores dare non vectigalem, sed venalem cogebantur. Puto autem non vtrobique duodetricies legendum,sed secundo loco duodeuicies:nihil tamen certi haberi potest,quoniam locus ille corruptissimè legitur. Sed nec duodetricies priore loco satis congruit, cum octingenta millia modiũm quater & vicies tantummodo valuerint æstimatione ternorum sestertiorum. Igitur D C C C C. M. Ciceronem scripsisse dicendum est, non D C C C. vt sit viciessepties. Quòd si addatur X X X mil. congruet duodetricies. Ter autem duodetricies ferme nonagies centena millia sestertiũm valet. Quibus si ter duodecies addas, ferme centies & tricies sestertium erit:quod à Cicerone oratorie auctum est. Sic in alteras decumas quotannis ex Sicilia nongenta millia modiũm Romam exportabantur: qui modii primùm ad mẽsuram Romanam,deinde ad nostram reduci debent, propterea quòd quini Siculi modii senos Romanos valebant. Qua ratione septingenta & quinquaginta millia Siculorum, nongenta millia Romanorum & Atticorum valent:quæ ad medimnos Atticos relata,centum & quinquaginta millia fiunt. His adde centum & quinquaginta millia modiũm Siculorum, quæ centum & octoginta millia Romanorum valent:fiunt decies centena & octoginta millia. Hæc enim summa sesquiquinta est nongentorum millium, quæ ad sextarios Parisinos reducta, nonaginta millia fiũt:& duodenario diuisa, septem millia & quingenta modia Parisina. Sic ex duabus decimis Romani quindecim millia modiũm nostrorum transportabant ex Sicilia, præter id quod ciuitatibus quaternis sestertiis imperabatur. Sed septem millia & quingenti modii nostri ea

Sestertij valor.

Decuma frumẽti in Sicilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione quam Cicero statuit,id est tribus sestertiis in modium Siculum, a-
re nostro sexagintaseptem millia & quingentos aureos nostros valent, quæ
Romano more viciessepties sestertium dicuntur. Quare summa omnino
non congruit: propter quod locum Ciceronis corruptum esse dixi. nec
modò corruptum esse puto, sed etiam mutilatum, inter verbum fuisset, &
verbum tritici. D C C C enim millia non est alterarum decumarum nu-
merus,sed frumenti imperati, vt ex aliis locis orationis colligitur. Nume-
rus autem alterarum decumarum deesse mihi videtur. Sed & maior sum-
ma esse debet in triennio quàm centies & tricies, cum quotannis nonagies
in alteras decumas daretur:id quod ex alio loco orationis ostenditur. nam
Cicero eius summæ quinquagesimasbinas ad sestertium tredecies taxauit:
qua ratione trecenties & viciesquinquies esse oportuit. Cæterùm nó duo-
detricies imperato frumento Ciceronem statuisse puto, sed bis & tricies,
cum quaternis sestertiis in modium æstimaretur. summa enim ad nu-
mum quadrat. Sextarius noster triticarius ferè est quantum iumẽtum via-
torium ferre potest. hos in modio duodenos,Parisienses habent. Idem Cic.
in eadem oratione,Iugera professi sunt aratores imperio atq; instituto tuo:
non opinor quẽquam esse minus professum, quàm quantum arasset, cum
tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. In
iugere Leontini agri medimnum ferè tritici feritur perpetua atque æqua-
bili satione. Ager efficit cum octauo bene vt agatur: verùm vt omnes di
adiuuent, cum decimo. quod siquando accidit, tum fit vt tantum decu-
mæ sit, quantum seueris. hoc est,vt quot iugera sunt sata, totidem medi-
mna decumæ debeantur. Hoc cum ita esset, primum illud dico, pluribus
medimnûm millibus venisse decumas agri Leontini, quàm quot millia
iugerûm sata erant in agro Leontino. Et rursus, Agri Leontini decumæ
anno tertio venierunt medimnis XXXVI millibus,hoc est tritici, mo-
diis ducentis sedecim millibus. His verbis planum fit medimnum senos
modios capere,cum prior numerus senario multiplicatus posteriorem efe-
ficiat. Idem, Ostendam neminem aratorem minus tribus decumis dedi-
se: atque hoc in beneficii loco petitum ab Apronio, vt in iugera singula
ternis medimnis decidere liceret. Deinde inferius ita subdit, Professio est
agri Leontini ad iugera XXX millia. Hæc sunt ad tritici medimna no-
naginta, id est tritici modia quingenta quadraginta millia, tres quinqua-
gesimas, id est tritici modiûm XXXII millia quadringentos. Ab o-
mnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exhibebantur. Hæc exem-
pla Ciceronis corruptissimè hodie leguntur, sed partim ex locorum col-
latione, partim calculo emendantur. quæ ideo citanda duxi, vt proba-
rem medimnum senos modios Romano more capere. Si enim quingen-
ta quadraginta millia senario partiaris, fient sexies nonaginta millia.
Cum tot tantísque auctoritatibus pugnat auctoritas Polybii in secundo
historiarum, his verbis scribentis de Italiæ fertilitate, frumentíque vilita-
te, σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει ἔξω τοῦ τόπους, ὡς τ' ἐπὶ πᾶς καιρὸς
ἡμᾶς καιροῖς, πολλάκις πεντάρων ὀβολῶν ὄντων τῶν πυρῶν τὸν σικελικὸν μέδιμνον, τῆς δὲ κριθῆς δυοῖν.

Medimn°.

A Πολύβ. Si enim Polybii ætate, qui Scipionis Africani præceptor fuit, medi-
mnus frumenti Siculus quaternis obolis fuit,id est besse denarii: quo mo-
do sestertiis binis terniscq; Ciceronis tempore modius fuit, qui aut quinta
aut sexta pars medimni erat? Ex quo fit vt censeam μέδιμνον à Polybio pro
eo dictum quòd Latini modium dicunt. Inire autẽ rationem non possum
quonam modo credibile fieri possit, quod idem auctor eodem loco pro-
didit,testificari volens Italiæ vbertatem. Admiratur autem quòd in Italia
hospites mercenarii peregrinos admitterent in diuersoria, nihil prius paci-
B scentes de singulis rebus ab ipsis cauponibus præbendis: sed tantum diuer-
centes percunctarentur quanti reciperent hospites. Itaque,inquit, plerũque
eos admittunt semisse,ita vt nihil ipsi admissi desiderent eorũ quæ vsui ne-
cessaria sunt. ὡς μὲν οὖν ὠθοῦσιν παρίστασθαι τοὺς καπηλεύοντας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντ' ἔ-
χειν τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν, ἠμιασσαρίου. τοῦτο δ' ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. ἀσσαρίου δὲ τοῦτο ἕκτον
μέρος. Hoc dictum Polybii hyperbolicum mihi visum est, vt quidẽ in exem-
plaribus peruagatis legitur: nec de eo habeo quod statuere possim. Verùm
superioribus exemplis Ciceronis auctoritatem habemus,agri Leontini,qui
fertilitate commendabilis erat, iugera singula singulis medimnis,id est se-
C nis modiis seri:& plerunque cum octauo,rarò cum decimo fœnore satum
frumentũ redire. Primùm igitur statuamus quanta sit iugeri mensura. Co-
lumel.lib.vi. Duo(inquit)actus iugerum efficiunt longitudine pedum du-
centorum quadraginta,latitudine pedum centũuiginti. quæ vtrꝙue sum-
mæ in sese ductæ, quadratorum pedum faciunt millia vigintiocto & octin
gentos. Iam auctore Columella, & calculo cõfirmatore, nouimus ducen-
tos & quadraginta pedes(quæ longitudo est iugeri)centies & vicies multi-
plicatos(qui numerus est latitudinis)octo & viginti millia quadratorũ pe-
dum & octingentos efficere. Hic numerus octingentas vt ita loquar hexa-
D pedas efficit,qua mensura nostri mensores & fabri sic vtuntur, vt antiqui
Romani decempeda. Est enim hexapus siue hexapeda,mensura sex pedũ:
quæ quadrata,sex & triginta pedes habet. Porro centum hexapedæ qua-
dratæ, tria millia & sexcentos pedes efficiunt. Quadringentæ hac ratione
quatuordecim millia & quadringentos explent,quæ mensura est semiiuge
ri Romani ex Columella. Ita iugerum octingentas hexapodas nostras ha-
bebat. Quare quod apud Varronem & ipsum Columellam legitur, actum
quadratum vndiq; finiri pedibus centum viginti, eúmque duplicatum iu-
E gerum facere,id de iugero quadrato intelligendum est, non absolutè de iu-
gero,quod parum apud vtrũque declaratum est. sed cum vterq; dicat scru-
pulum denûm esse pedum quadratorum, & in iugero esse scrupula ducẽ-
ta & octogintaocto,planum fit calculo, de iugero quadrato non intelligi
cum dicitur iugerum pedum esse vigintiocto millium & octingentorum.
Si enim in singula scrupula centenos pedes numeres, quot ex denis pedi-
bus quadratis exurgunt,patet vel in digitos deducenti, ducenties octogies
octies centenos pedes fieri,id est vigintiocto millia octingẽtos: at iugerum
quadratum altero tanto maius est. In agro Parisino non vna est mensura,
propterea iustissimam eligam,& quæ latius in eodem agro patet. Perticam

Hexapedę. Hexapodésque. Iugerum.

Iugerum seu Arpẽnum Parisinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostram vicenumquinûm pedum esse aiunt longitudinis. hæc quadrata sexcenos vicenosquinos pedes continet, qui numerus centies multiplicatus, sexagintaduo millia & quingentos pedes quadratos efficit. tot enim tãtisq; perticis iugerum nostrum, quod arpennum appellamus, constare dicitur. huiusmodi autem iugero licet aliqui vtantur, alii tamen affirmant grãdissimam illam esse mensuram, sed iustam agri nostri perticam vicenumbinûm pedum esse lõgitudinis, quæ quadrata quadringenos octogenosquaternos pedes habet. Et hæc iam apud plerosq; plena existimatur. Qua ratione centenarium iugerum, quadragintaocto millia quadringentos pedes habet quadratos. Est & minima mensura, quæ perticis duodecenariis vtitur, quæ pedes trecenos vicenosquaternos habent, & centenæ in iugero, pedes quadratos conficiunt numero trigintaduo millia quadringentos. Sunt etiam qui perticis quidem plenis, sed iugero sexagenario vtantur. Quo fit vt illis iugerum trigintaseptem millia quingẽtos pedes habeat. Nos autem mediam mensuram obseruabimus, quam dicunt germanam nostram esse, quæ duos & viginti pedes perticæ statuit, & quadragintaocto millia quadringentos pedes habet. Hæc ad iugerum Romanum composita, eandem habet proportionem, quam quadringenti octogintaquatuor ad ducentos octogintaocto, quæ vt maior est multo sesquipla, sic paulo minor est dupla. at verò eiusmodi arpennum pingui solo alternis propemodum messibus medimnum duodecimũ reddit. Huiusmodi ferè est fertilitas in eo tractu qui peculiari nomine Francia appellatur, ex eo (vt arbitror) quòd sit fumen (vt dicitur) Franciæ, in quo agro triticum mutilis spicis nascitur, non vt ferè in Italia, atistatis. In eo nos prædium Marlianum habemus. Neque nunc de summa vbertate aut soli aut temporis loquimur, sed de ea quæ plerunque visitur. Notum est in eo agro arpenna duodeuicena in annos singulos singulis modiis nostris oblocari tritici lectissimi. Quanquam ea ferè locationum formula est, vt colonus eo rectè præbendo tritico defungi possit, quod summæ bonitati vno solido cedat, & interdum eo quod semissem tantum solidi. Modium autem nostrum (vt iam dixi) duodenos sextarios continet, & sextarius binos medimnos. Hac ratione singula iugera quotannis bessem sextarii nostri, id est octonos modios pensitare inueniũtur, cum tamen in eo tractu nullum agrum restibilem esse sciam. Sic enim fert agricolatio, vt triticarius ager à messe triticea altero anno semestre aliquod genus frugis capiat, vt ordeum vel auenam, vel quid aliud leuioris fœtus: tertio autem anno nouali agitato cesset, quod & aruum & veruactum appellatur ab antiquis. Itaque planum fit agrum nostrum bonitate Siculo non cedere, quem Cicero cum octauo & cum decimo acceptum reddere semẽ dixit. quanquam id postea viderimus. nunc id tantum argumenta nostra adiuuet, quibus asserere cõtẽdimus medimni Romani & minæ nostræ paritatem. Nostri aiunt agricolę arpennum quale diximus, sesquimedimnum ferè poscere, vt bene seratur aruum. Columella de satione loquens lib. xii. pinguis agri iugerum, si solutus & siccus sit, quaternos tantum modios tritici poscere tradidit: si cretosus, aut vliginosus, quinos. Hoc cum à nostratibus

Frãcianus ager. Francię sumen. Marlianũ prędium.

Aruum. Veruactũ.

Atibus anxiè inquirerem, vix constare opiniones deprehendi: id quod ex varietate soli & mensurarum cõtingit: quantum tamen colligere potui, plena, id est mediocris pinguis agri mẽsura, solo denso dodrantem minimùm poscit, interdum etiam dextantem, id est decem modios Romanos: soluto & minimè vliginoso solo, nunc septenos, nunc octonos. minimus modus agri reliquis etiam competẽtibus, senos modios, id est medimnum poscit. His conuenit dictum Columellæ libro secundo. Iugerum (inquit) agri pinB guis plerunque modios tritici quatuor, mediocris quinque postulat, adorei modios nouem, si est lætum solum: si mediocre, decem desiderat. nam quanuis de mensura minus auctoribus conuenit, hanc tamen videri commodissimam docuit noster vsus. Et paulo inferius, Nobis ne istam quidem quam prædiximus mensuram semper placet seruari, quòd eam variat aut loci aut temporis aut cæli cõditio. Proinde quam proportionem iugerum Romanum, id est duodetriginta millia & octingenti pedes, ad Parisinum arpennum habet, id est ad duodequinquaginta & quadringentos, eandem ferè habent quaterni quiniq; modii ad septenos & nouenos. Leontinum iugerum nõ admodum disparile nostro minimo fuisse oportet, quod tanC tundem frumenti posceret, id est medimnum in singula iugera, si tamen Cicero veritati inseruiuit potius quàm exaggerationi criminis. Arpenni autem vocabulo non licenter vti videor, cum id apud Columellam legatur. Aristoteles in secundo Politicõn auctor est Solonem Athenienſem quatuor census Athenis instituisse: quorum primus fuit eorum qui Pentacosiomedimni dicti sunt, id est quingentis medimnis censi. Secundus eorum fuit qui Zeugitæ dicebantur ab equis bobus iugalibus. Tertius Hippas ab equis. Quartus Theticus dicitur, qui eorum erat qui Thetes, id est opifices erant, hoc est operas suas locantes. Primum, secundum & tertium ad magiD stratus & honores admitti voluit: eósque diuitum nobiliumq; appellatione censeri. τὰς δ' ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ μὲν πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγιτῶν καὶ τρίτης τέλους τὸ καλούμενον ἱππάδος. Plutarchus in Solone, Cum magistratus (inquit) omnes locupletibus relinquere vellet, reliquam autem Reipub. gubernandæ partem promiscuam facere, ad quam antea plebs adspirare nõ poterat, ad census ciuium se contulit: & qui in siccis atque humidis censi erant, in primo ordine locauit, & pentacosiomedimnos vocitauit. In secundo autem eos qui equos alere possent, aut trecentis censi E forent: & hos hippada soluentes ab equis nuncupauit. Zeugitæ verò tertii census homines vocati sunt, qui ducentorum medimnûm censum expleBrent. Quò hæc melius intelligantur, Pollux libro octauo de hoc loquens ita inquit, τιμήματα δ' ἦν τέτταρα, πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν, θητικῶν. οἱ μὲν ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων μέτρα ὑγρὰ καὶ ξηρὰ ποιῶν κλινδίπης, ἀνήλισκον δ' εἰς τὸ δημόσιον, τάλαντον. οἱ δὲ τῶν ἱππάδα πλῆντες, ἐκ μὲν τῶν δώδεκα φέρειν ἵππους, κεκλῆσθαι δοκῶσιν, ἐποίουν δὲ μέτρα τεσσάρων, ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον. οἱ δὲ τὰ ζευγίσιον πλῆντες, ἐκ δ' ἑξακοσίων μέτρων καπήλου, ἀνήλισκον δὲ μνᾶς πέντε. οἱ δὲ τὸ θητικὸν, ἀδρμίαν ἀρχὴν ἦρχον, οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν. Quorum verborum huiusmodi est sententia, Quatuor census Athenis fuisse, Pẽtacosiomedimnos, Hippeis, Zeugitas, Theticos. Pẽtacosiomedimnos

Rario sementis.

Arpennũ.

Census Athenienſiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem,id est quingenimedimnos,ideo appellatos,quòd quingenûm medimnûm numerum vel mensuram siccis & humidis facere possent, hósque in publicum sumptus facere ad talentum. Hippeis autem,id est equites ex eo dictos videri,quòd equos alere possent: eosq; mensuras trecentas facere, & publicè semitalentum impendere. At verò qui iugationem penderent, ducentis mensuris conscribi solitos esse,& publicè decem minas consumere. Postremæ notæ eos esse qui theticum penderent,id est opificiarium vel mercenarium: eosq; nec magistratum gerere, nec publicè quicquam sumptus facere. Licebatq; ex vno ordine ad alium transire, vt idem Pollux auctor est. Ex hoc autem instituto prodierunt (vt arbitror)munera personalia,quorum mentio fit in lege vlt.de muneribus & honoribus, in Pandectis. Seruius etiam Tullius hoc exemplo classes quinque ciuium Romanorum descripsisse videtur. Prima classis in octoginta centurias distributa, ex his qui centum millium æris aut maiorem censum haberent, quæ summa à nobis mille aureis nostris æstimata est. Octoginta autem centuriæ in quadragenas seniorum ac iuniorum diuisæ: ita vt seniores ad vrbis custodiam præstò essent, iuniores vt foris bella gererent, quibus arma imperata, galea,clypeus,ocreæ,lorica,tela in hostem,hastaq; & gladius. Secunda classis intra centum vsque ad quinque & septuaginta millium censum instituta. Tertiæ classis quinquaginta millia census fuit. Quartæ quinq; & viginti millia. Quinta & vltima vndecim millibus censebatur, id est centum ac decem aureis nostris. Reliqua autem multitudo, cuius esset inferior cēsus, immunis militia facta. Equitum etiam ex primoribus ciuitatis duodecim centurias scripsit,quibus ad equos emendos dena millia æris ex publico data,& quibus equos alerent viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Dena millia æris ego centenos aureos intelligo ad binos equos emendos, & vicenos ad alendos,id est bina millia. Hæc omnia (inquit Liuius)in dites à pauperibus inclinata onera. Ex his intelligimus in infantia Vrbis Romæ primarias opes fuisse mille aureos. Propterea Plinius lib.xxxiii. Non erat(inquit)apud antiquos numerus vlta centum millia. itaque hic & hodie multiplicatur,vt decies cētena millia,aut sæpius dicantur. Fœnus hoc fecit,nummúsque percussus. Quem locum ex vetusto sic lego. Itáque est hodie, multiplicantur hæc, vt decies centena millia aut sæpius dicantur. hoc sensu, Vt olim non erat numerus vltra centum millia, sic nec hodie,quia cum ad centum millia peruētum est, per multiplicationem fit progressus,dicendo decies centena millia,aut vicies,aut cēties,quæ summæ antiquis ignotæ, fœnore excreuerunt. Idem, Seruius Rex primus signauit æs. antea rudi vsos Romæ Rhemeus tradit. Signatum est nota pecudum,vnde & pecunia appellata. Maximus census centum millia assium illo Rege fuit,& ideo hæc prima classis. Vt igitur Romæ prima classis centenariorum fuit,sic Athenis quingenariorum,qui quotannis pendere possent medimna vini & olei & frumenti quingena. sic enim ex Polluce intelligendum puto. Quingenta autem medimna in Attica, quæ plurimo importato frumento vtebatur, ducentis quinquaginta aureis æstimare possumus:

Cēsus Romani, & classes.

Plinij loc⁹.

Romani nullum numerū habent vltra centū millia.

mus: & quingenta vini medimna,id est mille amphoras totidem penè Francicis,pro quibus quingentos aureos ponemus: quibus si addamus totidem olei amphoras, nescio quid æstimare debeam. Apud Demosthenem πρὸς Φορμίωνα Chrysippus quidam negociator ita ad iudices loquitur, ὅτε δ' ὁ σῖτος ὠνητὸς ἦν πέντε δραχμῶν, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πολλοὺς ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, ἀπεμισθώσαμεν ἡμῖν δ' ἐκ τῆς τιμῆς, πέντε δραχμῶν ἑκάστου μεδίμνου. Cum autem frumenti auctum esset precium,& ad sedecim drachmas excreuisset,importato frumento vltra decem millia medimnûm, iusto & legitimo precio vobis admensi sumus quinis drachmis in medimnum. Hac Demosthenica ratione sextarius Parisinus circitèr aureo vno fuisset, hoc est drachmis decē. Igitur qui Athenis eum prouentum quingentûm medimnûm habebant, talentum impendere publicè tenebantur,hoc est sexcentos aureos. Verùm intelligimus illam æstimationem census nō strictam fuisse, vt Pentacosiomedimni dicerētur qui quotānis eam summam corraderē possent, sed qui tantum pendere possent,talento esse taxatos. Parum tamē hoc explicatum est ab auctoribus. Interpres Aristophanis Pentacosiomedimnos dictos dicit eos qui tot mensuras arare possent, πεντακοσιομεδίμνους δέ φησι τοὺς γεωργοῦντας τοσαῦτα πλέθρα. Διαφέρει τι χίλιοι πεσόντων μοὶ ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ὠδὶ δὲ πολὺ φέρει κατ' οἰκονομίαν ὠδὶ γὰρ ἦν ἑνὶ μάχαιραν τῇ πόλει, ἄνδρι δ' ἄλλης πεδόσθε. Ἐστρατήγουν δὲ οἱ τῇ ἀκροπόλει ὕπο τόπε ἑξακισχιλίων ταλάντων. τὰ γὰρ πᾶσα τεσσαρακοσίων ἀφαιροῦντα μύρια ἐγένετο. Sex millia talentûm triciesexies centenis millibus aureorum nostrorum æstimare solemus. Suidas auctor est redditus publicos Athenis Prytanea appellari,& eo nomine metallorum vectigalia,& fori,id est rerum venditarū, & portoriorū intelligi,& quicquid à sociis vel subditis pēsitaretur, & quicquid ex manubiis vel rebus publicatis redigeretur. Quorum(inquit)nomisum cumulus bina millia talentûm propemodum conficit. Athenæus au-

Athenienses dimites.

Prytanea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demetrij profusio.

tem libro duodecimo scribit Duridem in historiis prodidisse, Demetrium Phalereum, cuius multa est mentio apud Ciceronem, Quintilianum, Plinium, & alios, cum Athenis Reip. administrandæ præesset, mille ac ducenta talenta in potestate habuisse quotannis. Ex quibus cum minimam partem in stipendia militum, & reliquas Reip. partes tuendas consumeret, reliqua per ingenitam morum incontinentiam luxuriosè dilapidabat, epulis quotidianis lautis & opiparis quãplurimos conuiuas accipiens, & ea parte magnificentiæ Macedonicas cœnas superans. Alioquin nitore & lautitia vitæ Cyprios & Phœnicas prouocans, cum cœnationum pauimenta singulari artificio vermiculata, etiam vnguentis perfunderentur, δημήτριος ὁ φαληρεὺς χιλίων καὶ διακοσίων κατ' ἐνιαυτὸν κύριος γενόμενος, καὶ ἀπὸ τούτων βραχία δαπανῶν εἰς τὴν στρατιώτας, καὶ τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν, τὰ λοιπὰ πάντα διέφθειρεν ἀκράτοις ἡδοναῖς. Hæc verba satis significant publicos redditus Athenarum, mille & ducentorum talentûm fuisse. Aeschines περὶ παραπρεσβ. καὶ πάλιν οὗ δ' χίλια τάλαντα ἀνηλίσκομεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν διὰ τὴν εἰρήνην ταύτην. πεντήκοντα δ' ἐκτησάμεθα πολέμου καὶ ἐπιπλεῖς ἐκ ἐλάττους ἢ τετρακοσίας. φόρος δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν πλεονὰ πλέον ἢ χίλια τάλαντα. Diximus alibi Athenis Isocratem rhetorem viginti talentis orationem vnam vẽdidisse. Plutarchus autem auctor est Demosthenem in eadem vrbe totidem talentis vnius diei reticentiam vendidisse Harpalo, qui Alexandrum Magnum fugiens, Athenas se contulerat. licet historia ab Aulo Gellio in decimo aliter referatur. Hoc tamen pene conuenit, quòd Demosthenes nocte aureo calice accepto cum viginti talentis argenti, in concionem postridie veniens collo lana & fasciis obligato, cum censere iuberetur, & pro concione dicere quid de Harpali postulatis statuendum esset, nutu ostendit se irraucuisse, nec proloqui posse. Quo tempore ii qui munere Harpali corruptum esse sciebant, ridẽtes dicere coeperunt, concionatorem hominem & popularem noctu argyranche correptum, id est angina argentaria, καὶ χθιζὸς τὰ χίτια τὴν νυκτὸς ὁ ἅρπαλος ἔπεμψεν αὐτῷ τὴν κύλικα μεθ' ἧς ἔπιεσι παλάντων. Et paulò pòst, καὶ μεθημέραν δὲ καὶ καλὸς κἀγαθὸς καὶ ταινίαις καὶ τῷ βαχύλῳ καπλεξάμενος, ἀνέβη εἰς τὴν ἐκκλησίαν πρεσβ. καὶ κελευόντων αὐτὸν καὶ λέγειν, σίνεσθαι ὡς ἀποκεκμυλύνης αὐτῷ τὴν φωνῆς. οἱ δὲ ὀφθεὶς χλευάζοντες, ἐκ ἔφασκον σιωπᾶν ἔφασκον, ἀλλ' ἐᾶν ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν, id est: Interdiu autẽ Demosthenes pulchrè & concinnè lana & fasciis obuoluto collo in concionem prodiens, cum quidam eorum qui aderant, scandere in pulpitum & dicere eum iuberent, nutu significauit quasi obtusa vox sibi esset. Quo facto homines quidam ingenioli cauillantes, non angina noctu oratorem, sed argentangina correptum esse dixerunt. Idem Thucydides libro tertio auctor est Athenienses Mitylenen obsidentes, cum iam magna ex parte pecunias supradictas consumpsissent in eo bello quod cum Lacedæmoniis eorumq; sociis susceperant, & pecuniis egerent ad obsidionem peragẽdam, tum primum tributum in ciuitate instituisse, & ducenta talenta ad bellum contulisse, emissis etiam nauibus XIII ad pecunias à sociis cogendas, πρεσβεύσαντες ἐς τοὺς ἀθηναίους χρημάτων εἰς τὴν πολιορκίαν, καὶ αὐτοὶ ἐσκηγχότες τόπ πρῶτον αἰσφορὰν ἐξενεγκάμενοι τάλαντα, ἐξέπεμψαν καὶ ὡδὴ τῶν ξυμμάχων ἀργυρολόγους ναῦς λάβρας. Quod verò diximus de

Athenien-sium redditus.

Demosthenes magno silentium vendidit.

A de quingenariis Athenien sibus qui impéndere talentum publicè tenebantur, ita intelligo, non vt quotannis tributi nomine impénderent (tributum enim Athenienses non pendebant, vt supradictum est ex Thucydide) sed vt cum opus esset: id quod ex oratione Demosthenis intelligi potest quæ περὶ συμμοριῶν inscribitur, id est de Symmoriis, quasi dicas de decuriis munera obeuntium: id quod intelligi non potest nisi summam & veluti argumentum orationis eius colligamus. Est autem eiusmodi, Cum Rex Persarum expeditionem in Græcos & præcipuè in Athenienses facturus dicere-
B tur, populus Athenien sis tumultuari cœpit, quasiq; ducem quærere, qui Atheniẽsium exercitu instructus obuiam vltro Persis in Lydiam procederet. Quod cum Demosthenes temerarium esse videret, nec tamen apertè damnare & dissuadere auderet, censere cœpit prius de apparatu belli cogitandum, & quonam modo suppetere copiæ bellicę propulsando tanto bello possent. Itaque ex ditioribus vrbis centum decurias duodenûm hominum describendas censuit, quas Symmorias appellat. Hic ordo Trierarchæ appellantur, id est triremium præfecti, quasi nauarchi. Quanquam symmorias tantum viginti facit sexagenûm hominum, quas rursus in quinas par-
C tes duodenûm hominum distribuit. Sic enim inquit, ἐκ πάντων τούτων δίμοιρα δεῖν ποιῆσαι συμμορίας ἑκατὸν ὥσπερ νῦν εἰσίν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην. τούτων δὲ τὴν συμμορίαν ἑκάστην διελεῖν κελεύω πέντε μέρη καὶ δώδεκα ἄνδρας, ἀνταναπληροῦντας ἀεὶ πρὸς τὸν εὐπορώτατον, ὡς ἀφορολογήτους. Ex his mille & ducentis existimo classes viginti faciendas eo modo quo nunc factæ sunt, sexagena corpora vnamquanque habentem: earúmque singulas diuidendas in quinas decurias censeo duodenûm hominum, ita vt ditissimo cuique egentissimi in decuriis ordinandis coniungantur. Ita autem constitutis classibus, id est symmoriis, & diuisis decuriis, trecentas naues triremes faciendas esse censet, & rursus eas in
D viginti partes tribuit singulas denumquinûm nauium: ita vt ex primo secundo & tertio centenario, cuilibet classi hominum quinæ distribuantur triremes, & sic vnaquæq; classis singulis decuriis ternas rursus tribuat. Hac constitutione classium triremium trierarchorumq; facta, Quoniam verò (inquit) census eorum sex millium est talentorum, oportet & facultates quoque certo ordine ac formula constitui, & in singulas decurias sexagena talenta tribui, quæ sunt sexagies centena, vt singulæ classes quinquies sexagena talenta sortiantur. Id quod his verbis ab eo dicitur, ἅτε πέντε ἑξηκοντατάλαντάς εἰς ἑκάστην τὴν μεγάλων τὴν εἴκοσι συμμοριῶν ὠφελῆσαι. τὴν δὲ συμμοριαν
E εἶναι ἑκάστῳ τῶν μέρῶν μίαν ἑξηκοντατάλαντον ἀφορολόγητον. Hoc autem ideo statuit, vt si leuius bellum instet, centum nauibus tantum res geratur, & sexagenis in singulas decurias talentis impensa suppeditetur, & duodeni trierarchi sint. sin grauiore bello ducentis nauibus opus sit, tricena in singulas decurias talenta impensam conferant, & sena sint corpora trierarchiæ munus obeuntia. quòd si grauissimo bello premantur, singulæ decuriæ ad vicena talenta & quaterna corpora contrahantur. ὅπως ἐὰν μὲν ὑμῖν ἑκατὸν μὲν τειήρεων, τὴν μὲν δεκάπλουν ἑξήκοντα τάλαντα σωτηρίαν, τειήρεσι δὲ δισὶ μόναις. ἐὰν δὲ μὴν διακοσίαν, τεσσαράκοντα μὲν ἢ τάλαντα τὴν μὲν δεκάπλουν σωτηρίαν, ἓξ δὲ σώματα τειήρεσιν ἔχοντα. Hoc facto

Oratio Demosthenis de muneribus trierarchiæ.

Symmoriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

armamenta nauium æstimanda primùm censet, quæ qualiáque nauibus commoda aut necessaria sint, eadem ratione in classes ac decurias tribuenda, omniáque sortitò expediri, vt cum rei gerendæ tempus venerit, quam quisque nauem sortitus sit, eam instructam in tempore rectè præstet. Verùm Demosthenes vniuersam huius constitutionis (quam ipse syntaxin vocat) rationem, in tres summarias partes diuidit. In trierarchos enim & eorum facultates, & in triremes primam partem statuit. Secundam in facultates omnium diuitum & pauperum ciuitatem habitãtium, à quibus sumptus suppeditari oportet. Tertiam partem delegat classiario militi, & loco, id est armamentario & nauali. Prima pars explicata est, tertiam hoc modo prosequitur: Decem tribus erant Athenis. vnicuique igitur tribui tricenas naues assignat. decies enim tricenæ fiunt in summa trecentæ. Has rursus tricenas trifariã diuidit, id est in terdenas. Tribus enim apud Athenienses in treis partes diuiduntur, quæ Trittyes ab ipsis appellantur, quasi tertiæ tribuum partes. nos quia verbum latinum non habemus, trientes nunc dicemus. Vnicuique igitur trienti denas naues implendas tribuit, cum belli gerendi tempus fuerit. Tum vnicuique tribui tricenas stationes nauium construendas assignat in Piræo portu Athenienſi, vt singulæ stationes singulas triremes capiant. & distributionem parem in trientes, vt suprà facit, sortitóque etiam omnia vult transigi, vt decem tribus decem loca sortiantur tricenis stationibus faciendis, & trierarchi sortitò in loca & stationes
Tele. distribuantur. Hæc munera, Tele & Liturgiæ & Isphoræ à Græcis appellantur: quæ verba nullo discrimine ab oratore vsurpantur in oratione quæ πρὸς λεπτίνην quasi apud Leptinem vel cum Leptine, non contra Leptinem, inscribitur. Ab his minoribus præstationibus immunes erant trierarchi classici ciues, hoc est primæ classis munifices. Sic enim inquit ille in proximè dicta oratione, οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τεττεραρεχοῦντες ἀεὶ, τὴν χορηγίαν ἀπολελοιπότες τοῖς ἐπιτάττουσι. οἱ δὲ ἐλάττω τῶν ἑκατὸν ταλάντων κεκτημένοι, πλὴν ἀναγκαίων ἀτελείαν ἔχοντες, ὑφ' ἑκάστων λειτουργοῦσι τότε. Atqui ditissimi cum semper in munere trierarchiæ occupati sint, à theatralibus præstationibus immunes sunt. Quorum autem facultates infra census sunt, ii quum necessariam immunitatem habeant, ne hoc
Liturgiæ. quidem munus obibunt. Munera autem publica vno nomine Liturgiæ dicuntur: quorum genera sunt
Choregia. Choregia, id est præstatio suppeditando choro, inuenta Liberalium ludorum tempore, & Panathenæorum.
Hestiasis. Hestiasis, id est conuiuatio, seu epulum tributim exhiberi solitum.
Gymnasiarchia. Gymnasiarchia oleum palæstræ suppeditabat priuato sumptu.
Isphora. Isphora dicebatur collatio ad stipendia militum. Restat pars secunda apparatus, id est collatio vniuersæ ciuitatis ad stipendia militum. Hanc partem Demosthenes perstrinxit oratorié. Videbat enim gratiosam esse orationem ad populum non posse, quæ populi facultates exhauriret. Cum ergo videret immani collatione opus esse, maioréque facultatum parte, quàm vt tunc populus nondum aduentu hostis perterritus, ferre posset si à se statueretur, nec minorem dicere vellet, id est eam quæ populo tolerabilis esse tunc posset, tandem seipsum oratoriè interrogans, & vicissim respondens, ita inquit,

A quit, τίς ἂν εἰδ' ὅδε ὁ πόρος; ὁ νῦν μὲν οὐκ ὤν, σκοπεῖσθαι δὲ τόπου αἰνίγματι γὰρ ὅμοιον τοῦτό τι ἴσως φανήσεται. ὁρᾶτε τὴν πόλιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πᾶσαν ταυτηνὶ σὺν ταύτῃ χρήματά ἐστιν ὀλίγῳ πλείονα τῶν ἁπάντων τῶν ἄλλων οὐπῶν πόλεων. ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι τοιοῦτόν ἔχουσιν ὄνειδος, ὡς τ' εἰ πάντες οἱ ταῦτα λέγοντες Φοβοῖεν, ὡς ἥξει βασιλεύς, ὡς πάρεστιν, ὡς οὐκ ἐρεῖ τις ταῦτ' ἄλλως ἔχειν. καὶ μετὰ τοῦ λέγοντων ἴσως ἂν πολλοὶ τοῦτο χρησμῳδοῖεν, ὃ μόνον οὐκ ἂν αἰσχύναιεν, ἀλλ' ὃ δ' ἂν ἀδέωσιν, ὃ δ' ἂν ὁμολογήσωσιν κεκτῆσθαι. οἱ μὲν οὖν τὰ νῦν δεδοικότων τὸν λόγον φοβεῖσθαι, ἔργῳ πρατόμενα αὐτοῖντο, οἷάπερ ὄντως ἀληθινός ἐστιν, ὃς τις οὐκ ἐκανὸν οἶδεν καὶ πρῶτος εἰσενέγκαι. Quodnam igitur est hoc vectigal? id quod nunc quidem non est, tunc autem fu-
B turum est. Equidem simile quid ænigmati dicere hic non dubitem. Ecquid hanc ciuitatem omnem ô viri Athenienses cernitis? In hac ego ipsa parum abest quin dicam tantum pecuniarum esse, quantum in aliis omnibus ciuitatibus. At qui eas possident, huiusmodi mentem habent, vt si oratores omnes terrere eos volentes, Regem venturum dicant, atque etiam iam aduentantem, quódque hæc aliter habere se nequeant, ad hæc si cum ipsis orationem habentibus futurum ita prædicant totidem fatidici, ne sic quidem pecunias ostensuros esse putem, aut professuros eas, nedum ad
C collationem daturos. Quòd si ea quæ nunc verbótenus terrifica iactantur, reapse geri senserint, nullus vtique vsqueadeo stultus est, quin & prolixè dare, & in primis conferre velit. Ecquem enim esse credimus, qui bona sua cuncta perdere tandem malit, quàm fortunarum suarum partem pro capite ac reliquis suis fortunis in medium afferre? Deinde sensim progrediens, quasiq; obrepens tenaci auaritiæ, Neque enim nunc (inquit) inquirendum modum collationis puto, qui melius in re præsenti statuetur. Quippe si inire nunc rationem eius velimus, & ex præsenti sensu animorum constituere, in risum res abibit. Sed ineamus sané. Sit aliquis qui dicat centesi-
D simam se collaturum, nempe sexaginta talenta is dixerit. Age quinquagesimam quispiam dicet: hic duplum dictæ summæ dixerit. & quid hoc est ad mille & ducentos camelos qui vehere pecunias Regi ab istis dictitantur? Sed videamus porró. Vultis igitur vt duodecimam conferamus, quinginta scilicet talenta? at neque id ferre possitis: neque si statim deponatis, idonea sit pecunia quæ tanto bello satis esse possit. φέρε γάρ, πῶς ἐκαστοῦ τις εἰσφέρων ἱερᾶ νῶν; ἑκὸν ἐξήκοντα τάλαντα ἱερᾶ. ἀλλὰ πεντηκοστοῦ τις ἱερᾶ τὸ σύμπαν; ἑκὸν ἑκατὸν καὶ ἴσως. καὶ τί τοῦτ' ἔστι πρὸς μυρίας καὶ χιλίας καμήλους ἃς βασιλεῖ τὰ χρήματ' ἄγειν φασίν ἔδει; ἀλλὰ θὲς βούλεσθε δωδεκάτην ὑμᾶς εἰσοίσειν, πεντήκοντα τάλαντα; ἀλλ' ὅτ' ἂν ἀνάγκη δή, ὅτ' ἂν ἑκατὸν θῶσιν, ἄξια τῆς πολέμου τὰ χρήματα. Hæc est ferè summa eius orationis quantum ad id quod quærimus pertinet: cuius sensus non facilè cuilibet explicabilis, memorabilis tamen mihi visus est, propter collationis ra-
E tionem singulari inuento expeditam. Ex his autem apparet totius ciuitatis censum sex millibus talentûm æstimatũ à Demosthene. Sexaginta enim talenta, centesima pars est sex millium: & quingenta, duodecima. Quare quod suprà diximus de talentis sex millibus in classes & centurias diuisis, non de censu tantum mille ac ducentorum trierarchorum intelligendum Demosthenes his verbis significare videtur, de diuisione supradicta loquens, ἐπειδὴ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα σκοπεῖν, κελεύω ἐπειδὴ τίμημά ἐστι τῶν χώρας ἑκα-

Universidad de Deusto
Biblioteca

μιχλίων ταλάντων, ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ σωτηριαγμένα, διελεῖν τοῦδε, καὶ ποιῆσαι κατ' ἰσ- F
χοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. Cum verò hæc ita constituta fuerint, auctor ero vobis vt censum regionis qui sex millium est talentûm, diuidentes, centum partes faciatis sexagenûm talentûm, vt vobis quoque pecuniæ certa formula constitutæ sint. Regionem agrum Atticum significans, qui in censu Athenienſium erat. In enarrationibus tamen Demosthenis, quæ incerto auctore circunferuntur, ita legimus, πῶς δ' οὐσίαν πᾶν τὸν χιλίων καὶ ὀκτακοσίων φάσκοντα τιμᾶσθαι φασὶ τάλαντον ἐξακισχιλίων. Bona autem mille & ducentorum trierarchorum censa esse dicit talētis sex millibus. Hac ratione singuli quinis talentis censi erant, id est ternis millibus aureorum nostrorum, quæ millies ac ducenties multiplicata, triciesſexies centena millia aureorum coronatorum fiunt. Harpocration autem in lexico decem oratorum, οὐκ ἅπαν φησὶ τὸ πλῆθος δήμῳ ὡς τὰς συμμορίας ἀθήνησιν, ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι, καὶ εἰσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι. Non omnis (inquit) multitudo Athenis in ſymmorias distribebatur, ſed diuites solûm, & qui conferre ciuitati pecunias poterant. Quare Demosthenes (inquit ille) cum mille & ducentos dixit in oratione de Symmoriis habita, ditissimos significauit. Symmoritæ autem dicebantur qui eiusdem classis erant: vt tribules, qui eiusdem tribus. Huiusmodi autem diuisio populi facta fuit post tempora Solonis, sublata illa formula triplicis census, quingenariorum, equitum, & iugariorum. Suidas, Trierarchia (inquit) munus est sumptuosum. oportebat enim naues habere paratas, & omni parte ad bellum instructas, eorum sumptu qui hoc munus gerebant. Idem autem Demosthenes cum ante tempus actionum Philippicarum videret populum Athenienſem omni ordine solutum, theatris tantum & ſpectaculis intentum, pecunias publicas partiri, nec pacis nec belli tempora instituta; dignoſcentem, orationem habuit quæ περὶ συντάξεως dicitur, id est de ordinatione ac constitutione ciuitatis: cuius orationis ſcopus is fuit, vt populus Athenienſis in certos ordines redigeretur, id est in milites qui hoplitæ id est armati vel grauis armaturæ dicebantur, & in equites, & in alios qui extra hos ordines erant. Ex iis autem quæ ab auctoribus tradita in manibus versantur, vix (vt arbitror) plena cognitio haberi potest supradictorum: quale est quod de pentacosiomedimnis diximus, & de Trierarchis, & sex talentorum millibus: nisi illum censum ad annuum prouentum referamus: vt diuites eos fuisse intelligamus, qui quinûm talētûm reditu censi, munera trierarchiæ obire cogebantur: quod conuenire videtur cum eo quod de quingenariis & trecenariis dictum est. Cum id accuratè inquirerem, incidi in dictū eiusdem Demosthenis in prima contra Aphobum oratione, in qua orator circunuentum se esse à tribus tutoribus dicens, & bona sua fraude eorum suppreſſa & interuersa, quę illi pauca à patre relicta esse dicebant, ipse verò ad quatuordecim talenta fuisse contenderat, post narrationem statim ita inquit, ἐγὼ δὲ τὸ πλῆθος τὴν οὐσίαν ὅτι τοσοῦτ' ἦν ἐκ τῶν λεχθέντων, μέγιστοι μὲν ἂν τοὶ μάρτυρές μοι γένοιντο. εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ἐτάξω ἐμὲ συντελεῖν δραχμὰς καὶ τοὺς πέντε καὶ ἑκατὸν μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσον περ τιμώμενος ὁ κόσμος, καὶ ὁ τὰ μέγιστα κεκτημένος ἁμάματα εἰσφέρων. Quòd verò tantæ essent facultates à patre relictæ, maximi mihi testes iidem ipsi facti sunt. siquidem in classibus ordinandis ipsi pro me professi sunt, vt in vicenasquinas minas, quingenas ipsi drachmas conferrent, quantum scilicet conferebat Timotheus Cononis, & ii qui maximos tunc census possidebant. His verbis orator huiusmodi facere enthymema videtur, Cum nomine meo tutores ipsi mei in classes diuitum relati sint, & tantum conferre professi sint quantū qui plurimum, planum fit me quoque diuitem ab eis æstimatum. Deinde recitatis testimoniis, ita subdit, ἄλλον μὲν οὖν οὐδένα οἶμαι δεῖν ἐκ τούτων ὧν εἶπον τοσούτου δεῖν τὴν οὐσίαν. τετρακοσίων ταλάντων γάρ, τοσοῦτον τάλαντα τίμημα, τοιοῦτον ἔξειν εἰσφορὰν πρὸς ἀσφορέας. Manifesta est igitur per ea quæ audistis, relictarum mihi fortunarum copia. siquidem quindecim talentorum censum tria talenta, collationem pro me profitendam cēsuerunt. Ex duobus his locis collatis intelligendū relinquitur, quod Demosthenes de sex millibus talentûm dixit, de mille ac ducentis dixisse: & quod illi quinis talentis censi in capita dicuntur, exæquatis tenuiorum cum copiosiorum fortunis, ita intelligendum, vt quinta tantum parte bonorum censi essent, vt Demosthenes facultates suas quindecim talentûm fuisse ex eo argumentatur, quòd tutorum professione pupillari nomine facta, tribus talentis census sit: qua ratione & ditissimi cuiusque substantia censebatur, ea lege, vt hactenus conferre teneretur, si ratio ita posceret belli administrandi. Hoc est enim quod dixit in vicenasquinas minas, quingenas drachmas conferre, hoc est quintum quenque denarium, vt more nostro loquar. Vigintiquinque enim minæ, duo millia & quingentas drachmas valent. sic fit vt sex millia talentûm ad triginta millia crescant: ne temerarium sit quod Demosthenes dixit de pecuniarum copia quæ Athenis erant, & intelligimus immunem plebem esse inopem. Hoc confirmari & certius constitui ex oratione eius pro Ctesiphonte potest, in qua se rem trierarchicam lege lata præclarè constituisse gloriatur: cuius legis hæc verba sunt, τοῦ τριηραρχεῖν αἱρεῖσθαι ὡδὶ πρῶτον ἀπὸ τῆς οὐσίας καὶ τιμήματος, ἀφ' ταλάντων μέχρι. ἐὰν δὲ πλειόνων ᾖ οὐσία ἀφορητιμημένη ἢ χρημάτων, καὶ ἐν ἀναλογίαν ἕως καὶ ἐς ἐλαττόνων οὐσία ὀφὶ τῆν μέχρι ταλάντων, εἰς συντέλειαν συναγομένοις εἰς τὰ μέχρι τάλαντα. Trierarchos eligi in singulas triremes pro modo census, qui scilicet denis talentis censi essent. Quòd si pluris in censu factitando æstimatæ eorum essent facultates, pro portione quoque collationis, & muneris obeundi necessitatem esse, vsque ad nauigia terna in singulos, & eorum remigium: eadem etiam ratione obseruanda in iis quorum census minor esset classico, id est denûm talentûm, ita vt plures in idem mūnus contributi legitimum & classicum censum æquarent, & singulas triremes expedirent. Ea autem lege promulgata factum esse Demosthenes gloriatur, vt qui prius senideni trierarchiæ munus obibant, ii singuli binas trierarchias obirent: quod mirum est. καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος, ὁ πρῶτος ἓξ καὶ μέχρι τριάκοντα συνεισφέρων. Et ea lege ita subleuatos inopes esse ait, vt diuites ad iustum collationis modum adacti sint. quod ipse ἐγγύμενον appellat: idque re-

Symmoritæ. Tribules.

Hoplitæ.

Demosthenis facultates.

Lex trierarchica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui ad munera redacti erant, aut munus detrectarit oblato supplice libello magistratibus, aut in vincula ductus sit: aut nauis vlla instrumento defecta in portu relicta sit. Ante hanc trierarchiæ constitutionem sæpe variata est ratio eius muneris: vt auctor est interpres Demosthenis in orationem Μειδίου his verbis, πολλαὶ μὲν δὴ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ ἀφ' ἑκάστου τοῦ ἀναλώματος, καὶ ὁτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν, ὁτὲ δὲ σὺν τρισί, καὶ ὁτὲ μὲν καὶ δέκα τριήραρχοι, ὁτὲ δὲ χίλιοι, καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις πᾶν κατεσκεύαζε καὶ τοῦ ναύτας παρῆν, καὶ μόνον ἀφ' ἑκάστου ναῦν ἐτριήραρχεν. ὁτὲ δὲ σύμπαντα ὤκεισθαι τοὺς τριήραρχους παρῆν. Multæ autem circa trierarchias mutationes extiterunt, propter magnitudinem sumptus eius muneris: & nunc bini trierarchi, nunc terni in singulas naues fierent: interdum senideni: fuit etiam cum mille essent trierarchi: & rursus fuit tempus cum ciuitas publicè trierarchis nautas & armamenta præbebat, & trierarchi nauem tantum præbebant: fuit etiam aliàs cum & nauem & armamenta & nautas trierarchi præberent. Demosthenes verò nouissimè binas etiam naues vni trierarcho attribuit, ὁ γὰρ Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήροιν ἓν τριήραρχον ἐποίησε. Hoc idem ex ipso Demosthene confirmari potest in ea oratione, κἀγὼ μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐτριήραρχον οὐδὲν ἐκ παίδων ὀλιγωθέν, ὅτε συνέβη μοι τριηραρχεῖν. καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τοὺς ναῦς ἐμαυτοῦ αὐτοῦ, id est, Atque ego quidem (inquit) illo tempore trierarchus esse coepi statim atque è pueris excessi, tumq; bini eramus trierarchi. omnem sumptum ex priuatis familiis suppeditabamus, ita vt & nauium apparatum supplementúmque ipsi præberemus. Et paulo inferius, τοιγαροῦν καὶ τῆς πρόσθεν ἀπαλλαγῆναι ὅτε πρῶτον μὲν ἀξιοῦσί με πεῖσαι σωτηρίας ὑμᾶς. παρ' ὧν οὐ πράττομαι τοὺς λαβόν, τελάντων μισθῶσαι τοὺς τριηραρχίας. Tum demum autem Midias trierarchiam attigit, cum primùm mille ac ducentos collatores constituistis. à quibus isti talentum exigentes, talento trierarchias obeundas locant. οὗτοι τὰ τελούμενα ἡ πόλις παρέχει, καὶ σκεύη πλοίων. Tum supplementa & armamenta respublica præbet. Verba sunt oratoris eleuare contendentis munus trierarchiæ, quod Midias & diuites nonnulli graue esse sibi iactabant tanquam vniuersi muneris redemptoribus præbitoribúsque, eo se nomine populo Athenienſi imputantes. Ex quibus verbis intelligimus, illos mille ac ducentos talenta singula pensitare solitos, id quod suprà dictum est. Hic obiter vnum locum apponam eiusdem auctoris quem à pauciſſimis nostræ memoriæ satis intellectum esse puto. In eius enim orationis epilogo iudicum misericordiam captans ita inquit, καὶ νῦν κεμίσασθαι τἀμαυτοῦ ζητῶν, οὐκ κίνδυνον καθέστηκα ὀνήσιμον, ἐὰν γὰρ ἀσφύγῃ με οὗδος, ὁ μὴ γένοιτο, πᾶν ὠθισθείην ὑφ' ἑνὸς ἑκάστου. Núncque cum res meas recuperare contenderem, in maximum discrimen adductus sum: vtpote qui centum minis continuò mulctandus sim, si (quod abominor) iste ab intentione mea absolutus euadat. Quibus verbis hoc significat orator, actionem tutelæ quæ infamiam tutori obdo lum, id est κακοτεχνίαν damnato irrogabat, vt apud Romanos, sic apud Athenienses non temere aduersus tutores intendi solitam. Maior enim factus, id est δοκιμασθείς, hac actione agens, nisi reum perageret, & secundum se iudicium obtineret, sexta parte census sui mulctabatur, quæ in reum absolutū cedebat. Demosthenes centum minas epobeliæ nomine sibi taxauit, si in eo iudicio aduersos calculos ferret. Ex quo intelligimus sexcentis eum minis censum fuisse, hoc est decem talẽtis. In ea autem oratione Aphobus tutor ei obiecit quòd decem talenta in censu haberet, cum ipse spoliatum se à tutoribus & ad inopiam redactum conquereretur. Epobelia verbum est satis frequens apud oratores, ex hoc dictum, quòd in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo mulctaretur, cum seni essent oboli in drachma. Sed Suidas intellexit sextam partem æstimationis litis. Harpocration sextam partem census intellexisse videtur: id quod Demosthenis locus significare mihi primore sensu visus est: sed cum tertiam orationem in eundem legerem, intellexi Aphobum vnum ex tutoribus decem talẽtis damnatum tutelæ iudicio, quanti scilicet orator litem illam in intentione libellari æstimarat. Sic enim inquit, οἱ δικασταὶ δ' ἀκούσαντες εἰς οὓς ἐφῆκε, ταυτὰ καὶ τοῖς τότε φίλοις καὶ ξυμπαντῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ λίκα τελάντων ἐτίμησαν. Iudices autẽ ad quos ipse ab arbitris prõuocarat, cum hæc audissent, eadem ipsi quoque cum arbitro atque eius amicis vt compromissariis censuerunt: eiq; litem decem talentis æstimauerunt. Hæc verba Demosthenis circa finem eius orationis quæ πρὸς ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν inscribitur, leguntur corruptissimè in libris quidem impressis: sed ea nos sic emendanda affirmamus. Quoniam igitur litem talentis decem, id est minis sexcentis æstimarat: ὡς δ' ἐγκλήματι δ' αὐτῷ, id est in libello intentæ actionis, ideo cẽtum se minis, id est mille aureis nostris periclitari cum infamiæ nota dixit, quæ sexta pars est æstimationis litis. Cæterùm Plutarchus diuitem patrem Demosthenis fuisse dicit, & in copia bonorum septem annos natum filium Demosthenem reliquisse. ἀφηλικιώτης δ' ὁ Δημοσθένης ὢν τοῦ πατρὸς ἐπαίτης οὐ δυσχρίᾳ, μικρὸν γὰρ ἀπέλιπεν ἡ σύμπασαν τίμησιν αὐτῷ οὐσίας πεντακοσίων καὶ ταλάντων, ὧν τῶν ἀθησόμενον ἠδικήθη. Relictus autem à patre Demosthenes septennis in abundanti patrimonio (vt quod omnibus supputatis paulo minus quindecim talentis æstimaretur) à tutoribus per iniuriam fortunis euersus est, cum partem bonorum eius in rem suam verterent, partem per incuriam perderent, ita vt ne præceptoribus quidem eius mercedem docendi soluerent. Quindecim talenta, nouem millia aureorum nostrorum valent. Ita quæ summa Romæ post spoliatum orbem à Romanis, Aesopi patinam æquare non potuisset, Athenis diuitiarum nomine censebatur. Idem Demosthenes circa finem orationis eius, καὶ τοι πῶς οὐκ ἀδύνατον ἦν ἐπὶ μὲν οἴκοι τελαντιαῖοι καὶ δυοταλάντοις καταλυθεῖσι, ἐκ τοῦ μισθοῦσθαι δυοῖν ἢ τριῶν μεγάλας ἀποφορὰς εἰσφέρειν, μηδὲ μικρὰς διωκῆσθαι δι' ὀλίγας ἀποφορὰς εἰσφέρειν, μηδὲ μικρὰς διωκῆσθαι δι' ὀλίγας τῶν τότων ἀναλωμάτων. Atqui non acerbum mihi esse non potest, quòd cum reliquorum ciuium domus talentares & ditalentares tutoribus oblocantibus duplo triploq; copiosiores factæ sunt, ita vt dignæ tandem viderentur quæ muneribus publicis obeundis adscriberẽtur: mea autem domus, quæ olim trierarchiæ muneri assueuerat, & collationibus pensitandis, nunc ne tantulam quidem collationẽ ferre poterit istorum impudentia. Oecum, id est domum, oratores Græci pro vniuersis facultatibus & censu accipere solent, quem loquendi morem lin-

Epobelia.

Locus Demosthenis emaculatus.

Locus Demosthenis explicatus.

Locus animaduertẽdus.

οἶκος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gua Francorum refert. Verùm ex his verbis intelligimus & trierarchiam & collationem iisdem capitibus incubuisse, ac ignominiosum fuisse munera ista dispendiosa non obire. Sunt & alia ad eandem rem pertinentia, quæ ex hac & altera in eũdem tutorem oratione colligere potuissem: vt quædam esse bona quæ in censum non venirent, quæ Atele, id est immunia à Græcis appellãtur: sed hæc sufficere visa sunt, & nonnihil etiam iis qui Demosthenem sunt lecturi, profutura. Quod autem de locatione domuum Demosthenes dixit, de domibus instructis intelligendum est, vt diximus: vt de officinis cum seruis opificibus. Nunc à medimno ad inferiora descendamus: & id quod quærimus, certissimo quoque vestigio legendo prosequamur. Sextarius (vt inter omnes conuenit) cotulas binas capit, quæ latinè Heminæ dicuntur. Quanquam hac voce Italica etiam antiqui Græci vsi sunt, vt Athenæus lib. xvii. πλὴν ἡ κοτύλη καλεῖται καὶ ἡμίνα. Sextarius inde dictus, quòd sexta pars sit congii. A sextario enim vt à principio ordiri oportet. huius enim mensuram si tenuerimus, omnia prona deinceps erũt. Cato. cap. lvii. Vinum familiæ, vbi vindemia facta erit, loram bibat menses tres: mense. iiii. heminas singulas. In mense congios ternos. mẽse. v. vi. vii. viii. in dies sextarios singulos: in mense congios quinos. nono, decimo, vndecimo in dies heminas ternas. in mense vnam amphoram. Cato mense quarto heminas singulas in dies singulos epotas congios ternos facere dicit, id est sextarios denosoctonos, & sextarios singulis diebus epotos sequentibus mensibus quatuor, in mense quinos dicit esse cõgios, hoc est tricenos sextarios. & rursus aliis mensibus in dies heminas ternas, in menses singulas amphoras esse docet, id est quadragenosoctonos sextarios, vel nonagenas senas heminas: qua ratione tamen quaternæ vel senę heminæ deesse vidẽtur si tricenos dies in mensem statuamus. Sed aliter Cato rationem colligere tam commodè non potuit, nisi amphoram pro nonagenis heminis diceret, etiam si amphora eo amplius sex heminas capit, cum aliud verbum mẽsuræ non haberet. & alioquin habuisse videtur rationẽ intertrimenti liquoris, id est eius quantitatis quæ deperit & intercidit cum vinum vel lora heminatim bibitur. Simile est quod heminas singulis diebus potas, in menses congios ternos facere dicit. hac enim ratione mensis sex & triginta dies habet: qui si exactè taxare voluisset, duos congios & semissem dixisset. Sed noluit tam angustè rationem præscribere. satis tamen apparet ex eo loco in congio duodecim esse heminas, quæ sex sextarios continent. Sed & illud iam tenemus, quod maximè ad rem pertinet, sextarium sextamdecimã partem esse modii, quæ tertia pars est amphoræ. quippe cum in amphora Cato sex & nonaginta heminas ponat, & sextarius citra controuersiam binas heminas capiat, si amphora ter modium capit (vt prædictum est ex carminibus suprà dictis) modius sextarios sedecim continebit, id est duas & triginta heminas, quæ tertia pars est amphoræ. Sed de modio citãda sunt exempla. Cato. Vbi sementem paraueris, glandem parari legiq; conuenit, & in aquam coniici. Inde semodios singulis bubus dare oportet, si laborabunt. Columel. de bubus aratoriis loquens lib. vii. Bubus pro temporibus anni pabula dispensantur.

Atele. ἀτέλεια.

Sextarius. Cotulæ. Heminæ.

Amphora.

Modius.

A santur. Ianuario mense fresi & aqua macerati erui quaternos sextarios mixtos paleis dare conuenit, vel lupini macerati modios, vel cicerculæ maceratæ semodios. Idem si grano abstinemus, & regionis copia permittat, cum fronde laurea & ilignea glans adiicitur, quæ nisi ad satietatem detur, scabiẽ parit. Potest etiam si prouentus vilitatem facit, semodius fabæ fresæ præbetur Nouembri mense ac Decembri. per sementem quantum appetit bos, tantum præbendum est: plerunq; tamen sufficiunt singulis modii glandis, & paleæ ad satietatem datæ, vel lupini macerati modii, vel erui aqua consperi si sextarii septeni permixti paleis, vel cicerculæ similiter maceratæ sextarii duodeni, vel singuli modii vinaceorum. His exemplis coniicere possumus modium Romanum non disparem fuisse ei mensurę quam Bœotium nostrates vocant, cum sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semodius pro varietate pabuli. Apud nos equis viatoriis per diuersoria cibus statuus est in dies cistellæ ternæ auenæ, vt in Italia ordei. Sic enim semper tulit stabulariorum formula. Sed strigosis equis, cum longis itineribus fatiscunt, auctariũ noctu dari solet, id est quarta cistella. Hæ quaternæ mẽsuræ Bœotium nostrum triticarium implẽt, qui modus pabuli est omnibus iam sarcinariis equis per stabula viatoria statutus. Diximus amphoram binas vrnas capere, quæ singulæ vicenosquaternos sextarios continent. Hoc ex eodem auctore lib. xiii. comprobabitur his verbis, Ex hac compositione quantum in sextarios musti quadragenosoctonos adiiciẽdum sit, incertum est: quoniam pro natura vini æstimare oportet quid satis sit: cauendúmque ne conditus sapor intelligatur. ego tamen, si humida fuerit vindemia, triẽtem: si sicca, quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum, ita vt quatuor vrnarum esset musti modus. Vrna autem quatuor & viginti sextariorum. Plin. lib. xiiii. de nimio potu vini loquens, Famam apud Græcos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiam Nouellus Tricongius Mediolanensis ad Proconsulatum vsque è Prætura honoribus functus, tribus congiis (vnde & nomen illi fuit) epotis vno impetu, spectante miraculi gratia Tyberio principe in senecta iam seuero, atque etiam aliàs sæuo: sed ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat. In antiquis tamen non Nouellus Tricongius, sed Nouellus Torquatus legitur, & rectè: alioquin frustra Plinius adiecisset, vnde & nomen illi. Quis enim non intellexisset etiam Plinio tacente? Neque ipsa iuuenta lego, sed ipsi, id est Tyberio, vt iuuenta fit rectus casus. Et paulò pòst, Tricongii rara gloria. In omnibus antiquis legitur, Torquato rara gloria. Idem paulo inferius, Tergilla Ciceronem Marci filium binos congios simul haurire solitum ipsi obiicit, Marcoq; Agrippæ à marcido ac temulento scyphum impactum. Plinium auctorem habemus decem & octo sextarios vini, id est tres congios, vno haustu epotos à Torquato, & duodecim à Ciceronis filio. Quare non video quonam modo intelligi possit quod apud Politianum legitur, quòd amphora triplex efficit sextarium. Tranquillus in Tyberio, Ignotissimum Quæsturæ candidatum nobilissimis anteposuit ob epotam in conuiuio propinãte se vini amphoram. Tranquillus vini amphoram, id est octo congios seu duode-

Equorum viatoriorũ demẽsum.

Equi farcinarij.

Plin. locus

Ciceronis filius temulentia inclytus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinquaginta sextarios vno conuiuio ab homine vno hauſtos dixit. quòd si amphora ex area conſtaret quoquouersus quaternûm pedum, vt Politianus voluit, ne de duodecim quidem bibaciſſimis hominibus id credi poſſet. Poſt hæc antiquitatis monumenta cum menſurarum modos deprehendere magnopere cuperem, ad pŏdus examinare rem inſtiti. quo facto, cum nec ex carminibus illis nec ex Plinio reſponderent, nihil potius tandem inueni, quàm id quod apud Iſidorum, non optimum ipſum auctorem, ne harum quidē rerum, legitur. vſqueadeo (quod Plinius aiebat) nullus liber tam malus eſt, vt non aliqua ex parte proſit. Hemina (inquit ille) appendit libram vnam, quæ geminata ſextarium facit. Sextarius enim duarum librarum eſt. Hoc cum legiſſem, illico tres libras nummularias, id eſt ſeſquilibram negociatoriam in lance grandiuſcula ſtatui, cuiuſmodi ſunt lances quibus adargentum expendendum vtuntur. in oppoſita lance aquam fundere famulū qui mihi adſtabat iuſſi, quoad rem deducerem ad exactum æquilibrium, id quod aſſecutus ſum adiiciendo viciſſim adimendoq; aquulam argentea ligula. tum vaſcula ſtannea implendo, non vſualia illa quidem & ex ſupellectili ſumpta, ſed iuſtæ omnino menſuræ, quibus venditando vino cauponantes vti ſolēt, tandem comperi duas libras Romanas, id eſt duodenarias, quæ tribus octonariis, id eſt nummulariis reſpondēt, eam omnino eſſe menſuram quam ternos ſemiſextariolos lingua vernacula huius vrbis appellat, qui dodrans eſt eius menſuræ quam pintam eadem lingua vocat. Hoc cōperto, cum vaſculum illud dodrantale tritico primæ bonitatis implerem, idētidemq; in modium id eſt Bœotium trāſfunderem, non antè æquatum ad ſumma labra reddidi, quàm ſedecies impletum itidem vaſculum in modium tranſfudi. Id cum ad pintam exigerem, duodecies exhauſi exacta obſeruatione trāſuaſando. Hac ratione cum cotula geminata ſextariū faciat, qui bilibris eſt, oportet eam libralem eſſe, id eſt ſex & nonaginta drachmas pendere. ita Oxybaphus qui cotulæ quarta pars eſt, quatuor & viginti drachmarum erit, hoc eſt quadrātale. & Cyathus qui ſextarii duodecima pars eſt, ſedecim drachmas pendebit, id eſt ſextātem Romanæ libræ. Noſtrā vero pinta, duodecima pars eſt modii: id eſt amphoræ ſexta & triceſima. Illud teſtandum habeo, quòd quicquid de menſuris liquidorum dixi, vel dicturus ſum, id de iis intelligi volo, quas regias hac in vrbe appellamus, de quibus ius dicere decurionum eſt Pariſiēſium: alioquin nulla dari certa doctrina poſſet, cum multifarii mēſurarum ſint moduli, & ferè cuariantes per regiones vrbis, prout cuiuſque regionis ſolum huius & illius ditionis imperio mero paret. Aridorum autem menſuras triticarias intelligi volo, quoniam minores ſunt iis quibus auenam admetiuntur. Hac ratione vſus, cōperiſſe me arbitror (nec temere, vt ſpero) amphoram eſſe octauam partem eius vaſis quod modium vini dicimus. Modium vini Pariſinum triceno ſenos ſextarios noſtros capit. Sextarius autem octonas eas quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrantem ſextarii habemus, id eſt ternos boſellos, pro quibus vas trimodium habemus dimidiatū medimnum. Sic ſit credibile quod à Tranquillo dicitur epotam vno conuiuio ab vno homine

Pulchrū dictum Plinij.

Oxybaphꝰ

Pinta Pariſina.

Amphora. Modius. Mēſurę Pariſienſes.

A homine vini amphoram. Ex hoc æſtimare licet tres modios annulorum Carthaginem miſſorum ab Hannibale poſt Cannenſem cladem, vel vnum modium ſecundum alios annales. Ecce autem rurſus de integro controuerſia ab eodem auctore, quí cum toto penè hoc opere certandum nobis fuit, & diſceptatrice tamen plerunque exemplarium vetuſtate ſecundum nos (vt ſpero) iudicatū eſt, id quod hic ſperare non datur. Quippe in omnibus exemplaribus ita legitur apud Plinium, vnum nobis ipſum vitiligatorem (vt eius ipſius verbo vtar) in hoc opere oppoſitum. Sic igitur apud Pli-
B nium lib. xxi. legitur: Drachma Attica (ferè enim Attica obſeruatione medici vtuntur) denarii argentei habet pondus, eadémque ſex obolos ponderе efficit, obolus decem calchos. Cyathus pendet per ſe drachmas decem. Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, id eſt drachmas quindecim. Mna, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Huius loci auctoritate carmen illud emanaſſe puto apud Priſcianum de Cyatho,

Bis quinque hunc faciunt drachmæ, ſi appendere tentes:
Oxybaphus fiet, ſi quinque addantur ad illas.

C Primum igitur ad hoc reſpondere poſſum, non magis hoc dictum contra me pugnare, quàm contra Plinium ipſum, ſi ei litem retorquere tabulis (vt dicitur) ab eo obſignatis velimus. Si enim denarius Atticæ drachmæ pondus habet, quonam modo iuſtum fuit ex libris argenti octogenos quaternos ſignari, id quod ipſe lib. xxxiii. dixit? Id etiam contrarium eſt ei dicto quod apud Priſcianum legitur, tres denarios Romanos, quatuor drachmarum inſtar eſſe. Præterea quonam modo conuenit id quod lib. xii. de thure loquens inquit, inueniri guttas thuris quæ tertiam partem minæ, id eſt
D vndequadraginta denariorum pondus æquent: vel vt in antiquis, duodetriginta, & in quibuſdam vndetriginta? Quid quòd libro xiiii. de Nectarite loquens, quadraginta denariorum pondus pro quinque vnciis poſuit? vt ex Dioſcoride ad verbum probabimus. Hæc vt vniuerſa colliduntur, ſic ſingillatim alterum alteri adſtipulatur. Vt enim illud duodecimi cum dicto triceſimitertii cōuenit (ſiquidē ter duodetriginta, octogintaquatuor fiunt) ſic cum viceſimiprimi loco pugnat, vbi denarius & drachma æquātur. Rurſus quòd quadraginta denariorum pondus pro quinq; vnciis ponitur, hoc argumentum eſt quòd Plinius in libra ſex & nonaginta denarios eſſe vo-
E luit, & totidem drachmis æquauit. Quid igitur hic faciam? hæream? ſuſceptо id operi omnino non congruit. Opus enim perfectum rectè præbiturum me approbaturumq; ſpopondi, vel eorum arbitratu quos iudices elegi. hanc legem locando opere memini dictam eſſe. Pericliter? Vereor ne audaciæ id plenum ſit: ſed quandò flectere non datur, potius adeundum periculum eſſe cenſeo, quàm tot dierum diſpendio cœptum iter abrumpendū. Tanto igitur piaculo me obſtringam, vt Plinii auctoritatem vel argumentis validiſſimis ſuperiorem eſſe aut negem aut dubitem? Quidni id faciam? cum multis in rebus non modò cum iuratiſſimis auctoribus vetuſtatis pugnantem cum oſtenderim, ſed etiam ipſum ſecum: quod pleriſque in locis

Loca Plinij corrupta rem cō trouerſam faciunt.

Plinius vn de ſecum

nonnunquam pugnet. Hermolaꝰ Barbarus.

emendatorum culpa contigit,ex quo fit vt lectio Plinii obseruantissimum quenque lectorem maximè nunc torqueat. Qua in re adnotanda Hermolaus Barbarus,cuius nunquã sine laudis præfatione meminisse debeo, paulo religiosior fuisse mihi videtur,præsertim assumpto castigatoris titulo seueriſſimo.debuit certè altera præsertim censura denuo stylo exacuto vel adviuum expungere, ne rebellarent,tot vlcera, quorum multa sanasse se non immeritò gloriatus est. Ego vt ingenio pusillo,tantum nomen sustinere nequeam,vt subcastigatorem Plinii profiteri me nisi verecũdè audeam: sic ea quæ occurrunt vitia,& commentantem me morantur, si sanare ingenivi non possim,commonefaciendis studiosis veluti scalpro circunscribam, ne latius error serpat. Atqui sic existimo , præuaricationis notam effugere eum medicum non posse,qui quæ restituere sanitati nequit,velut non anaduersa, silentio transmittit. Quanquam vir ille magnus,ac non modò stylo graui doctrinamq; eximiam redolenti commendabilis,sed etiam sententiis seuerus,in quibus mores probi eluceſcere videntur(quæ duo pariter in paucis æqualibus memorię eius agnosco)in altera editione ita gloriatur, quasi monstra quædam errorum velut latitantia mancipia reprehenderit, quæ in prioris editionis tumultu oculos eius effugerant,à quibus ipse pœnas sumpserit flagitii prioris & fugę,vt ipsius verbis vtar.In quo mihi profectò longè falsus fuisse acer homo visus est.neque enim aliter eum dixisse atque existimasse puto. Quippe vt plurima errata emendauerit, plura tamen eum fugisse aut certè flagitiosiora non dubito,quæ vt acriorem sagacioremq; fugitiuarium non maneant (quandoquidem vndecunque doctissimus fuisse vt ætate illa videtur) certè ociosiorem poscunt, huicq; vni aliquãdiu feriatum.Hermolao autem venia fortasse danda est,qui Aristoteli & Themistio vertendis intentus, tumultuarias nimirũ castigationes Plinii velut animi causa aggressus est.At ego secundi meriti id esse existimo, errorum vel librariorum,vel emendatorum , vel auctoris denique ipsius, si res ita ferat,lectores admonere , etiam si meliora inuenire nequeas. Existet enim olim,immo propediem,qui vlteriora inuestiget. Quòd si semper in

Inquirendum etiã i antiquorũ scripta.

auctorum quantũuis receptę auctoritatis verba adacti,ne vnguem quidem latum ab eorum dictis recesserimus , nihil habebit vtique posteritas quod inuentis maiorum suorum addat.Atqui maiores nostri si post centum annos ignaua etiam ipsi antiquitatis veneratione ducti, nihil nouarum rerum aggredi ausi fuissent,literarum nunc illustrationem bona ex parte desideraremus.In queis ego Laurentium Vallensem Herculis Alexicaci nomine

Laurentij Vall.laus.

dignum censeo,qui nullius vnquam hominis offensione,aut scriptoris auctoritate deterritus est quo minus veritatem à mõstris vindicare niteretur. Equidem etsi leonino me tergore clauãque munitum esse cum eius notæ commentatoribus non sentio,vt cuiusuis ærumnæ Herculem futurum me profiteri confidam, in vmbraculis mecum ipse domesticis , non in campo sub magistris antiquitatis exercitatus: nunc tamen semiermem saltem fiduciam ad veritatem tuendam afferre mihi videor: itâque omnes esse animatos,præsertim Francos cupio, quãdoquidem externi quoque iam cum antiquis

Antiquis literarum gloria certant.Hic igitur vt comminisci multa possim,sic nihil potius facturus sim fortasse, quàm vt dicam Plinium quæ de ponderibus hic constituere voluit in sequentibus libris de medicinis dicturus , ea ex commentariis medicorum transcripsisse, qui Græcè ipsi bona ex parte scripserant. Id quod idem ipse Plinius contestari videtur cum inquit, Et quoniam in mensuris quoq; ac ponderibus crebrò Græcis nominibus vtẽdum,interpretationem eorum semel hoc in loco ponemus.Non eadem autem pondera medicinalia & negociatoria fuisse ex eo coniicio , quòd hodie pharmacopolæ alia drachma in componendis pharmacis vtuntur, & alia in rebus quas venditantes appendunt. Medicinales drachmas nouem in vncia esse dicunt : qua ratione in singulas libras nostras sedecim drachmarum pondus decedit. Quin & Celsus libro.v. de simplicium facultatũ mixtura loquens, Sed & antea (inquit) sciri volo in vncia pondus septem denariorum esse: vnius deinde denarii pondus diuidi à me in sex partes,id est sex vncias,vt idem in vncia denarii habeam , quod Græci habent in eo quem obolum appellant. Id ad nostra pondera relatum,paulo plus dimidio scrupulo facit.His verbis Celsi medicinę auctoris,duodecim drachmę ex libra Romana decedunt, quod ratam proportionem habet ad decessionem libræ nostræ qua nostri medicamentarii in temperandis medicamentis vtuntur.Vt enim libra nostra sesquitertia est ad antiquam libram relata, sic sedecim tertia parte duodecim superant. Verùm id immutauit Celsus, quòd denarium in sex suas vnciolas diuidere maluit, quàm in sex obolos, seu in sex semiscrupulos.hoc ideo fortasse,quòd obolum Grȩcum grauiorem esse paulo semiscrupulo Romano scribit. quod nisi de medicinali semiscrupulo intelligas,pugnabit cum Pliniano dicto.Huic rursus opinioni refragatur quod Plinius centum drachmas Atticas in mina ponit,quod iustum est pondus minæ. Quare nihil vlterius causari nunc in animum induxi,vt quisque pro captu secum ipse hoc faciat.Satis autem habui hoc dicere,experimento me cognouisse, sextarium Romanum dipondium pendere,id quod rursus mihi credi nolo nisi argumẽtis optimis probauero. Iamprimum ipse Plinius lib.xviii.de tritico loquens, sic inquit, Tritici genera plura,quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere,quo maximè decernitur. Et paulum infrà, Nunc ex iis generibus quæ Romam inuehuntur, leuissimum est Gallicum, atque è Cherroneso aduectum.quippe non excedunt in modium vicenas libras si quis grauem ipsum ponderet. adiicit Sardium sex libras, Alexandrinum & triendrantes.His verbis Plinius docet quod deterrimum sit triticum,id pendere in modios vicenas libras.quod autem longè optimum,vt Aphricum,septẽ & viginti libras & dodrantem.Hoc cum ego probare vellem, tritici sex semisextariolos nostros,id est sesquipintam pro captu bilancis admensus, in altera lance depleui,& ponderibus identidem examinatis ad parem tandem libram perueni.Hoc cum in lectissimo tritico fecissem,ponderaq; adnotassem,ad aliud triticum transii.Erant enim mihi puluini duo Franciani triti-

Celsi locꝰ.

Sextarius Romanꝰ. Põdus sesquitertij.

Pondꝰ tritici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ci sulcatim(vt assolet)in horreo dispositi, vt eodem ex agro,sic non eadem F
segete.cum igitur ex eo similiter eandem mensuram pensitarem, hoc discri
minis adnotaui, vt quod in eis puluinis eximium esset,& exactè excussum
ventilatumq;, eius mensura iam dicta leuiter agitata , & radiolo stricta,di-
pondium nostrum & quadrantē penderet,lance etiam pessum eunte.quod
autem negligentius ventilatum , & nonnulla ex parte lolio & melanthio
mixtum,aut alia seminum inanitate, id duas libras & quadrātem siciliquo
minus in æquilibrio teneret. Hæc mensura,id est sex semisextarioli (quos
sextarios duos Romanos iudicatum iri,omnibus fortunis meis cauere nō
dubitarim)si quis diligenter animaduertere velit , & veritatem modulis ac
ponderibus explorare,seni inquam semisextarioli octauam partem modii
efficiunt,quorum pondus triticeū si octonario multiplicetur,fient in sum-
ma duodeuiginti libræ nostræ,lectissimi quidem tritici : deterioris autem,
id est quisquiliis seminum mixti,duabus vnciis minus,id est siciliquis octo.
Porrò cum libra nostra(vt sæpe dixi) zygostatica qua merces appēsiles ne-
gociatores admetiuntur,quadrāte maior sit libra Romana, fit vt duodeui-
ginti libræ nostræ,quatuor & viginti Romanas libras æquent.Ita fit vt tri-
ticum nostrum in agro qui Francia dicitur natum,duabus libris Siculo le-
uius sit:cuius tamen supremam notam existimo semissem aut quadrantem
vigintiquatuor libris addere posse. Hoc genus experimēti cum cuiuis ob-
uium sit & expositum,non est cur alia Plinii auctoritate vel vera vel men-
dosa impugnare veritatem quispiam citra pertinaciæ reprehensionem pos-
sit.Hic siquis selibras legat, vt quædam habent exemplaria antiqua, vt sit,
adiicit Sardium selibras: hoc etiam amplius id quod agimus confirmabit:
cum Plinius dicat grauissimum frumentum libras vnam & viginti & do-
drantem pendere, & nos experimento didicerimus, quod optimum apud
nos sit frumētum,id in modios Romanos quaternas & vicenas libras pēn-
dere. Quare nisi Plinius in pondere deceptus est , aut nisi negligentius rem
explorauit,vel nostrum triticum etiam Africæ præstantius est,vel libra Ro
mana maior aliquanto fuit quàm nos eam esse statuerimus. tamen pericu-
lum nullum est(vt arbitror) ne minorem fecerimus libram, cum mensuras
auxisse videamur quæ pondere deprehendūtur.In hanc enim tantùm par-
tem errare potuimus, vtpote cum Plinius sextarium cētum & viginti dra-
chmarum faciat,quem nos bilibrem fuisse cōtendimus,id est drachmarum
centum & nonagintaduarum. qua ratione hemina libralis fuit,quam Pli-
nius sexaginta drachmarum fuisse dicit,id est tertia parte minorem , atque
eo amplius.Carmina autem quæ apud Priscianum leguntur,sextarium vi-
ginti vnciarum esse statuunt: quo fit vt noster,id est is qui à nobis positus
est, superquintus sit eius,id est quinta parte superans. De hoc quid statuā,
non habeo,nisi Plinium omnino puto selibras,id est dimidiatas libras scri-
psisse,sed non satis pondus compertum habuisse.Quod rursus ne credas,fa-
cit id quod ipse alibi dicit eodem libro , Siligineæ farinæ modius Gallicæ
xxii.libras,Italicę duabus tribúsve amplius.Hæc verba significant Plinium
Plin.locus diligenter hæc inquisiuisse. & præterea duas & tres libras addit Italicæ sili-
gini,

A gini,non tantum selibras. Itaque si verum est Plinium hæc exactè inquisi-
uisse,& liber eo in loco non corruptus est,necessariò dicemus triticum nō
Gallicum tantum, sed & Francicū,ponderosius esse illis quæ à Plinio enu-
merata sunt.Fortasse etiam Plinius libras illas vicenas,centenarias libras in-
tellexit,hoc est minales,quales libras argentarias fuisse ostendimus, hoc est
plenas libras.qua existimatione paulo plus dextante ad supradictum pon-
dus accedit, hoc est octoginta drachmæ,& aliquid amplius. Hoc quoque
si admiserimus,nō ideo tolletur scrupulus,quia adhuc nostrum paulo am-
B plius libra vna superabit. Vt tamen cum iis libris sentiam qui selibras ha-
bent,facit contextus verborum sensim ad libram & dodrantem perducen-
tium rationem. Et præterea Plinius non sex libras sed senas dixisset , quia
vicenas dixerat. quod validius argumentum est. In hoc obice aqua hæreat
necesse est.Sed si Plinius alteri cuipiam vel libero vel seruo pōderis exami-
nationem tædiosam credidit,vel calculo deceptus est,non magnopere mi-
rum est, cum Cicero in Catone Laërtem stercorantem agrum apud Ho- Ciceronis erratum in Catone.
merum faciat,alicuius fide deceptus.Nec enim in primo lib.nec in.xvi.nec
C in vltimo id legitur Odysseæ, in quibus tantum Laërtis meminit Home-
rus:nisi in obseruatione aliquid me latuit.Verùm ne vanitatis arguar teme-
re à primo quoque hoc probare volente, monitos hoc ad pondus exami-
naturos velim, in expendendo tritico multum id referre,quonam modo
mensura impleatur.Si enim non modò leuiter agitetur implendo, sed diu
quatiatur,aut manu prematur antequam radio exæquetur,pondus non le-
ui momento crescet. Interesse etiam arbitrantur, triticum recèns tritum sit
& ventilatum,an diu in horreo asseruatū,cuiusmodi (vt dixi)nostrum erat
in puluinis sulcatis digestum. Illud enim recens ab arista, & pulchrius esse
D aiunt,& grauius:hoc vt tempore exuctū,sic leuius esse.certè apud nos ven-
dibilius est ex eadem segete quod eodem mense batuitur, & in forum adue
hitur,videlicet quod plus farinæ & panificii reddat. Verùm qui hoc quod
diximus,tritico expendendo fecerit , tum demum aquæ pondus exploret.
futurum enim recipio, vt quæ mensura tritici duas libras nostras & qua-
drantem pependerit,id est sex & triginta vncias, eadem treis libras nostras,
id est quatuor Romanas pondere aquæ efficiat,vt sit inter triticeū aqueūq;
pondus proportio sesquitertia:qua ratione bilibrem fuisse sextarium anti-
quum necesse est:id quod Isidorus ex quopiam auctore antiquo scripsit:
E valet,atque si sextarium libræ vnius & quadrātis esse dixisset. Hoc idem in
etiam si Plinius heminam sexaginta drachmarum esse dicit : quod perinde
hordeo expertus,comperi sextariū péndere quindecim vncias, & tres dra-
chmas.qua ratione quaterni sextarii quinas libras Romanas & sescuncem
efficiunt,& modius vicenas libras & selibram,quod non conuenit cum di
cto Plinii,qui de frumentis loquens, Leuissimum (inquit) ex his hordeum
rarò excedit xv.libras.quare nostrum dissimile esse Italico dicendum est.
Quanquam Columella lib.ii.de hordeo loquens ita dicit, Alterum quoq;
genus hordei est,quod illi distichum, Galaticum nonnulli vocant, ponde-
ris & candoris eximii,adeò vt tritico mixtum,egregia cibaria familiæ præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat. Seritur circa Martium mensem. Distichum hordeum vocat, & Galaticum, hoc est Gallicum, quod culmum habet binis versibus aristatum, cuiusmodi est nostrum. Hoc Columella reliquo ponderosius esse dicit. Quare conturbari nos Pliniano hoc verbo non oportet, quasi iis quæ diximus ex eodem ipso Plinio, refragante. Extat in actis Decurionum huius vrbis, medimnum lectissimi tritici appensum iussu Decurionū fuisse, inuētúmq; esse pondus centum & sedecim librarum. quæ ratio efficit in modium vndeuicenas libras nostras & trientes. Proxima nota in modios vndeuicenas libras & sextantes non excessit. Sed propterea ego minus pondus inueni, quòd modium Romanum secutus sum, non Parisinum. At inter amphoram Romanam & nostrum quadrantē tantum interesse testatus sum, quantum inter mensuram rasam & cumulatam. Quòd autem libræ Romanæ modum deprehensum habeamus, ex iis quæ de re nummaria diximus, satis intelligitur. Potest tamen id & aliis adminiculis probationum confirmari. Columella lib. vii. de cibariis aratorum boum loquēs, Martio & Aprili debet ad fœni pondus adiici, quia terra proscinditur. sat erit autē pondo quadragena singulis dari. Quadraginta pondo Romana, nostra sunt triginta. Fœni autem fasces apud nos, si iusti sint ponderis, duodenas libras pendēt, & interdum ternasdenas. At huiusce modi binos in dies cum auenæ cistellis tribus equi singuli sarcinarii aut iugales poscūt, qui quidem sint mediocri magnitudine. Hi duas & triginta libras Romanas pendēt. Trecenas autem libras bubus singulis sufficere Ianuario & Februario Columella affirmat: Martio autem & Aprili quum labor intenditur, quadragenas, aut quia grani est penuria. Ita hac parte libræ Romanæ ad nostram relatæ analogia congruit. Sextarius igitur Romanus eam mensuram capit, vt diximus, quam ternos sextariolos lingua nostra appellat. Sed absurda eadem lingua appellatione vtitur cum sextarium vocat sextam ac tricesimā partem modii nostri vinarii, qui octies amphorā capit, præsertim cum semisextarium, id est secundam & tricesimam sextarii nostri, quam ego sextariolum voco. Id tamen vocabulum, id est semisextarium, in vsum linguæ nostræ vernaculæ ex eo venisse puto, quòd Græci cotulam, id est heminam, hemixestum appellant, vt auctor est enarrator Aristophanis, & Suidas. ad quam vocē Græcam alludere videbitur hic vernaculus sermo, nō ad dimidium sextarium, siquis attentè cōsiderarit. Verumenimuero sextarius Romanus in duodecim cyathos distribuitur. Ad cuius rei pleniorem intelligētiam præfari illud habeo, quod penè omnibus notum est, antiquos cum hilarioti cōuiuio sese ad potus solutiores inuitabāt, tot cyathos haustibus singulis ebibere solitos, quot erant literæ nominum amicarum: à quo more illud epigramma Martialis emanauit in primo libro,

Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica falerno.

Inde autem inuenta sunt vocabula triens, quadrans, quincunx, septunx, & reliqua,

Pond. trici.

Equorum sarcinariorum & iugalium pastus.

Sextarius Romanus

Semisextariolus.

Hemixestos.

Mos Symposiacus antiquorū.

A reliqua, quæ non magis pocula quàm mensuras significant: id quod apertè ex eodem poëta libro octauo Epigrammatū nobis datur intelligendum,

Det numerum cyathis, Instantis littera Ruffi:
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Telethusa venit, promissaque gaudia portat,
Seruabor dominæ Ruffe triente tuo.
Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen vtrunque bibam.

B Septuncem pro hausto septem cyathorum dixit, tot enim sunt elemēta in recto Instantis: & trientem pro phiala & hausto quatuor cyathorū. Et rursus in vndecimo quincuncem pro quinque cyathis, & bessem pro octo.

Quincunces & sex cyathos bessēmque bibamus,
Caius & fiat Iulius & Proculus. Et libro duodecimo,
Poto ego sextantes, tu potas Cinna deunces:
Et quereris quòd non Cinna bibamus idem.

Deunces, vndenos cyathos intelligit, vt sextantes binos. Hinc factum est vt nomina illa poculorum apud auctores celebrentur, vt libro primo dixi-

C mus. Nunc autem sic colligo: cum sextarius Romanus in duodecim cyathos diuideretur: ea verò eius vasis quam pintam dicimus, sit mensura, vt qui tantum vini etiam primarii quotidiano prandio bibat, vinosior dici iure non possit: qui autem dodrantem eius nō excedat, id est ternos sextariolos, parcus vini fortasse, aut certè sobrius dici mereatur: non potuisse sextarium Romanum in tot cyathos commodè diuidi, si minor is ea mensura fuisset, quam dodrantem appellaui. Cum enim trientem quadrantémque poculorum vocabula apud Iuuenalem & Persium & Celsum legimus,

D ego legitimam mensuram intelligo, quæ vno hausto biberetur. Reliqua nomina infra suprāque, mensuras magis quàm potoria vasa fuisse puto. Nam & apud Celsum quadrans pro modico potu ponitur, Si quarto (inquit) die cum horrore febris reuertitur, vomere oportet: deinde modicum cibum sumere, viniq; quadrantem. Et libro primo, Post vomitum si stomachus infirmus est, paulum cibi, sed huius idonei, gustandum: & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi sunt. Cyathos hic dixerat quod quadrantem in superiore exemplo dixit. Et alibi, At qui tardè concoquunt, & quorum ideo præcordia inflantur, quíve propter ardorem aliquem noctu sitire consueruntantequam conquiescant, duos trésve cyathos per tenuem fistulam bi-

E bant. Dioscorides de absinthio, καὶ ἀνορεξίας καὶ ἰκτῴρικὸς θῴραπεύει ὁ ἀφέψημα αὐτῶ καθ' ἑκάστω ἡμίσεω κεμβαλόμενον ἐς πλῆθος κυάθων τεσσάρων. Decoctum eius, cibi fastidia, & arquatum morbum sanat, si quotidie terni cyathi ebibantur. Ternos cyathos pro mediocri potu dixit, qui vno hausto sumatur. Et libro tertio Celsus de curatione lentarum febrium loquens, At si diu frigus est, & torpor, & iactatio corporis, non alienum est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, vel cum cibo vinum bene dilutum. Idem de insanientibus loquens, totum sextarium impleuit, Opus est autem cibo infirmo, maximéque sorbitione: potione aquæ mulsæ: cuius ternos cyathos bis hye-

Cyathus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

me, quater æstate dediſſe ſatis eſt. His verbis in ſingulos potus ternos cyathos febricitanti conſtitutos intelligimus, & per dies ſingulos ſextarium. Alibi de cardiacis loquens, Si verendum eſt ne deficiat, tum & intrita ex vino,& hoc ipſum auſterum quidem, ſed tamen tenue, meracum, egelidum,ſubinde & liberaliter dandum eſt adiecta polenta,ſi modò is æger parum cibi aſſumit:idq; vinum eſſe debet neque nullarum virium, neque ingentium. rectéque tota die ac nocte vel tres heminas æger bibet: ſi vaſtius corpus eſt,plus etiam. Tres heminas diurnas Celſus cardiacis ſtatuit,niſi vaſtioris ſint corporis,& vini meraci. De quibus Plinius loquens libro xxiii. Cardiacorum (inquit) morbo vnicam ſpem in vino eſſe certum eſt. Dari vtique non niſi in cibo debet, nec à ſomno, nec præcedente alio potu,id eſt non niſi ſitienti,nec niſi in deſperatione ſumma. Hoc Iuuenalis ſignificat cum inquit,

Iuuenalis.

Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.

Tres heminæ ſeſquiſextarium explent. Ex quo apparet iuſtam propemodũ potus menſurã homini cardiaco ſtatutam eſſe. Nam cum homini ſano iuſta menſura ſit ſextarius in ſingulos epulatus, cardiaco nouenos cyathos ſtatuit, vel ſenos,id eſt binos quadrantes ſi ter epulantes cardiacos intelligamus. Et de cœliacis, Obſeruandum(inquit) nequis aut cibus aut humor vniuerſus detur,ſed paulatim. Ergo per interualla temporis ſat eſt cyathos binos ternósve ſumere,& cibum proportione huius. Et inferius, Potui verò aqua pluuialis decocta,ſed quę per binos ternóſve cyathos bibatur. Cyathis autem antiquos potus ſui menſurã metiri ſolitos etiam inter epulas, ex eo coniicio,quòd ſerui quidã ad cyathos ſtare vel eſſe dicebãtur,vt ſerui ad limina,& ad pedes. Trãquillus in Cæſare, Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi ſtetiſſe obiecit. Iuuenalis Satyra decimatertia,

Ad cyathũ ſtare.

Nec puer Iliacus,formoſa nec Herculis vxor Ad cyathos.

Hoc Græci κυαθίζειν dicunt, quo verbo Plautus in Menech. vſus eſt, Non ſcis quis ego ſim? qui tibi ſæpiſſime cyathiſſo, apud nos quando potas. Cyathus à Græcis ob id etiam ἀστλητὴρ,& ἀρυσὴρ, & ἀρύστηρ, & ἀείτακτα dicitur,& à quibuſdam οἰνοχόη:quæ omnia vocabula ab hauriendo vel fundendo vino dicta ſunt. Stare igitur à cyathis à Latinis dicti ſunt, quos Græci οἰνοχόους appellant. Apuleius pocillatores vocauit. Pincerna non auſim affirmare probum eſſe vocabulum, etiam ſi Aſconius in prætura vrbana vſus eſt, ſi vera ſunt eo in loco exemplaria. Pincerna à Græco deducitur, cui conuiuæ dicunt identidem, πίνειν κέρνα, pinin cirna,id eſt miſce vinum, vel tempera vinum, vt bibam. Honeſtum id olim munus fuiſſe docet Athenæus lib. x. qui apud Græcos morem fuiſſe tradit, vt nobiliſſimi iuuenes in conuiuiis ſacris publicis id munus obirent: nec minus apud Romanos. καὶ παρὰ ῥωμαίοις δὲ οἱ εὐγενέστατοι τῶν παίδων τὴν λειτουργίαν ταύτην ἐκπλῆσαι οὐ πάνυ δημόπλεσι τῆι θυσιῶν. Eſt autem cyathiſſare, vt ex eodem Athenæo nouimus, κυάθῳ οἰνοχοῦν,id eſt cyatho vinum bibendum admetiri. Quare Athenienſes in conuiuiis ſolutioribus inuicem propinantes,cyathos amicitię,& cyathos amoris,& cyathum Demetrii nominatim poſcebant,ſingulis potionibus,

Cyathi græcè nomina.
Oenochoë
Pocillatores.
Pincerna.
Cyathiſſare quid ſit.
Cyathi amicitiæ & amoris.

Actionibus,vt quaternos amicitiæ,& ternos amoris propinantes,& cyathum præterea Demetrii vel Antigoni,qui duo extremi ab aſſentatione inoleuerunt,exoleſcente priſca Athenienſium libertate & generoſitate,vt idem auctor prodidit libro ſexto de adulatoribus loquens. Perſius,

Cyathus Demetrij, Antigoni.

Sed tremor inter vina ſubit,calidumq; trientem Excutit è manibus.

Plinius pro menſura poſuit, Silueſtrium quidem prunorum baccæ vel è radice cortex in vino auſtero ſi decoquantur,ita vt triens ex hemina ſupersit,aluum & tormina ſiſtunt,id eſt vt quatuor cyathi ex ſex ſupersint. Trãquillus in Auguſto, Vini quoq; natura parciſſimus erat. nõ amplius ter bibere eum ſolitum ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Poſtea quotiens largiſſimè ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit:aut ſi exceſſiſſet,reiiciebat. Senos ſextantes pro ſextario dixit, ſed ſignificare voluit,ſenis hauſtibus ſextarium tantum bibere eum ſolitũ. Philippus Beroaldus diligẽs enarrator,ac multæ lectionis, ſextantes ſenos ſex pocula intellexit binas vini vncias continentia:ſicut & apud Martialẽ trientes & quincunces deunceſq;. Antonius Sabellicus eo in loco, ſenos ſextantes(inquit)ad menſuram,an ad pondus referas,in dubium venire poteſt. ſed melius ad menſuram, vt ſit ſextans menſuræ genus, vt quincunx apud Martialem. Beroaldi opinio nec Pliniano dicto nec noſtro conuenit, ſi tamen ita Plinius ſcriptum reliquit, vt cyathus pendeat per ſe drachmas decem,& hemina ſexaginta. quippe Pliniana ratione ſextarius centum & viginti drachmas trahit: at Beroaldus duodecim vnciarum ſenos ſextantes eſſe dixit,id eſt ſex & nonaginta drachmarum, quos planum fecimus ex Martiale duodenos cyathos ſignificare. Quare inſignis hæc fuit hallucinatio,& penè par illi de ſeſtertio. Calderinus vir ingenioſus,& grauis enarrator,nouo genere hallucinatus eſt apud Iuuenalem Satyra. vi. illo in loco,

Beroald⁹.

Calderin⁹.

De quo ſextarius alter Ducitur ante cibum.

Sextarius alter(inquit)id eſt duo ſextantes, videlicet arbitratus ſextarium à ſextante dictum, non à ſexta congii parte, cum ſextarius ſexies ſextantem capiat, ſextans non magis duas vncias, quàm ſextam cuiuſque rei partem ſignificat. Sed horum verborum ſignificatio à nullo, quod ſciam, rectè ac planè adhuc enarrata eſt. Romani autem ſextarium quaſi legitimam ac quotidianam virilis potus menſuram ſtatuentes, ab eo quaſi ab aſſe inciſientes,reliqua vocabula partes eius fecerunt,quomodo & nos pintam virilem menſuram ponentes, ſemiſſem eius parcis vini deſtinamus, dodrantem autem continentibus,quadrantem ægrotis, ſeſquipintam bibacibus,in quotidiano quidem conuiuio. Auguſtus igitur vini parciſſimus dictus eſt à Tranquillo, qui ſuper cœnam plerunque ita ſibi temperabat, vt ternos ſextantes,id eſt dimidiatam aliorum menſuram biberet, & cum licentius bibere ſtatuerat,ſextarium non excederet,ac ne excedere quidem poſſet citra reiectionem: quippe vir infirma valetudine,ac graues & periculoſas valetudines per omnem vitam expertus, vt auctor eſt idem Tranquillus. ob id etiam cibi minimi, adeò vt ante initum vel poſt dimiſſum conuiuium ſolus cœnitaret,cum pleno conuiuio nihil tangeret, quò certiorem ratio-

Potus noſtri ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem cibi potúsque teneret. Hoc mihi conuenire videtur cum eo quod di- F
ximus, vt qui vini modicè sit appetens, dodrantem nostrum, id est ternos
sextariolos quotidiano conuiuio bibat: qui si etiam quadrantem huic ad-
dat, vt plenam mensuram nostram bibat, quam pintam dicimus, ne sic qui-
dem vinosus dici debeat, & tamen hæc mensura sedecim cyathos implec.
Hoc cum exactè considerarem, dodrantem iam dictum, quem sextarium
Romanum esse dico, in treis trientes diuisi totidem calicibus sumptis, &
rursus in quatuor calices quadrantales æquis distributionibus: quo facto G
eum esse captum mensuræ cognoui, vt qui firmo stomacho sit, & interdi-
cto medicorum non prohibeatur quo minus ducere possit ex œnophoro
quantum sitis appetat, is haustu primo cœnæ quadrantem siccare debeat,
addita etiam aquæ tertia aut quarta parte, si tamen sitim expectauerit. qui
autem bibacior paulo fuerit, etiam trientem. de sobriis loquor, sed de iis
sobriis, qui iustum haustum diluendis cibis ducere soliti sunt, quales ple-
rique sunt nostratium hominum, quibus quidem vini potus vitio non
vertitur, id est qui inter vinosos non censentur. nullus enim modus tenu-
lentiæ assuetis & perpotatoribus constitui potest. nec rursus de iis loquor
qui semper siticulosi pytissantium more gustatorum linctu magis quàm H
potu villum transmittere solent. Omnino quadrãtem stomachi firmę con-
stitutionis, trientem etiam sitibundi modum cum aquæ rata portione esse
dico, idq; intra temperantiam. De vinis loquor nostratibus, id est agri Fran-
cici. Quare ab antiquis indita hæc esse nomina ternis quaternisque cya-
this affirmauerim, tametsi Augustus sextantibus vtebatur, cui Antonius
Musa sextantarios modulos, id est dimidio minores legitimis indixerat,
quare quantum sobrii homines bibere soliti sunt quotidiano potu, tan-
tum Augustus bibebat cum largissimè sese inuitauerat. Quòd si verum I
esset id quod apud Plinium legitur de hemina & acetabulo, id est sesqui-
cyatho, sextarius centum & viginti drachmarum esset, id est minor ter-
tia amplius parte, quàm noster dodrans, nec pintæ dimidium caperet.
Hoc enim pondere probare vnicuique nostrum licet. quod quàm sit
absurdum, nemo non intelligit, vt tantula mensura in duodenos cya-
thos diuideretur, & in solutis perpotationibus, & conuiuiorum hilari-
tate, cum sine lege ac sine modo bibitur, quadrantes, trientésque, & (cum
plurimum) septunces pro numero elementorum nominum biberent,
quantum scilicet quisque hodie sobriorum vno impetu familiari cœna
bibit. septunces enim ea ratione sextariolum nostrum non excederent, K
qui modulus est (propè dixerim) potionis medicamentariæ. Antiquos au-
tem parciore vino vsos esse, non eorum est dicere, qui bicongium Ci-
ceronem M. filium, Tricongium Torquatum apud Plinium, & apud
Tranquillum potorem amphorarium legerint: quibus hodie si pares in
Gallia inuenirẽtur, monstri instar haberetur, apud quos Germanorum mi-
litum bibacitas hoc biennio inter miracula celebrata est. quotidianis
enim conuiuiis singuli quaternos quartarios absumere dicebantur. qua
ratione nouem conuiuę binas amphoras exorbebant. Hanc bibendi palmã

Augustus Cęsar quãtum biberit.

Bicongius Cicero M. filius.

Tricongi⁹ Torquat⁹.

Germanorum militum bibacitas.

æquare

A æquare nostrorum hominum profligatissimi vini potores numero trigin-
ta non possent, dũtaxat vt alternis diebus id facerent quod illi singulis fa-
ctitabant. Quid quòd ipsa carmina quæ apud Priscianum leguntur, & se-
cum & cum Plinio pugnant? Cum enim de cyatho dicant,

Bis quinque hunc faciunt drachmæ, si appendere tentes,
Oxybaphus fiet, si quinque addantur ad istas: alio loco ita legitur,
Nam libræ, vt memorant, bessem sextarius addet,
Seu puros pendas latices, seu dona lyęi.

B Addunt semissem libræ labentis oliui:
Selibrámque ferunt mellis supereſſe bilibri.
Hæc tamen assensu facili sunt credita nobis,
Nanque nec errantes vndis labentĩbus amnes,
Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni
Manantes, par pondus habent.

Quonam igitur tandem modo conuenit vt hemina quæ dimidiatũ sexta-
rium efficit, sexagenas drachmas pendeat, & sextarius libram & bessem, hoc
C est centum & sexaginta? Si enim de cẽtum & nonagintaduabus drachmis,
seu duabus libris Romanis trientem, id est duas & triginta abstuleris, reli-
quæ erunt centum & sexaginta. Nos cùm hoc probaremus, aqua puteali
vtebamur, nec scrupulosè differentiam aquarum exquisiuimus, nec in alio
liquore rem experiundam duximus, cum iam tenere veritatem videremur.
Ex Græcis autem auctoribus vix rem cõstituere possumus. Pollux lib. iiii. Cotula.
cotulam tertiam partem chœnicis esse tradit, & medimnũ chœnicas octo
& quadraginta capere, & sextarium octo chœnicas. κοτύλη δ τρίτον τ̃ χοίνικος.
ὁ δ μέδιμνος, χοίνικες ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα. ὁ δ ἑκτεὺς ὀκτώ. Hoc dictum discrepat
D cum versibus illis in quibus ita legitur,

At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit
Heminas, recipit geminas sextarius vnus:
Qui quater assumptus fit Graio nomine chœnix. Chœnix.
Adde duas, chus fit vulgo qui est congius idem.

Pollux heminam tertiam partem chœnicis facit, hæc carmina octauam.
Chus (inquit Suidas) mensura est Attica capiens cotulas octo. Festus hemi-
nam quasi hemis, id est dimidium sextarii dictam esse autumat. Rursus Sui-
das, μέδιμνος μοῦσαν ἔχει, ὡς ἔστι μέτρον ξηρῶν· οβ'. ἤτοι λιτρῶν ρή, id est medimnum mo-
diorum sensũm est, vt sit mensura xestas duos & septuaginta capiens, id est
E libras centum & octo. quo dicto significatur xestẽ sesquilibram pendere,
id est cẽtum & xii. drachmas & semidrachmam. libra enim Attica septua-
genas quinas drachmas pendet. Sic modius qui sexta pars est medimni, de-
cem & octo librarum erit. ita sextarius quæ sextadecima pars est eius, erit
quatuor & octoginta drachmarum & semissis, quod cum Plinii dicto
non conuenit. quòd si litram, id est libram Atticam pro mina intelliga-
mus, vt Hermolaus voluit, & Plinius interdum fecit, sextarius centum ac
duodecim drachmarum & semis erit, quod nihilo magis conuenit. Quòd
autem Plinius libram pro mina acceperit, patet ex Dioscoride vbi de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oxymelle loquitur libro quinto, λαβὼν ὄξους κοτύλας πέντε, καὶ ἁλὸς θαλασσίου μνᾶς μίαν, μέλιτος μνᾶς δέκα, ὕδατος κοτύλας ἑπτὰ, μίξας ἕψησον, ἄχρις οὗ καὶ κάνις ἀναβράσῃ, καὶ ἀφέψας κατάχυσον. Hoc Plinius ad verbum lib. xiiii. sic vertit, Oxymel vocarunt mellis decem libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextariis quinque sufferuefactis decies, mox elutriatis. Quod ille minam, Plinius libram dixit: quod ille heminas decem, Plinius sextarios quinque. Rursus Plinius de eo genere vini factitii loquens, quod cenchrites dicitur, quòd ex milii semine fiat, libram & quadrantem pro mina transtulit. cum enim de adynamo factitiorum primo dixisset, ita subdidit, Proximum fit è milii semine maturo cum ipsa stipula (libram & quadrantem in congios duos musti macerant) & post septimum mensem transfuso. Dioscorides, δεῖ δὲ λαμβάνειν πλὴν πόαν ἀσύρμαστος πλήρη, πίπερον σὺν τοῖς κλάδοις, καὶ μᾶζαν μίαν βάλλειν εἰς οἶνου. β. ἰδὲν δὲ ὑπὲρ μῆνας, καὶ ὅταν μεταχίζειν. Accipere autem oportet hærbam semine plenam maturo cum ramulis, & eius vnam minam in vini congios binos mittere, & sic septem mensibus relinquere, ita à septimo mense diffundere. Sed corruptè apud Dioscoridem Cestrites & Cestros pro Cenchrites & Cenchros in libris impressis legitur. sic enim legi debet, περὶ κεγχρίτου, quum Plinius milium dicat. verius est tamen Plinium errore exemplaris deceptum, Cenchritem pro Cestrite intellexisse. Est autem cestrum Latinè betonica hærba dicta, vt in Dioscoridis libro quarto apparet in principio, qui psychotrophum alio nomine vocat vtrobique, quasi hærbam frigidis locis gaudentem, quæ hodie sic agnoscitur, ex qua fit vinum betonicatum. Hoc autem Plinii dictum vel ex Dioscoride, vt multa alia, versum est, vel ex alio auctore, qui iisdem verbis cum Dioscoride scripsit. Hoc enim non satis constitui potest, vtrum Plinius Dioscoridem legerit, quem vt identidem iisdem verbis sequitur, sic nusquam nominatim citat, ita vt nonnunquam à Dioscoride accepta dissimulandi furti gratia transformare videatur, vt in hoc loco: interdum aliunde secutus videatur, sed vel à quo Dioscorides transcripserit, vel ille à Dioscoride. Plinius Latinum hominem Sestium Nigrum medicinæ diligentissimum appellat, de Castoreo loquens libro tricesimosecundo: qui Niger Græcè scripsit, cum Plinii verba cum Dioscoride collata, ex ipsius Dioscoridis libro traducta esse videantur. Nam Dioscorides Nigrum in hoc secutus non videtur, cum eum inter Asclepiadas recensens improbet: & is tamen à Plinio etiam citatur vbi Salamandræ meminit libro vicesimo nono, his verbis, Sestius venerem accendi cibo earum, si decoctis interaneis & pedibus & capite in melle seruentur, tradit: negátque extingui ignem ab iis. Dioscorides libro secundo, σαλαμάνδρα ἑλὸς ὄζει σαύρας. ἔστι δὲ μείζων κροκοδείλου, ποικίλον, μᾶλλον πισσώδη καὶ καίεσθαι. Et inferius, φυλάσσεται δὲ καὶ μέλιτι περιθεῖσα, τῇ πολῇ καὶ τὸ κεφαλῆς ἀφαιρεθέντων εἰς πῦον ἀνθρώπου χρῆσιν. Hæc verba ita cum Plinii verbis congruunt, vt ab eodem auctore vterque sumpsisse videatur, quo modo & à Crateua vterque sumpsisse aliqua non dissimulat. Alibi Plinius de Opobalsamo loquens, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstiuo vnam concham impleri iustum erat. Omni vero fœcunditate

Dioscoridis locus.

An Plinius Dioscoridem legerit.

Sestius Niger.

Salamãdra

cunditate è maiore horto congios senos, è minore singulos, & cum duplo rependebatur argento: vel potius cum & duplo, vt in emendationibus. Hoc Dioscorides non ad tempus Alexandri refert, sed ad suum, his verbis, ἐᾶι δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον χρόνον μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας σωληροίζεσθαι, πωλεῖται δὲ ὡς τότε τάλαντος αὐτὸ πρὸς διπλᾶν ἀργύριον. Fluit tenui gutta & pauca, ita vt vnoquoque anno non amplius quàm seni aut septeni congii colligantur. cum venditur ibi, duplici argẽti pondere rependitur. Cum Plinius idem cum Dioscoride dicat, apparet tamen eum alium auctorem secutum: sed ex eo restituendus Plinius hoc modo, Omni verò fœcunditate è maiore horto congios senos singulis annis. Quonam modo enim ex singulis conchis congii deni fierent? Et præterea absurdum esset Plinium de singulis diebus id dixisse, cum duplo argento rependeretur. Quòd si nihil addere volumus, existimo sic legendum, Anni verò fœcunditate, hoc est totius anni etiam fertilis fœtu. Verùm hæc de Plinio & Dioscoride obiter dicta sunt. Credo tamen Plinium Latinos etiam auctores aliquos obseruasse, & ob id miscellaneas interdum descriptiones tradidisse, quæ nec planè cum Dioscoride conueniant. Hoc igitur in loco Plinius libram Atticam & quadrantem pro centum drachmis, id est pro mina dixisse videtur, siue hoc innouare ei visum sit, siue ex Græco alio acceperit, qui litram scripsisset, id est libram, & drachmas vigintiquinq;, qui est quadrans non libræ sed minæ. Nam alioquin Plinius parum religiosè Græca hæc vertisse videtur, aut certè parum constãter, siquis diligẽter animaduertat. Theodorus Gaza vir doctissimus vtraque lingua, chum siue choa, sextarium transtulit, & hemichoum semisextarium, diuum Hieronymum in hoc imitatus, qui Ezechielis quarto, choeis Atticos duos, Italicos duos sextarios esse dixit. Interpres Aristophanis in Equitibus, χοῦς μέτρον ἀττικὸν χωροῦν κοτύλας ϛ. Chus (inquit) mensura est Attica capiens heminas octo. quod cum versibus illis non congruit, qui choa duodenas cotulas capere tradunt: vt idem sit congius & chus, quod Plinius itidem in superiori exemplo voluit. Athenæus libro decimo de temulẽtia loquens, inter maximè vinosos homines Alexandrum enumerat. auctorem autem citat Ephippium in libro de Alexãdri & Hephæstionis funere. Erat (inquit ille) inter Macedones Proteas bibẽdi certamine clarus. hunc in cõuiuio Alexander poculo bicongio prouocauit (bicongium nunc appello quem ille dichum Græce dixit) Quum igitur Alexander bibisset, Proteas Rege multum laudato, qui egregiè tantum calicẽ exorbuerat, & ipse quoq; ea fide atque integritate bibit, vt ab omnibus plausu exciperetur, ἀλέξανδρος μὲν κύλικας ποτὲ ποτήριον λίχνον, καὶ πιὼν πρὸς πίνει δὲ πρωτέα, καὶ ὃς λαβών, καὶ ἄλλα ὑμνήσας ἐν βασιλικῷ, ἔπιεν, ὡς οὐδὲ πάντων κροταλιεθῶσαι. Mox Proteas eodem poculo cum Regem prouocasset, bibissetq;: Alexander generosè conatus iterum calicẽ eundem ducere, cum partem iam traxisset, resupinata in lecti puluinar cerui-ce, poculum manibus emisit. quo ex certamine in valetudinem incidit, à qua tandem iugulatus est, vt Ephippius tradidit, qui ab aliis historicis in hoc dissensit. cum enim veneno sublatum dicunt. Fabularem autem eam historiam esse ex eo cõiicere licet, quòd subdidit id regi cõtigisse ob The-

Chus.

Alexand. Magnus vinosus, Proteasq;.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bas oppugnatas, videlicet infenso Liberi patris numine, qui Thebis natus esse dicitur, καὶ ἐκ τότε νοσήσας ἀπέβαλε, τῆ διονύσῳ φησὶ μηνίσαντος αὐτῷ, διότι πλὴν παρῆλθε αὐτῆ τὰς βύβλους ἀδηλιόρκησε. Idem Athenæus alibi eodem libro, μίλων ὁ κροτωνιάτης ὡς φησιν ὁ ἰσραηλίτης θεόδωρος ἐν τοῖς περὶ ἀγώνων, ἔλαβε μνᾶς κρεῶν ἔκεσι, καὶ ζεσταὶ τρεῖς ἄρτων, οἴνου τε χοᾶς ἴσπιε. Milo Crotoniata, vt auctor est Theodorus Hieropolitanus in libris de certaminibus Græciæ, minas viginti carnium, & totidem panis esitabat: & tres congios vini bibebat. Congius, id est chus, in hoc & superiore exemplo idem non fuisse videtur, cum Milo vna cœna tres congios absumeret, & Alexander vno haustu duos biberet. Oportet enim eam mensuram liquidi congruere cum pondere aridi pulmentarii & panificii. Varietatem igitur eam efficit auctorum diuersitas, qui mensuras quisque patriæ suæ secuti sunt, aut eorum certè de quibus locuti sunt. Xestes autem quid sit apud Græcos, non facilè dixerim. Dioscorides de Christo lacte loquens, ἥψησε δὲ πρὸς τὸ μὴ ἐπιθήγειν τὸ γάλα ἐν τῇ ἑψήσει, ἀποχῳ ἐκ ψυχροῦ ἀποφᾶρ τ χάλκ τ χύθρας, καὶ ξέστου ἀργυροῦν πλήρη ὕδατος ψυχροῦ καθεῖναι. Hoc Plinius lib. xxviii. sic trãstulit, Quum feruet, ne circunfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita, ne quid infundatur. Cyathum Plinius pro Xestedixit. Alibi ferè sextarium vertere solet, vt lib. xiiii. Fit absinthites in. xl. sextariis musti absinthii Pontici libra decocta ad tertias partes, vel scopis absinthii in vinum additis. Vbi refragantibus omnibus exemplaribus, ex Dioscoride sic lego, Fit absinthites. xlviii. sextariis musti absinthii Pontici libra decoctis ad tertias partes. οἱ μὲν γὰρ τοῖς. μ. καὶ. ἡ. ξέστας τῆ ἰταλικῶν χοάνων, μίγματος ἀψινθίου ποντικοῦ λίτραν μίαν, ἕψησι μέχρι τ τρίτου ἀφηλφθῆ. Quidam autem (inquit) duodequinquaginta sextariis Italicarum amphorarum miscentes libram vnam absinthii Pontici, decoquunt quoad tertia pars residua sit. Et de Nectarite, ὁ δὲ νικτερίτης σκευάζεται ἐκ τῆ ἑλενίε, ὃ ἔνιοι μηδίκιον, οἱ δὲ συμφύτον, οἱ δὲ ἰσάτιον φλόμον, οἱ δὲ ὀρίγανον. ῥίζης ξηρᾶς ὀγκίων. ς. σπάσας εἰς ὀβόλιον κάθες εἰς χοᾶς. ε. ἡδύκρας. Plinius totidem penè verbis, Inuenitur & Nectarites ex hærba quam alii helenium, alii medicam, alii symphyton, alii idæon & orestion, alii nectareum vocant, radice ponderis X L denariorum in sextarios sex musti addita. Hoc tãtum refert, quòd ille quinque vncias dixit, Plinius autem quadraginta denarios, ea ratione, qua centum denarii minam efficiunt, vt sæpe diximus. Sed illud aduertendum, quòd chum pro sextario Plinius intellexit, quum alibi (vt diximus) pro congio acceperit, de miliato vino loquens, quo modo & vbi de myrtite loquitur. nam quum Dioscorides dicat, δεῖ λαβόντα τῆ μηλαίνων μυρσινῶν τῶν ἀκρέμονας, βαλλᾶν εἰς τοὺς ζεῖς τῆ ἡδύκρατ χοᾶς: Plinius, Græci (inquit) myrtite hoc modo faciunt: ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis tusis, libram in tribus musti congiis deferuere faciunt. Congios nunc transtulit choas, quum prius sextarios vertisset. Rursus Dioscorides de Rhodite, ῥόδων ξηρῶν κεκεμμένων μνᾶν μίαν σπάσας εἰς ὀβόλιον, κάθες εἰς ἡδύκρατ ξέστας. ἡ. μῆξε δὲ τοῖς μνᾶς σιλίκης μετάκιζε. id est, rosæ aridæ contusa folia ad minam vnam in linteolum alligata demittito in musti sextarios octonos, & post tres menses percolatos in aliud vas transferto. Plinius autem sic, Rosæ foliis tusis, in linteolo q; in mustum collatis cum ponduſculo vt sidat, X L pondere denariorum

Milonis voracitas.

Congii diuersa acceptio.

Plin. locus

nariorum in sextarios vicenos musti, nec ante tres menses vase aperto. Hũc locum immutauit Plinius, vt nec Dioscoridem, nec eundem cum Dioscoride auctorẽ secutus primore sensu videatur. Dioscorides præcipit in octonos sextarios musti minam vnam rosæ tusę coniici, Plinius in sextarios vicenos quinque vncias. Quare fieri potuit, vt Plinius vel librarii vel à manu serui vitio notam minæ pro nota vnciæ intellexerit, & xestas pro cotulis acceperit. sic fit vt quum singulas vncias rosę tusæ octonis heminis vini sufficere existimarit, quadraginta denariorum pondus, id est quinque vncias quadragenis heminis statuerit, quum ad verbum referre Dioscoridis locũ nollet, aut eius quem Dioscorides secutus est. Idem, E napis fit X denariorum pondere in sextarios binos musti addito. Dioscorides, βαπὶς ὀγκίας δύο κόλυας, κάθες εἰς κοτύλας ἡδύκρατ τέσσαρας, id est, napi vncias duas cõtusas in quatuor musti cotylas demittito. Secundum hoc non decem denariorum, sed sedecim legendum est apud Pliniũ. In antiquis exemplaribus numerus ille corruptus est, vt in quibusdã desit, in nõnullis duũm nõ decẽ legatur. Verùm Plinius libẽs facit vt octo denarios pro vncia dicat. Quòd autẽ Plinius modulos & numeros ex Dioscoride mutet interdũ, seruata tamen proportione, exemplũ est in mẽtione hyssopitæ. Similiter (inquit) fit hyssopites è cilicio hyssopo vnciis tribus in duos congios musti cõiectis, aut tusis in vinũ. Dioscorides, ὑσσωπίτης ὁ ἐκ τῆ κιλικίε ὑσσώπε χάλλιστός ἐστι. δεῖ δὲ καὶ ἐν χοᾶμίῳ τῆ ἡδύκρατ λίτραν μίαν τῆ ὑσσώπε κεκεμμένων τῆ φύλλων πεττεσθῆναι. Hyssopites (inquit) qui ex hyssopo cilicio fit, optimus est. addere oportet amphorę musti libram vnã hyssopi foliorũ cõtusorum. Hoc Plinius mutatis (vt diximus) modulis verbisq; retulit. Idem est enim in amphoram, id est in octo & quadraginta sextarios libram vnam hyssopi coniicere, & in duodenos sextarios, hoc est binos congios, quadrantem, id est vncias treis. Hic obiter adnotandum, ceramium Græcum idem esse quod amphoram: quod & eodem auctore planum fit in mẽtione absinthiati vini, quam suprà posuimus. Dioscorides de Elelisphacite, ὀγκίας. ιβ. ἐλελισφάκε ἐς ἡδύκρατ ἀμφορέα ὃ ὅστι χοᾶμιον, κάθες. id est, saluiatum ita conficitur, si vncias octonas saluiæ in musti amphoram, quod di & malobathri selibris in musti congios duos additis. Dioscorides, ὁ δὲ διὰ σευακῆς κάρδε καὶ κελτικῆς καὶ μαλαβάθρε σκευάζεται ὅπως. ἑκάστε ἡμίμναιον λαβὼν εἰς ἡδύκρατ κάθες. Dichum, id est choas duos, Plinius haud dubiè congios bimos transtulit. Dioscorides, ὁ δὲ οἰνάνθινος σκευάζεται ὅπω. λαβὼν τ ἀγρίας ἀμπέλε τ ἄνθος βρυούσας ξηρὸν, μνᾶς δύο εἰς μισυκτὸν ἡδύκρατ πρὸς ἡμέρας. λ. εἶτα διυλίσας ἀποθε. Hoc Plinius sic vertit, Fit è labrusca, hoc est vite sylueſtri, quod vocatur œnanthinum. flores eius libris duabus in musti cado macerati post X X X dies murantur. quod Dioscorides metretã dixit, Plinius cadum transtulit: quod & ipsum Græcum est, sed vtroque nostri vtuntur. Metreta enim Cato & Columella vtuntur. est autem congiorum decem, vt auctor est Dioscorides libro quinto his verbis, ἔστι δὲ ὁ μισυκτὸς χόες δέκα. Decem autem congii sexaginta sextarios valent, id est amphoram & quadrantem. Pollux tamen in decimo de vocabulis ait Cratinum comicum metretam amphoram appel-

Ceramiũ.

Metreta & cadus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lasse. Idem etiam Philochorum tradit in libro quem de lingua Attica composuit, scripsisse, cadum & amphoram apud antiquos idem fuisse, ideóque hemiamphorium, id est semiamphoram, etiam hemicadum dictum: verùm Epicharmum, cadum & amphoram vt distincta posuisse. In carminibus quæ apud Priscianum leguntur, cadus & amphora Attica pro eodem pronuntur his verbis,

F

Attica præterea dicenda est amphora nobis
Seu cadus: hanc facies, nostræ si adieceris vrnam.

Quibus verbis significatur Atticam amphoram & cadum sextariorũ duorum & septuaginta fuisse, id est duodecim cõgiorum: quo fit vt Attica amphora hemiolia Romanæ fuerit amphoræ. Ego Dioscoridis opinioni accedere malim. De Græcis igitur quibusdam vocabulis nihil fixum statuere possumus, quandoquidem Plinius id præstare nõ potuit, quippe quum nec ipsis Græcis de ea re conueniat, quæ pro locorum vrbiumq; varietate, ac temporum fortasse, idẽtidem euariarunt. nam & in hac vrbe (vt diximus) tot mensurarum ratio à vicorum aut certè regionum magistris reposcenda est, quam nemo vnus tenet. Sed nec libram Græcam Plinius à Latina distinxisse manifestè videtur, quod meminerim me adnotasse. Hoc tamen tenebimus, amphoram & ceramiũ eandẽ esse mensurã, vt metretam & cadum, quod verbum apud Plinium & alios nostros sæpe legitur. Si quis tamen animaduertat orationem Demosthenis quæ πρὸς τὸν λακρίτου παραγραφὸν inscribitur, mirabitur precium vini importati in Pontum ex vrbe quadam Thraciæ, talentum argenti statui, etiam cum naulo & apparatu necessario, & tot ceramia icosoro naui importata esse, id est, εἰκοσαχόαπον, licet Athenæus in quinto ἀντὶ τ' εἰκοσόρου vsus sit, de Hieronica naue loquens, τὸν δὲ τοῦτο χιλίας ταῦτας κεράμια ἄγεσθαι εἰς τὸν πόντον εἰκοσόρῳ. Quibus verbis coniicere licet ceramium Atticum Demosthenis tempore minus fuisse amphora Romana, nisi potius intelligamus ceramia Thracia non Attica ex vrbe Menda in Pontum importata. In qua oratione stamnum & ceramiũ pro eodem ponit. Medimnũ etiam tenebimus sex modios capere, id est duodequinquaginta chœnicas, seu duodequinquagies binos sextarios. Porrò sextariũ medimni, id est modium, octo chœnicas efficere, id est sedecim sextarios. nam hemimedimnus quatuor & viginti chœnicum est, cuius bes triteus à Græcis dissyllabo nomine nuncupatur, id est tertiarius, sedecim chœnicas continens, & duos & triginta sextarios. Triens autem hecteus itidem dissyllabo nomine dicitur, octo scilicet chœnicas capiens, sic ab eis dictus, quòd medimni sit sextarius. Quatuor chœnices hemihectum dicitur, id est semisextarius medimni, quod & hemihecteum dicitur, vt apud Aristophanem Nubibus, πρίαι ναῦν ἡμοὶ ἀ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον, id est, fac nunc mecum sponsionem ni tetrametrum sit semisextarius. semisextarium tetrametrum appellat, id est quatuor mensuras continentem, quatuor chœnicas scilicet. Est autem comica allusio ad carmen tetrametrum. Nam quod Socrates de pedibus dixerat poeticis, id Strepsiades poëticæ ignarus ad chœnicas retulit, quasi alia metra mensuraſq; non nosset, quàm vascularia. ex cuius poëtæ enarratore

Ceramiũ Thraciẽ idẽ quod stamnum.

Chœnix, τρίτεύς.

ἕκτεύς.

ἡμιεκτέον.

A enarratore & ex Polluce illam medimni diuisionem collegimus. Quanquam hoc cõfirmat Harpocration in Lexico oratorio in verbo ἡμίκαδον. qui etiam medimnum chœnicas duodequinquaginta capere dixit: & modium qui κάδος appellatur, octo chœnicas. Quòd si medimnus sex modios Italicos capit, vt locupletissimis testibus comprobatũ est: quum sextarius medimni sint octo chœnices, chœnicem binos sextarios, & quaternas cotulas capere necesse est. modius enim sedecim sextarios capit. Nec cõsentaneum est id quod à Polluce dictum est, cotulam tertiam partẽ chœnicis esse, quaB si scilicet chœnix sesquisextarius Italicus fuerit. Quo minus probanda est Theodori Gazę viri medici opinio, qui sextarium quodam in loco vertit. Nihil autem certius inueni quàm quod apud Hesychium legitur, qui Anastasii Imperatoris tempore scripsit, cum res Romanæ iam Græcis hominibus planè innotuissent. Cyathus (inquit ille) capit liquoris vncias duas, λίχνον δὲ κύαθος ὑγροῦ πινὸς ἀγχίας δύο. Si cyathus vncias duas capit, & sextarius igitur vncias capit quatuor & viginti, id est cẽtum nonagintaduas drachmas: & sic ad momentum extremum conuenit nobiscũ Hesychius: nec cyathus decem drachmas, sed sedecim capere comprobatur: qui numerus duodeC nario multiplicatus, duas libras conficit. Hesychium autem de Romano cyatho locutum ex eo patet, quòd vncias duas Romano vocabulo dixit. Quare confectam (vt arbitror) probationẽ habemus. Comperto enim cyathi modulo, reliqua dubia esse nequeunt. Herodotus in Polymnia, id est libro septimo, de copiis Xerxis loquens Græciam inuadentis, ὥστε πεντηκοσίας μυριάδας καὶ ἄνευ τῆς ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, καὶ ἑξακοσίους ἄνδρας ἔφερε ὁ στρατὸς μέχρι σπιτάδος καὶ θερμοπυλέων. Ita bis (inquit) & quinquagies centena & octogintatria millia, & ducentos viginti homines Xerxes ad Thermopylas vsque duxit. Et paulò pòst, ὥστε οὐδέν μοι θωῦμα παρείσκεται πεοὶῦναι τὰ ἕλεθρα τῶν ποταμῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως τὰ σιτία ἀντέχοντα θωῦμά μοι μυριάσι τοσαύτῃσι μυριάδας μεδίμνων πλεομένας ὧδ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ, μὴ πρὸς τεσσεροίσι π ἄλλοις μεδίμνοις παραφέροντα. id est, Itaque mirum mihi non videtur quorundam amnium fluenta defecisse tot hominum millia: sed quonam modo frumentum suppetierit tot hominum millibus, id verò mirum videri potest. Siquidem vt chœnicem frumenti quisq; in singulos dies acciperet, ac nihil amplius, subducta ratione inuenio centena dena millia medimnũ quotidie absumi porD tuisse, & trecenta præterea quadraginta medimna. Hoc loco vertendo Laurentius Vallensis vir de literis meritissimus, errore lapsus est tanto ingenio E indigno. Sic enim vertit, Quo minus miror proditum esse fluenta quædam non suppeditasse: magis miror vnde tot myriadibus cibaria suppetierint. Nam subducta ratione sic comperio, si singuli quotidie singulas frumenti chœnicas, id est semodia non amplius accepissent, absumpta fuisse singulis diebus centum millia medimnorũ, & trecentos ac quadraginta medimnos: qui singuli constant è senis modiis. Sic legitur in libris impressis: sed centũ & decem millia Laurentium scripsisse non dubito. Mitto igitur quòd illa verba, proditum esse fluenta non suppeditauisse, male versa sunt: quia He-

Theodori lapsus. Hesychius

Sextarius bilibris.

Cyathus secundum Hesychiũ.

Herodoti locꝰ de copijs Xerxis

Vallen. erratum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rodotus id affirmare videtur,amnium fluenta prodidisse, hoc est destituisse f exercitum tantum. Hoc igitur vt mittamus tanquam ab interprete aliud agente versum,ne hoc quidem dixit Herodotus, quid chœnix, quid medimnus caperet. At Laurentius vtrũque ex persona sua interpretatus, in altero lógè falsus est. Videamus igitur quonam modo rationem inierit vt hæc verba ad Herodotum adderet. In vndecim myriadibus,vt locutus est Herodotus,id est in centum ac decem millibus & trecentis medimnis, mille ac centum hecatontadas,id est centenarios millium esse planum est. hanc summã sexies ducere debemus, vt ex medimnis ad modios veniamus: quo G fit vt iam sex millia sexcenti, decem & octo centenarii millium fiant: tum eam summam rursus duplicabimus,vt ex modiis semodii fiant,id est chœnices, vt Laurentius voluit. sic fiet summa centenariorum,tredecim millia ducenti ac trigintasex. Hanc centenariorum summam si ita partiamur,vt ex centenariis millenarii fiant, quas chiliadas Herodotus appellat, fient omnino mille trecenti vigintitres millenarii, & sex centenarii,id est tredecies centena ac vigintitria millia sexcenti, homines totidem & chœnices. Restant quadraginta medimni in ducentos & quadraginta modios dividendi,& hi rursus in quadringentos octoginta semodios & chœnicas, qui f numerus iam dictæ summæ accedit, vt sint tredecies centena vigintiquatuor millia & octoginta. qui numerus longè abest à quinquagies bis centenis millibus, & reliquis numeris excurrentibus. Quare planum fit Laurentium Vallensem,nusquam non ferè acrem hominem & vigilantem, tamen oscitanter hunc locum traduxisse,penè nihil vt pensi habuerit, tum lectoribus Herodoti,qui Græcum non obseruant exemplar, insigniter impo fuisse. sed auctorem eum cum Herodoto habemus, medimnum nõ latinè modium,sed sex modia significare, quod Politianus ignorasse videtur, & ante eum nonnulli librorum Græcorum interpretes. Quare apud Plutar-
Plutarchi locus. chum latinè versum in Lucullo quod legitur, Lucullũ penuria commeatuum pressum,quum in Mithridatem infestis copiis contenderet,triginta secum millia Galatarum duxisse, qui totidem modia tritici portarent: medimna legendum est,vt singuli senos modios gestauerint, homines prævalentes corpore. Sic enim apud Plutarchum legitur, ὥς π γαλάτας ἕπταξ τριακοσίους, ἑκάστῳ ἀνὰ πέντε ἅμαι κεκριθῶς σίτου μεδίμνους. Nam apud nos geruli frumentarii vulgò duodenos modios ex portu in horrea portant. quare Galatæ homines prævalidi senos onere viatorio modios gestare potuerũt, qui minores erant nostris,vt suprà docuimus,quanto mẽsura rasa à cumulata differt. K & præterea medimni illi fortasse minores erant Atticis. Vt igitur mentem Herodoti assequamur de chœnice,age fac modium nõ binas tantum chœnicas,vt Laurentius voluit,sed octonas cepisse,id quod suprà diximus: hoc posito, summa sex millium sexcentorum decem & octo centenariorum, non duplicatò tantum,sed octuplicatò crescet,fientq; duo & quinquaginta millia nongenti quatuor & quadraginta centenarii, qui bis & quinquagies centena nonagintaquatuor millia quadringentos faciũt. Par est enim dicere,bis & quinquagies centena nonaginta millia,& bis & quinquagies millies

A millies centena,millieſq; nonaginta. sic in superiore numero tredecim millia ducenti centenarii efficiunt centies tredecim millia & centies ducenta, hoc est tredecies centena & viginti millia. ergo si bis & quinquagies nonagintaquatuor milibus & quadringentis chœnicibus, quadraginta medimnos,id est ducentos & quadraginta modios addideris, & pro his octies multiplicatis, mille nongentas & viginti chœnicas, fient in summa bis & quinquagies nonagintasex millia trecenti & viginti viri, & totidem chœnices,& computatione Græcorum myriades quingentæ & vigintinouem,
B & præterea sex millia trecenti ac viginti viri. Myrias(vt sæpe dixi) decem millium numerum significat. Apud Herodotum autem numerus hominum legitur myriades quingentæ vigintiocto, & tria millia ducenti & viginti. ita fit vt numerus chœnicum superet numerum hominum tredecim millibus & centum,quod errore calculi factum est,siue Herodoti culpa,siue emendatorum fuit. Intelligimus tamen(id quod quærimus) Herodotũ censuisse chœnicem non semodium sed modii octauam partem esse. Esse autem errorem calculi in hoc loco,nõ magis mirum est,quàm eo loco vbi tributorum Persidis fit mentio, vt suprà adnotatum est. Quòd autem in su
C periore calculo lapsus non sim,quanquam loco lubrico, facilè sciri potest, si quis numerum medimnûm,id est centum & decem millia trecenta & quadraginta sexies ducendo,ex medimnis ad modios transeat. sic enim iam fient sexcenta sexagintaduo millia quadraginta: quæ rursus octies ducta,vt ex modiis chœnices faciamus, fiunt in summa, quinquagies bis nonaginta sex millia trecentæ & viginti: tametsi siue vno,aut altero loco,siue in pluribus lapsus sim in summis supputandis, indulgẽdam mihi veniam facilè ab optimo quoque viro promitto,modò ne calculi errore ductus, falsò quip
D piam constituerim: id quod vitasse me omnino existimo. nec tamen(quæ est humana conditio)temere aliquid affirmauerim, vt omnino regressum mihi ad maiorem etiam veniam negem, quam ne ambitiosis quidem precibus,& penè supplicibus(si res ita tulerit)exposcere grauabor: quippe quũ ne eximii quidem scriptores extra aleam fuisse hallucinandi quotidie reuincantur. Quo minus ita existimari velim,quasi mihi firmius aliud præsidium actionum etiam mearum omnium esse nedum scriptionum credam, quàm in ara(vt ingenuè fatear)misericordiæ situm. Quòd si Cassiani quiE niæ spem abscissam esse pronuncient(id enim vnum vereor) candidissimũ quẽque lectorem(vt spero)licebit appellare, iisq; supremum calculum porrigere,qui ex bono & æquo ius dicunt de mulcta meritoq; scribẽtium. Nã iure ad eos prouocandi sublato,quotusquisque experiri audeat vel aduocata facundia fretus atque subnixus? Atenim in auspicando hoc opere nullum me iudicem reiecturum esse præfatus sum, duntaxat non nescium iudicandi: nempe eo staturus omnino,quod docti censuissent. Vbi nunc igitur illa fiducia operis arbitratu omnium approbandi? Equidem non ideo hæc dicenda duxi, quòd conscientiam non eandem nunc in fine suscepti operis feram,quam iam inde ferebam à primordio, neque ille animus con-

Deprecatio ad lectores & iudices huius operis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidit rei compertæ securitate præfidens, sed altiores spiritus in principio sublati vt attentionem mihi facerem, peroraturo me, sensim submittere se debuerunt hominum beneuolentiæ, vt si deducenda re in iudicium & pertractanda aliquid imprudens offenderim (vt est humana natura tenoris in offensi nescia) id iuri certo ne obsit. Id verò ita condonari mihi postulo, si iure communi atque omnibus vsurpato postulo. quod si mihi non negatur, nihil iam lectores moror quo minus de capite & existimatione mea in consilium statim eatur. Hanc enim sortem (vt spero) deo bene iuuante in vrnam cõiecimus. Quapropter Mineruam Mercuriumq; huius generis iudiciorum præsides, potentesq;, vimq; omnem imaginariam numinum, precisci æui suffragiis atque superstitione literarum studio præfectorum, oro, fas est, atque obtestor, si liberalium disciplinarum antistites syncera atque assidua obseruantia colui, ex quo primùm, licet serò, his sacris initiatus sui, huius vt iudicii euentum mihi bonum, faustum, felicemq; faciãt. Cuius voti compotem ita futurum me censeo atque exposco, si omnium maximè studiosiorum hoc sacramẽtum bona fide suscepi, constanterq; seruaui: quam vel vna re maximè diis litari solet ipsis. Neque enim tot stipendiis Mineruæ faciendis æra vnquam mœrentem me, nec quæstus ambitusq; blandimentis à signis Philologiæ quisquam vidit emansitantem: sed nec vxor, nec liberi eiusdem sacramenti fortasse futuri tyrunculi, procacissima duo studiorum auocamenta, dieculam vnquam mihi vnam exemere temporis literis destinati, duntaxat quantũ mihi licuit à munere publico feriari. Vtinamq; diuina benignitate commodior antehac nobis valetudo rebus cæteris competiuisset. Alacrem certè ac sui iuris animum præstiteram, earumque rerum curis vacantem, quæ identidem interpellare literarum studia dectitantur. Quin ne sic quidem etiam missionem vnquam ab statiuis iis castris postulare certum est, quorum nunquam emerita stipendia strenuissimo cuique fuisse censeo: tametsi inter causarios profiteri multis ipse nominibus potuissem, & ad rem quoquo modo immigrare faciendam, cuius fidue constantiæ siue pertinaciæ exemplum à nullo adhuc nostratium prodi-tum esse noui. Etenim praua hominum nostrorum opinione, temporumq; iniquitate factum est, vt res iis literaria decoxisse videatur, qui post adolescentiam, quum causas ipsi possent actitare, aut circa patrimonium augendum quoquo modo satagitare, literarum studiis vacare maluerunt: quod genus ociari vulgus etiam prudentum, & cessare appellat: videlicet cuiusq; operæ nauatæ fructum in numerato positum esse credentes, philosophiæ & philologiæq; (qui est amor literatæ sapientiæ) inania ieiunaq; nomina cauillantes, atque iis demum decora esse dictitãtes, quos res atque fides per ignauiam vmbratilem socordiamq; defecerint. Nuper tamen instauratæ vtriusque linguæ felicitate studia iuuenum nostrorũ magnopere exarserunt, pauci enim literarum admiratione ducti, pertinaci studio multorum æmulationem excitauerunt: simul Italorum industria, qui libros in dies alios atq; alios ediderunt, literarum bonarum nomẽ non pridem nostris inauditum, primùm inuisum, deinde neglectum, postremò festiuum ac plausibile esse cœpit.

Stipendia facere Mineruæ, & æra nõ mererе, est q̃stum nõ facere ex studio literarũ, vt ij faciũt qui stipendia vel publica accipiunt vel priuata.

Emerita stipẽdia dicuntur, cũ veterani militię vacationem impetrant.

Causarij milites ante tempus immunitatẽ obtinẽt propter aliquam causam iustã.

Philologia.

A cœpit. Nunc etiam eousque honori habitum, præsertim literarum græcarum auctoritate (quæ ab initio ipsæ prodigiosæ, ac propemodum diræ putabantur) vt ii qui maximè refractarii per insciti am futuri videbantur, liberos suos iis literis instituendos iam percupidè tradant, nominatim etiam quasi ex formula cauentes, vt literis bonis probatisq; eruditi reddãtur. Hic iam est animorum habitus: tametsi paucis ad frugem bonam euadere contingit, non ingeniorum culpa (vt Francomastiges volunt) sed hominum errore, qui paucorum annorum cultu acquiescentes, literarum & studii fru-
B ctum in ima vena inquisitionis reconditum esse nesciunt, sicut omnium artificiorum indicaturam expolitio facit. Sed sic quoque iuuat multos existere, qui vel præcoci fructu studiorum gaudeant, & ad alia vitæ instituta transeuntes, partim honorem literatis habeant, partim etiam literatorum ipsi videri numerum augere velint. Est enim ea ratio animorum culturæ, vt vel serotina, vel præmatura, vel incohata tantum, nunquam frugiperda sit. Qui autem vel quæstuariæ ætatis, vel ambitui iam maturæ & accõmodatæ dispendio, disciplinis etiam ciuilibus studere citra compendii spem instituant, rari inueniuntur hodie: quandò perire id omne tempus putatur mul-
C torum opinione, quo nec res plenior fit, nec fastigium hominis crescit gerendis magistratibus. In rebus autem humanis nulla (vt quidem reor) maior est indignitas, quàm quum fortuna vndique constans, omniumq; rerũ aut plurimarum secura, literarum amœnitatem floccipendens, inertiam vt blãdam amplectitur (quod rarò non euenit) aut quum studium literarum flagrans in claris ingeniis, improbitate fortunæ, res mediocris deficit. Sed vt ad me redeam, etsi crimen nondum agnosco, eiurare tamen veniæ petitionem nolim, si ita forte commodum sit. etenim (vt est humani ingenii male firma natura) vereor necubi lapsus sim imprudens, quum tot loca lubrica
D pertrãsierim. Sed & illud subinde recursat, ne piaculare existimetur, aut certe suapte conditione inuidiosum, me hominem nulla auctoritate nixum, nullis præceptis magistrorum imbutum, maiestatem sæpe Pliniani nominis attentasse, superioris æui opinione consecrati. Quanquam non meum hoc exemplum, sed tertias iam manus (vt minimum) censorias pertulit, & sic quoque doctorum sententia longè abest vt ex reis falsi auctoribus liber ipse, impostura q; temeritę atque animaduertẽdę, publicè eximatur. Quorum enim quisq; hodie flagitiis eius adnotandis abstinet (libri dico, non auctoris) vt quisque commentantium aliquid potuit comminisci? Nec id mi-
E rum videri debet: omnes enim iamdiu inquirimus veritatẽ, quam per exoletissima vtcunque vestigia confusissimaq; inuestigasse, palmarium semper existimatum est. Hac via maiores nostri linguam vtranque bona ex parte restituêre nobis. Quidni igitur eorum vestigiis insistẽtes, longissimè etiam abstrusas repetamus reliquias veritatis? In hac autem indagine maximè nos torserunt fallacia quædam mendosaq; vestigia, quæ primore aspectu certa, in tenebras tandem erraticas ferebant. Ibi deprehensa cura ac vigilantia sæpe hærere coacta est, cœptamq; interdum inquisitionem abrumpere animi destinatione subita. Reuocabat enim me subinde reprehensabatq; absolu-

Frãcomastix dicitur Frãcorum hominum obtrectator, vt Homeromastix Homeri.

Frugiperdæ arbores dicuntur, quarũ flores vanescẽtes ad fructũ non perueniũt.

Eiurare venię petitionem, est iureiurando promittere se veniã nõ petiturũ, id est ei iuri renunciare, vt quidã loquuntur.

Deprehensi dicuntur qui vltrà progredi vel nequeunt vel nõ audent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæ rei desperatio, verebarq; interdum si per confusa perplexáque vestigia rem indagare pergerem, cuius exitum certum inuenire non esset, ne in ambagiosum quoddam opus insinuarem incautus. Hic si quis à me quærere institerit, quî fieri tandem potuit vt idem auctor Plinius in diuersis exemplaribus sui prorsus dissimilis factus sit: (hoc enim sæpe affirmauimus) huic ego primùm illud Homericum respondere non dubitem ex libro Iliados vndeuicesimo,

Αλλὰ τί κεν ἔξεμε μι; θεὸς λιγὺ πάντα πλυτῷ,
ῥίσβα διὸς θυγάτηρ ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται.

Sed quid agam? dæmon proles Iouis, omnia versans
Euentu vario, nulli non officit Ate.

Ata. Quid enim aliud causæ esse dicam, quàm quòd dea quædam potentiáque malefica per omnia humana acta bacchatur, Ata nomine, Stygii Iouis filiarum natu maxima, quæ homines infortunio quodã semper afficere gliscit, humanis ipsa rebus exitum nunc dirum, nunc noxium & incommodum inducens? Hanc ego Atam latinè noxam appellare soleo: Hebræi Satanam appellauerũt. Deinde illud Virgilianum addam ex poëmate Georgico, -Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri:
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit. & reliqua.
Nam & Plinius ipse si nunc reuiuiscat, & ab eo quæratur cur multis in locis commodè intelligi nequeat: sic forsan respondeat ex eodem poëta,

Εγὼ δ' οὐκ αἴτιός ἁμι, Αλλὰ ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠδοφοῖτις ἐριννύς.

Haud ego causa fui, Stygius sed Iuppiter, atque
Eumenis in tenebris grassans, ac Parca maligna. id est,

Nolite committere vt id mihi vitio vertatis, cuius ego insontem planè me ostendere possem, & cuius culpa debet in Iouem illum Stygium, ac Parcas ipsas reiici, Erinnynq; illam, diram tenebrarum incolam: quæ maleuola numina, rebus humanis infensa, maleficam noxam interturbandis & corrumpendis operibus actisq; mortalium omni hora summittunt. Profectò admirari sæpe subit tam latè serpsisse errorum contagia, vt omnia exemplaria quibusdam in locis itidem deprauata fuerint. Sed sic natura comparatum esse scimus, vt situ squaloreq; omnia obducantur, quæ diu condita in luce non proferuntur, vt terras incultas senticeta occupent, segetesq; neglectæ loliis & carduis præfocentur. Hac ratione antiqua volumina seculis impe-ritis vitiata sunt, exemplaribus aliis aliisq; transcribẽdis. Sed iam à digressu in viam redeundum. Ex loco igitur Herodoti supradicto argumentum habemus validissimum, chœnicem frumenti eam esse mensuram, quam vnus homo quotidie absumere possit. Est enim chœnix (vt ait Suidas) cibarium diurnum, ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή. Declarat hoc & illud vulgatum Pythagoræ symbolum, ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, Super chœnicẽ ne sedeas. cuius est hæc sententia, quum vnius diei victum paraueris, ne eo statim acquiescas: id quod facere solent, qui in diem viuere dictitantur, in crastinũ non prospicientes.

Chœnix.

Sup chœnicẽ ne sedeas.

A cientes. Quod scitum etsi memorabile, tamẽ à sensu humano potius quàm diuinitus emanauit. Nam dominus noster sectatoribus suis contrarium dogma tradidit, sed & omnibus Christianis hoc quodam modo genus vitæ præscripsisse videtur, quum in oratione inquit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et sic quoque in diem orare nos docuit, vt docet Cyprianus in enarratione eius orationis. Quo fit vt tantum inter quosdã homines hiantes auaritia, & inter veros Christianos conueniat, quantum inter Aristippum & Diogenẽ. Hui (inquiet aliquis) huiusmodi veritatis prisca reputatio, nunc inter prudentes risu excipi solet. Perinde quasi euangelica lege tacito consensu mortalitatis Christiani homines soluti esse possint, nec eo etiam hodie iure genus humanum teneatur, quod moribus in desuetudinem abiit. Homerus Odysseæ decimonono circa principiũ chœnica pro cibo vel pane potius accepit: apud quem Telemachus Vlyssis filius ad Eurycliam nutricem ita inquit,

Precationis dominicę locus.

B

οὐ γὰρ ἄδρηστον ἀνέξομαι ὅσσον ἐμῆς γε
κοίνικος ἄπῃτον, καὶ πλόθεν ἀλλαχθόῃ.

Nam quencunque mea dignabor chœnice, prorsus
C Haud cessare sinam, quanquam procul aduena fertur.

Hunc hominem quanquam ex longinqua regione hospitem, domi tamen inertem sedere non patiar, & panem meum compressis manibus esitare. Athenæus libro tertio auctor est Clearchum quendam verborum aucupem ex iis quos ipse Onomatotheras vocat, quasi verborum innouatores, nominúmque aucupio gaudentes, chœnicem hemerotrophidem appellare solitum, quod vocabulum diurnum alimentum significat. Proinde si chœnicem pro duobus sextariis intelligamus, vt certè intelligere debemus, is erit modus diurni cibarii, vt miles quisque Darianus octonis diebus frumenti modium vnum accipere debuerit, id est sesquimense medimnum.

Onomatotheres.

D

Hæc mensura (vt arbitror) Gomor ab Hebræis dicitur. Statuta enim à domino hæc mensura erat colligendæ viritim mannæ in singulos dies, vt scriptum est Exodi. xvi. cap. Rabanus tamen tres chœnicas cepisse dicit. Sed iis quæ diximus de chœnice, consentaneum esse videtur id quod à Marco Catone dicitur, quod in vulgatis exemplaribus mutilatum est, Familiæ (inquit) cibaria: qui opus facient, per hyemem tritici modios quaternos, per æstatem modios quaternos semis: villico, villicæ, epistatæ, opilioni modios ternos: compeditis per hyemem panis pondo quaterna: vbi vineam fodere cœperint, panis pondo quina, vsque adeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redito. Hactenus ille. Hoc autem intelligere debemus, minore modo contentos esse posse, qui pulmentaria cum cibariis habeant: vel qui opus non faciant, vt villicus & epistates, qui operis magis præfecti quàm operarii sunt. Epistates enim curatorem operis significat. docet hoc Columella libro duodecimo de officio villicationis loquẽs. Cæterùm quòd illa verba Catonis supradicta de menstruis cibariis intelligantur, coniicere possimus ex vsu antiquorum, quibus mos fuit (vt auctor est Donatus in Phormionem Terentianum) quaternos frumenti mo-

Gomor.

Epistates.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demẽsum.

dios quolibet mense singulis seruis admetiri, idque demensum appellatum esse vel à mense, vel à metiendo: ex quo more (inquit ille) Terentianum illud emanauit, Quod ille vnciatim vix de demenso suo suum defraudans genium comparsit miser,id illa vniuersum abripiet, haud existimans quanto labore sit partum. Frugi enim mancipia minori mensura sese tolerantia, peculium inde augebant. Id demensum Lucæ duodecimo

Sitometrium.

Sitometrium dicitur,quod incommodè tritici mensura versum est ab interprete. Hæc ego quum scriberem,pistorem accersiri iussi,ideo mihi notum,quòd pane ab eo vtebar, & ipse emercandi frumenti causa interdum ad me ventitabat. Cum hæc igitur ab eo scisciterer, vix tandem extudi vt

Panificiũ Parisiense.

fateretur. verebatur enim, vt sensi, ne quid in panificum nationem imprudens effaretur. Sed quum fidem fecissem nihil me huiuscemodi cogitare quod ille suspicari posset, eò ægrè hominem perduxi, vt diceret ex sextariis singulis nostris,id est binis medimnis tritici probi, panes primariæ notæ sedecies duodenos minimùm factitari. Primario autem pani iam cocto & tepido duodenas vncias lege municipali taxatas esse,id est libræ nostræ dodrantem. Perenti autem quantum in furfures abiret, respondit hemimedimnum, id est quadrantem sextarii nostri. Porrò secundarios panes pondo quaternûm librarum fieri solere, quantum quini panes primarii penderent, quanquam singuli secundarii pro quaternis tantum primæ notæ cederent venirentque. Id ideo institutum, quoniam nihil furfurum in eo pane esset,qui è massa conficeretur cribro succreta pollinario, ideóque huius candorem in secundario pane compensari pondere. Cum pondera tunc & panes expediri iussissem, ad libram parem propemodum respondерunt. Tametsi vncia sæpe decedit in singulas libras, indulgentia eorum qui legis custodes constituuntur. Est autem primarii nostri panis ea omnino magnitudo,vt qui plurimum panis esitet,non vltra binos etiam recentes in singulos dies absumat,id est singulos in singula conuiuia, etiam destrictis(vt fit) summis crustis. qui autem mediocris in panis esu sit,etiam dodrante Romano in singulos conuictus satietur. Hac ratione fit vt è singulis modiis senideni panes redigantur, qui octonis diebus viritim sufficiunt, & quarta pars supersit in furfures secreta. Celsus libro quarto de iis loquens qui fluore alui laborant, Alia via est vbi velis supprimere, cœnare, deinde vomere, postero die in lecto conquiescere, vespere vngi, deinde panis circà selibram ex vino amineo mero sumere, tum assum aliquid,maximéque auem: postea vinum idem bibere, idque vsque

Selibra panis.

diem quintum facere. Selibram panis tantum esse dico quantus est dimidiatus noster primarius. Hac igitur ratione comperimus quaternorum modiũm excretam farinam affatim in mensem suppetere,ita vt furfures supersint quartam partem implentes. Verùm hoc de iis intelligendum, qui liberaliora vitæ instituta sequuntur. Est enim alia ratio sellulariorum artificũ, eorúmque qui artes operosas factitant, quiq; iis opificiis vitam tolerant, quæ multa corporis fatigatione constant. Hos enim vberioribus cibariis vti ac crassioribus necesse est: præsertim quũ cibarii magna parte pulmentarii

A tarii vice vtantur,ac ter ferè aut quater in dies epulentur. his ternos dodrantes partim secundarii panis, partim postremæ notæ statuo. adde etiam hesterni panis,id est qui iam consederit,aut etiam ante triduum cocti. Sed & inter eos artificiorum varietas,& corporum fatigatio refert. plusculo enim pane gerulis opus est,& malleo tundentibus,& helcyariis,& id genus operis,quàm sarcinatori aut sutori, & aliis qui sedentario tantum opificio incumbunt. Artificiis igitur remissioribus, qualia sunt eorum quos Græci χερσίβιος appellant, quasi manu victum quæritantes, quos quidam ventri-

Clirobij.

B manos dixerunt,quaterna(vt summum)pondo sufficient panis secundarii, id est quaterni dodrantes nostri. Verùm pistores panificium in tria genera ferè diuidunt: in primarium panem, qui candidus dicitur: in secundæ notæ panem, qui ciuilis dicitur. hunc Celsus libro secundo Autopyrum verbo græco appellat,cui nihil pollinis tenuissimo incerniculo ademptum est, & in secundo genere firmitudinis alimentariæ ponitur. Nam & Apuleius sordidum panem & cibarium pro eodem posuit libro sexto de descensu Psyches ad inferos loquens. Tertium genus cibarium appellat Celsus,quasi plebeium,quem infirmissimum esse tradit in alimenti ratione. Hunc nostri po-

Panis tria genera.

C stremæ notæ assignant. Sic igitur statuo, quemadmodum lautiore victu vtentes, binis libris Romanis candidioris panis satiantur,quòd nec corporis labore exerceantur,& pane accessionis vice vtantur: sic artificibus remissioris operæ quaterna pondo suffectura dico panis secundarii. Intensioris autem operæ mercenariis,quales sunt baiuli, phalangarii,& malleatores,& alii improbo labore lassescentes, quos Cicero quodam in loco fæcem vrbium appellat ex Xenophonte in Oeconomico,qui eos βαναυσικοὺς vocat,& ex Aristotele: iis vt paulo plus quaterna põdo Romana tribuerim,sic crassioris panis, præsertim(vt diximus) quòd pane iurulento pro pulmentario

D bona ex parte vescantur. Hoc conuenit cum dicto Catoniano, qui compeditis per hyemem panis pondo quaterna taxauit: vbi vineam fodere cœperint,panis pondo quina, vsqueadeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redit. Pulmẽtarium enim tenue,id est ficos,vnius librę loco cedere voluit. Nullus est enim in vrbibus etiam infimæ sortis mercenarius,qui non pulmentarium aliquod cum pane adhibeat in victum. Panis noster cibarius quaternûm fit librarum. huius dodrantem,id est quaterna pondo Romana,cuiuis sufficere existimo, quòd dodrans quaternos panes librales,id est Catonianos æquat. Nunc si vlterius ratiocinari placeat,

E comperi percontãdo ab illo pistore, ex medimno tritici probi octies duodenos(vt minimum)dodrantales panes confici,ita vt quadrans furfurũ reliquus sit. Siquidem constat ex senis modiis tritici probi, id est ex medimno,octonos cumulatos, & interdum octonos & quadrantem farinæ redire. Si igitur furfuribus cum polline confusis panes dodrantales fiant, ex medimno denos duodenarios panum & octonos habebimus: vt facile est colligere si quis in singulos modios,senosdenos panes numeret. Fiũt enim pro octo modiis farinæ, octies senideni,id est centum & duodetriginta,id est decies duodecim & octo præterea. Nunc si in dies singulos,ternos pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes dodrantales numeremus, hebdomada quælibet paulo minus vnum mo
dium absumet. ita duodetriginta dies, quaternos modios absument, hoc
est panes octogintaquatuor: quibus si duas addas hebdomadas, hoc est
quatuordecim dies, qui duos & quadraginta panes poscunt, fiunt centum
& vigintisex. Restant duo panes ex medimno, ex quo fit vt quaterni mo-
dii in vndetriginta dies sufficiant. Et hactenus ita loquor, quasi quarta pars
tantum in furfures abeat, & octo tantum duodenarii candidi panis ex me-
dimno redeant. Hoc enim à panifice comperi. Nunc si addas id quod ille
reticuit, abunde quaterni modii in menses tricenarios sufficient, id quod
Cato statuit. Compertum enim habeo ex iis qui ex iurisdictione hoc in-
quirere potuerunt, & ex Commentariis Decurionum, posse ex medimno
non modò octies duodenos, sed etiam eo amplius senos octonósve redire,
quod ille panifex fateri magis grauabatur, quàm inficiari pergebat. Hæc si
quis exactè æstimare velit, omnino conueniunt cum Catoniano dicto,
qui villaticis operis per hyemem quaternos modios statuit, & quaternos
semis per æstatem, & compeditis, id est ergastulariis seruis, qui vincti fodie-
bant, aliúdve opus faciebant, per hyemem panis pondo quatuor. Et vbi
iam intenditur labor, hoc est fossuræ tempore, panis pondo quina, vsque
dum ficos ederēt, quo tempore ad quaterna pondo eos redigit. Terna pon-
do nostra, quaterna Romana valent, vt sæpe diximus: quaterna nostra,
quina Romana & quadrantem, qui modus iis statuitur qui pulmentario
non vescerentur, sed panem tantum esitarent. Ex hoc planum fit quem
modulum Herodotus & antiqui per chœnicem intellexerunt, cui sesqui-
pinta nostra haud dubiè respondet. Hæc ideo longius repetenda duxi,
quòd mensurarum ponderúmque modus mutua probatione deprehendi-
tur. Age videamus porrò. Ex iis quæ diximus, apparuit, ex singulis modiis
sedecim pondo Romana candidi panis & semissem fieri, & largè quartam
partem in furfures abire. nam multo plus in actis municipalibus inueni.
Diximus etiam suprà, modiū tritici probi vigintiquatuor libras, & eo ali-
quid amplius pendere. Quare necesse est, vt quadrans furfuris paulo mi-
nus semissem pollinis pendeat, id est vt tres modii quadrantes farinario cri-
bro succreti, sedecim libras: reliquus autem quadrans, id est furfureus, circi-
ter septem libras pendeat. Non idem autem esse pondus panificio & tri-
tico, ex eo coniicio, quòd aliquid humoris in pane resident. Id incertum es-
se & variū ex Plinio videtur libro decimooctauo, qui Balearici tritici mo-
dios tricena pondo panis reddere tradit, sed circa Clusium & Senas fieri le-
ge certa naturæ, vt tertia portio pani ad pondus grani accrescat. Cato-
nis autem verba significare videntur ex singulis modiis tricena pondo pa-
nis redire. quaternos enim sextarios tricenis diebus assignat, & paulò post
quaterna pondo panis in dies statuit: qua ratione fit vt quaterni modii
centum & viginti pondo panis reddant. Ex hoc tamen constituere nihil
possumus, nisi id quod suprà dictum est. Verùm illud attexendum ex eo-
dem Plinio libro supradicto duodeuicesimo, quod ad rem mihi magnope-
re pertinere visum est. Similago (inquit) ex tritico fit laudatissima. ex Afri-
co

Reciproca probatio ponderum & mensurarum.

A co iustum est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. Præterea secundarii sextarios quatuor, furfurúmque tantundem. Panes verò è modio similaginis CXXII, è floris modio CXVII. Precium huic annona media in modios farinæ XL asses, similagini castratæ octonis assibus amplius, siligini castratæ duplum. Paulo autem superius Plinius dixerat, E siligine lautissimus panis, pistrinarúmque opera laudatissima. Ex Plinii igitur verbis hoc colligo, Africum triticum præstantissimum fuisse: ex cuius farina pri-
B mùm similago, quæ & simila dicitur, cribro tenuissimo à polline cernebatur, ita vt ex polline restante secundariam veluti similam elicerent, & crassiorem rursus pollinem à furfuribus laxiore incerniculo succernerent. Similagini autem precium asses quadragenos in modios fuisse mediocri annona: qua ratione duo medimni Romani, qui sextarium Parisinum faciunt, duodequinquaginta denariis valuerunt, hoc est duodecies quaternis. Quatuor enim denarii, XL assibus valuerunt. At castratæ similagini eo amplius octoni asses in modios accedunt, & siligini castratæ (quæ fruges
C erat Italica, hoc est triticum delicatissimum, & candidissimum) eius summæ duplum, hoc est asses senideni, in modios singulos. Quod ita intelligo, vt modii floris tenuissimi huiusmodi siliginis senis & quinquagenis assibus venierint. Quare subducta ratione constat duodecim eius modios, id est sextarium nostrū, sexcenis septuagenisbinis assibus mediocri annona fuisse, id est sexagenis septenis denariis, quæ minimo minus à nobis vndenis Francicis & dodrantibus, id est quinisdenis solidis æstimantur. Porrò duo-
D decim modii similaginis ratione à Plinio posita ex quatuor & viginti tritici modiis fiebant, quos sæpe iam diximus duos nostros sextarios æquasse, nisi quatenus rasa mensura à fastigiata distat: quippe cum dicat Plinius ex modiis semodios redire, & pollinem primarium & secundarium restare: ex siligine autem Campana (vt ipse inquit) quaternos sextarios redire iustum erat, hoc est modii quadrantem: quo fiebat, vt duodeni modii castraturæ ex duodequinquaginta siliginis modiis incernerentur. Et ita ratione tenemus & intelligentiam Pliniani dicti, quod haud scio an hactenus non intellectum transmissum sit à legentibus. Sed quod apud Plinium ibidem legitur, Iustum est è grano Campanæ quam vocant castratam, è modio redire sextarios quatuor siliginis: fortasse similaginis legi debet. & itidē post
E duos versus, Duplum etiam precium siliginis castratæ, ita intelligi potest, vt in modios sex & nonaginta assibus constiterit, id est altero tanto amplius quàm simila, propter rationem supradictam. Quòd si rectè apud Plinium in loco superius citato siliginis legitur, siliginem intelligemus significare non modò granum delicatissimi & primarii tritici, sed etiam medullam siliginei grani. Id quod fortasse Celsus his verbis significat libro secūdo cap. xvii. Ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est, quod autopyrum Græci vocant. Infirmior est ex polline, infirmissimus cibarius panis. Sic enim locus ille legitur in libris emendatis, licet in vulgatis mutilatus sit. Iuuenalis Satyra quinta,

Pollis. Flos.

Similago similaue.

Locus Plinij explicatus.

Siligo qd.

Celsi locus.

Iuuenalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed tener & niueus, mollíque siligine factus, Seruatur domino.

Opera pistoria.

Huiusmodi delicias frumenti hodie non habemus, ex quibus Romani antiqui opera pistoria faciebant, quæ aliqui dulciaria, Suetonius mellita appellauit, cum inquit de luxu Neroniano loquens, Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mellita quadragies sestertium constiterunt. Quod vt credamus, efficit Lampridius, qui de Heliogabalo loquens, Habuit (inquit) dulciarios tales & lactarios, vt quæcunque coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii illi, modò de dulciariis, modò de lactariis exhiberent. Celsus de his loquens, Scire (inquit) oportet mel & caseum inter valentissima esse, quo minus mirum est opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo, constat. Ego cum Romæ

Panes Iulij Pōr. Max.

essem annos abhinc decem, panem quotidie esitabam quo Pontifex Iulius vescebatur. Erant panes paruuli, quos quis facilè inuolare manu posset, si bene memini, sed candidissimi & suauissimi, quales (vt arbitror) Plinius C X X ex modiis singulis similę factitari solitos scribit. Erat tum annona percara Romæ, & per Italiam. Sed cum interrogarem quanti veniret id triticum ex quo tam lautus panis fieret, tanti esse eum panē dicebant, vt cum

Panes Græcanici.

rationem extemporali supputatione & in digitos deducta inirem, eius farinæ sextarius noster amplius ducatis duodecim Romæ esse videretur: quod an verum esset, non comperi, nec inquisiui. Neque etiam tum meo victu Romæ stabam, vt id inquirere succurreret. Similago ἀμίδαλις à Græcis dicitur, siligo ἰλύφος, pollin autem γύφις. Primo loco apud eos ponitur semidalites panis, qui fit ex similagine. Secundo chondrites, qui ex alica. Tertio aleurites, & deinde syncomistus, qui triticea farina fit non fucata. Secundum hoc aleurites idem esse videtur cum autopyro. Sed illud animaduertendum in verbis Catonis, quòd villaticis seruis solutis qui opus faciunt, quaternos modios in menses statuit, vinctis autem seruis in dies singulos quaterna pondo: quod vt in eandem quantitatem redit, sic conditionem variam solutorum mancipiorum & ergastulariorum facit. Illi enim peculium parsimonia augere poterant, vt ex Terētio & Donato diximus: hi in pœnam dati, expeculiati quoque erant. Vt autē hanc rationem colligamus, in medimno seni sunt modii, & in modio octonę chœnices, & chœnix cibariū diurnum: ita medimno duodequinquaginta homines quotidie satiantur, & Parisino sextario sex & nonaginta: sic fit vt modius Parisinus mille centum & quinquagintaduobus sufficiat. Porro Spartianus auctor est, Seuerum Pertinacem Imperatorem Romanum morientem reliquisse &

Canon frumentarius.

canonem frumentarium in septennium suffecturū: ita vt septuagenaquina millia modiûm quotidie absumi possent, id est sena millia duceni quinquageni sextarii nostri. quo fit vt ratione prædicta sexcena millia plebeiorum tesseras frumentarias acciperent in diem chœnicarias. Hunc enim numerum efficit modiorum iam dictorum numerus octonario multiplicatus, vel numerus sextariorum nonagiesexies ductus. Hactenus de medimno, modio & chœnice, & iis mensuris quarum mentio superius facta est: transeundum ad reliquas. Quadrantal latinè dicitur schema mathematicum, quod græcè

Quadrantal.

Cubus

A Cubus dicitur, vt auctor est Gellius. Propter quod docti ferè quadrantal amphoram esse opinantur, propter formā tesserariam quam habet, & aliquin auctoritate Festi subnixi: id tamen non habeo quo modo constituā. Iam primùm Cato de vino Græco loquens, Musti. q. X X in ahenum, aut plumbeum infundito: ignem subdito. vbi ebulliet vinum, ignem subducito. vbi iam vinum refrixerit, in dolium quadragenariū infundito: seorsum autem in vas aquæ dulcis quadrantal vnum infundito, salis modium vnū. sinito muriā fieri. vbi muria facta erit, eodem in dolio infundito, post dies

B X X X doliū oblinito, ad ver in amphoras diffundito. q. X X. dubium est vtrum quadrantalia an quartarios intelligere debeamus, vt paulò pòst, Aquæ marinæ quartarium vnum ex alto sumito quò aqua dulcis non accedat, sesquilibram salis frangito. In antiquo tamen libro non quartarium, sed. q. legitur. Alibi, Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium, conterito in mortario per se vtrunque. Idem alibi, Vbi hauseris de mari, in dolium fundito, nolito implere, quadrātalibus quinque minus sit quàm plenum. Idem, Vinum familiæ quo vtantur, musti quartarios X in

C dolium indito, aceti acris. q. ii. eodem infundito, sapæ quadrantalia duo, aquæ dulcis. q. i. hæc rude misceto ter in die, dies quinque continuos. Hoc in loco quadrantalia pro amphoris quis intelliget? cum de vino odorato loquens, quod non familiæ, sed domino concinnabatur, Post dies (inquit) X I. diffundito in amphoras, & addito in singulas amphoras sapæ sextariū vnum. Rursus de vino Coo loquens, In dolium (inquit) quinquagenarium infundito aquæ marinæ quadrantalia decem, tum acina de vuis miscellis decarpito de scapo in idem dolium, vsquedum impleueris: manu comprimito acina, vt combibant aquā marinā: vbi compleueris dolium, operculo operito. Hoc loco quadrātal amphorā significare videtur, si quinquagena-

D rium dolium à quinquaginta amphoris intelligamus. Iucundus Veronensis professione architectus, sed antiquariorum diligentissimus, nuper Catonem imprimendum curauit, in quo cum multa verba emendauit restituitq; tum capite lvii. locum mutilatum ita restituit, Summa vini in singulos homines intra annum quadrantalia octo. Quæ verba si rectè emendata restituta sunt, fateri nos cogunt quadrantal & amphoram idem olim fuisse. Cum enim octo mensibus Cato vinum familiæ bibendum statuat, id est à quarto ad duodecimū in eo numero comprehensum, quarto men-

E se ternos congios taxat, & sequentibus vsque ad nonum quinos: nono, decimo, vndecimo, & duodecimo, singulis amphoram indulget, & eo amplius Saturnalium & Compitalium nomine singulos vel binos congios in capita: fit summa sex & quinquaginta vel septem & quinquaginta cōgiorum, qui septem amphoras efficiunt. Quare octauam amphoram intelligimus benigno additamento à Catone statutam. Rursus Plinius libro decimoquarto, Publius Licinius Crassus, & Lucius Cæsar Censores anno vrbis conditæ D C L X X V edixerūt nequis vinum Græcum Amineumq; octonis æris singula quadrantalia vēderet. hæc enim edicti verba sunt, Tanta vino Græco gratia erat, vt singulæ potiones in vno conuictu darentur.

Iucundus Veroneñ.

Locus Plinij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic apud Plinium omnium exemplarium fide legitur: quæ verba si non f
mendosa sunt, hoc significant, singula quadrantalia vini Græci, quod in
tanta auctoritate erat, vt semel in conuictu vno misceretur, octonis assibus,
id est paulo plus ternis sestertiis nummis vęnisse taxatione edictali. At Co
lumella libro quarto ita inquit, Vtque trecentis nummis quadragenę vrnę
væneant, quod minimum precium est annonæ, consumant tamen septem
culei sestertiûm duo millia, & centum nummos. Quadragenas vrnas, vigin
ti amphoras valere notum est, præsertim Columellæ æstimatione. Quare
Columella maximam vini vilitatem non infra quinosdenos nummos in G
amphoras descendere affirmauit. Quod dictum omnino Pliniano loco re-
fragatur. Nam & ipse Plinius alibi de Opimiano loquęs, centum nummos
statuit Opimiano vino, non inueterato, sed recenti, aut etiam musteo. Hic
ne octonis millibus æris legendũ esse cõtendamus, facit magnitudo precii,
quod octoginta aureis æstimamus, id est tribus millibus & ducentis sester-
tiis. Nam & Plinius ipse eodem lib. ita inquit de precio vini loquens, Rara
quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nũmũm. Nul-
la autem testa minor esse potest amphora. Quadrantal (inquit Festus) vo- H
cabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta
sextarios capit. Plautus, Anus hæc sitit, quantillum sitit? modica est, capit
quadrantal. Quid si dicamus quadrantal vas ita dictum à Latinis priscis, ve
Cybium. Cybium à Græcis? idq; ex eodẽ Festo alibi his verbis, Cybium dictum est,
quia eius medium æquè patet in omnes partes, quod genus à geometris Cy
bos dicitur. Vnde etiam tessellæ quadratæ Cybi dicuntur. Nihil aliud de
quadrantali constituere possumus, quod ad mẽsuræ quidem modum per-
Loca Plinij quædã deplorata. tinet (de forma enim constat) nec de loco quidem Plinii supradicto. Hic
enim est vnus eorum quos comploratos esse puto. Quod sequitur statim I
apud Plinium in eodem capite, in omnibus exemplaribus corruptum est.
Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit, L.
Lucullus puer apud patrem nunquam lautum conuiuium vidit, in quo
plus semel Græcum vinum daretur. Ipse quum rediit ex Asia, millia cado-
rum congiorum diuisit amplius centum. C. Censius, quem Prætorem vi-
dimus, Chium vinum in domum suam illatum dicebat tum primũm, quu
sibi cardiaco medicus dedisset. Hortensius super decem cados hæredi reli-
Locus Plinij emendatus. quit. In vetusto exemplari nõ cados, sed cadũ legitur: quare nõ decẽ cados
(quod ridiculũ est) sed decẽ millia cadûm lego: cuius emẽdationis subscri-
ptorẽ habeo Noniũ, qui locũ hunc ita citat in mẽtione cadi ex Varrone de
vita patrũ, Hortẽsius supra decẽ millia cadûm hæredi reliquit. In superiore
autẽ loco non millia cadorũ congiorum, sed millia cadûm congiariûm, ex
Congiari' cadus. vetustorũ obseruatione lego. Sunt autẽ congiarii cadi, qui congium tantũ
capiunt, id est senos sextarios Italicos. Centum millia huiusmodi cadorũ,
amphoras valebant duodecim millia & quingentas, & modios Parisinos
mille quingentos & circiter sexaginta. Hortensii autem X millia cadorum
æstimare non possum propter varietatem opinionum de cado: sed tamen
Culeus. non potest maior esse summa Hortensii quàm Luculli. Culeus mẽsura est
vicenas

A vicenas amphoras continens, vel vrnas quadragenas, qua nulla maior men-
sura liquoris, vt aiunt illa carmina. Plinius libro decimoquarto de vinea Pa
læmonis grammatici loquens, Digna opera quæ in cecubis setiniśq; profi-
ceret, quãdò & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est
amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac nequis victam in hoc
antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scri-
psit. Hæc sunt (vt arbitror) mẽsurarum vocabula Græcis Latinisq; auctо-
ribus celebrata, quæ interdum ipsa ad speciem & formam quandam vasis
B magis quàm ad modum quendam certumq; referuntur. Nam quum Cato
in instrumento villici amphoram quinquagenariam enumerauit: eam in- Quinqua-
telligi voluit, quæ duobus sextariis maior sit iusta mensura. Vt nunc qua- genaria amphora.
dragenarios modios dicimus, qui modulis quatuor legitimam mensuram
excedunt: sic vrnam quinquagenariam dixit Cato, quę amplius duabus vr-
nis legitimis capiat. Pro huiusmodi amphora Columella de vino dulci lo-
quens, Quum deferbuerit (inquit) in sextarios quinquaginta irim bene pin
sitam, nec plus vnciæ pondere addito. quinquaginta sextarios pro ampho-
ra quinquagenaria dixit. Et rursus, Ex hac compositione quãtum in sexta-
C rios musti quadragenos octonos adiiciendum sit, incertum est, quoniam
pro natura vini æstimare oportet quid satis sit. Ego tamen si humida fuerit
vindemia, trientem: si sicca, quadrantem medicaminis miscere solitus sum,
ita vt quatuor vrnarum esset musti modus, vrna autem quatuor & viginti
sextariorum. Pro amphora octo & quadraginta sextarios dixit. At quum
alibi ita inquit, Omne vinum quum condieris, nolito statim diffundere, sed
finito in doliis liquescere: postea quum de doliis aut de seriis diffundere vo
les, vere floręte rosa defecatum quamliquidissimum in vasa bene picata &
D pura transferto. si in vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum q̃
optimi vini sextarium aut fecis generosæ recẽtis sextarios tres addito. Hoc
in loco amphoram dicere poterat, nisi ad formam vasis respexisset. Sic Pli-
nius cados congiarios dixit, ac si congios in cadum formatos diceret. Am- Cadus.
phoræ formam tesserariam esse docuimus. Cadi formam turbinatam, id est
coni & strobyli, hoc est nucis pineæ similem fuisse, ex Plinio intelligimus,
qui libro decimoseptimo de aloë loquens, turbines cadorum dixit. Vtebã-
tur autem antiqui etiam ad salsamenta condẽda. Idem Plinius libro. xxxii.
Quin & testis cadi salsamentarii tusis cũ axungia vetere ad parotidas vtun-
tur. Amphoram in ceruicem gracilescere solitam, ex Catone intelligimus, Amphoræ
E cum inquit, Amphoram defracto collo puram impleto aquæ puræ. Colu- forma.
mella, Dolia quoque & seriæ cæteraq; vasa ante quadragesimum vindemię
diem picanda sunt, atque aliter ea quæ demersa sunt humi, aliter quæ stant
supra terram. Idem, Tum in serias singulas, quæ sint amphorarum septe-
nũm, addito medicaminis pondo vnciam, scrupula octo gypsi. Seria formã Seria.
certam vasis denotat, non certam mensurã. Plinius lib. xiiii. Magna & col-
lecto iam vino differentia in cella. circa Alpes ligneis vasis condunt, info-
diuntq; terræ tota, aut ad portionem situs, aut cælum præbent: alii imposi- Doliũ quæ dragenarium.
tis tectis arcẽt. Dolium autem quadragenarium & quinquagenarium Cato

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum dicit,dubitari potest an quadraginta quinquagintáve cógiorum aut F
quadrantalium dixerit,an totidem amphorarum, vt quum de græco vino
loquens ita inquit, Musti.q.xx.in ahenum aut plumbeum infundito, igné
subdito:vbi ebullibit vinum,ignem subducito:vbi iam vinum refrixerit, in
dolium quadragenarium infundito. Et paulò pòst, Post dies.xxx. dolium
oblinito,ad ver in amphoras diffundito.Et rursus alibi,In dolium quadra-
genarium infundito aquæ marinæ quadrantalia decem: tum acina de vuis
miscellis decarpito de scapo in idem dolium vsquedum impleueris. manu
comprimito acina,vt combibant aquam marinam.vbi compleueris doliú,G
operculo operito,relinquito quà interspiret.vt triduum præterierit,eximi-
to de dolio,& in torculario calcato, & id vinum condito in dolia lauta &
pura & sicca.Hoc in loco quinquagenarium ab amphoris dictum accipio,
Mensuræ Parisinæ. quum ex eo dolia pura impleantur. Octonæ amphoræ modium nostrum
faciunt,id est Parisinum,cuius iusta mensura sex & triginta cógios nostros
capit,quas vulgus sextarios nulla ratione vocat. Sic singulæ amphoræ de-
cem & octo quartarios nostros capiunt, hoc est sextarios Romanos duo-
dequinquaginta.Quaternæ amphoræ semodios nostros faciunt.Cadus ve- H
ro noster,quē lingua vernacula vestigia latinitatis retinens Caccū vocat,&
trientē modii facit,amphoras duas & bessem capit,hoc est duodenos con-
Fidelia. gios Parisinos.Fidelia,inquit Nonius,vas Samiu ad plurimos vsus.Persius,

Nec tamen inuideas quòd multa fidelia putet In locupletepenu.

Plautus in Aulul.Sed si reperero ô fides, mulsi congialem plenam faciam
tibi fideliam.Eodem modo dixit congialem fideliam, quo Plinius cadum
congiarium.Fideliam lingua nostra filietam corrupto vocabulo dicit. Or-
Orca. ca vas erat Hispanicum,vt ex Varrone coniicio libro primo de re Rustica.
Sæpe vbi conditum nouum mustum, orcæ vt in Hispania feruore musti I
ruptæ:necnon & dolia, vt in Italia.Plin.lib.15.de ficis: At vbi copia abū-
dat,implētur orcę:in Asia cadi panisq; simul & obsonii vicem siccatæ im-
plent.Festus orcæ formam dat his verbis, Orca genus marinæ belluæ maxi
mum,ad cuius similitudinem vasa ficaria orcæ dicuntur. Sunt enim tere-
tes,atque vniformi specie:cui congruit dictum Persii,

Angustæ collo non fallier orcæ.

Licet Hermolaus lib.xxxv.amphoræ specie orcam fuisse auctore Probo ci-
tato dicat. Vas fuit vinarium,olearium q̄,& salsamētarium,atque salgama-
rium,cuius ratio non mensura sed sua forma constat. Orcis adhuc hodie
Dolium. salsamentarii negociatores vtuntur.Dolia certam mensuram non habebāt,K
sed quædam olim fieri capacissima ex Columella intelligimus,qui de picā-
dis doliis loquens,ita inquit,Sunt autem sesquiculearibus doliis picis duræ
pondo vicenaquina satis. Sesquiculeare dolium Columella triginta am-
phorarum dolium appellat, quam iustam mensuram & vsitatam fuisse ex
eius verbis cōiicere aliquis possit. Dolia(inquit Nonius)vasa sunt grandia,
quibus vinum reconditur. Vitruuius lib.vi.significare videtur legitimam
dolii olearii magnitudinem culearem fuisse,his verbis,Cellarum autem ma
gnitudines ad fructuum rationes & numerum doliorum sunt faciendæ,
quæ

A quæ quum sint culearia, per medium occupare debent pedes quaternos.
Plaut.in Pseud.Anum illam doliarem,claudam,crassam Chrysidem.Ven-
tricosa autē fuisse dolia,ex supradicto loco Vitruuii, & ex Columel.lib.
xiii.admonemur. Sic enim inquit de vasis salgamariis loquens, Hæc vasa
dedita opera fieri oportet patente ore, & vsque ad imum æqualia, nec in
modum doliorum formata, vt exemptis ad vsum salgamis, quicquid su-
peresse,æquali pondere vsque ad fundum deprimatur, quum ea res innoxia
penora conseruet,vbi non innatent,sed semper sint iure submersa: quod in
B vtero dolii vix fieri posset propter inæqualitatem figuræ. Rursus Plinius
dolii magnitudinem aliam ponit libro nono de Polypo loquēs,qui in Be-
tica captus est. Ostendēre (inquit) Lucullo caput eius dolii magnitudine,
amphorarum quindecim capax. Sed aliam intelligimus fuisse capacitatem
dolii,aliam capitis polypi, licet eadem moles vtriusque fuerit. Vina autem
in doliis inueterascere non sinebant antiqui, sed in amphoras & cados dis-
fundebant.Inde illud satyrici poëtæ, Diffundi vina.

Ipse capillato diffusum Consule potat. Et Horatii in Epistolis,

Vina bibes iterum Tauro diffusa. id est,

C Tauro iterum Consule inueterari cœpta.Plinius lib.xiiii. Apothecas fuis-
se,& diffundi solita vina anno D.XXXIII. vbis apparet indubitato o-
pimiani vini argumento, iam intelligente suum bonum Italia. Qui hunc
morem ignorat, intelligere hic nequit Senecæ dictum in quinto epist. ad
Lucil.Ariston aiebat malle se adolescentem tristem,quàm hilarem,& ama-
bilem turbæ. vinum enim bonum fieri,quod recens durum & asperum vi-
sum est:non pati ætatem, quod in dolio placuit,id est quod musteum ad-
huc,& à lacu recēs,maturum iam potui visum est. Culeus modios nostros Culeus.
D se ex eo apparet,quòd in culeo scorteo damnati lege Pompeia cum cane &
gallo & vipera insuebantur, vt apud Tranquillum & Modestinum iurisc-
consultum legimus. Cæterùm Cato cum dixit, Vinum in doliis hoc mo-
do venire oportet, Vini in culeos singulos quadragenæ & singulæ vrnæ da
buntur:non ad iustam mensuram respexit, sed ad morem negociatorū,qui
accessionis nomine in singulos culeos singulas vrnas stipulabantur.Culeos
nunc sesquimodiales habemus,id est duodenūm amphorarum:cuius voca
bulum vulgare,ad latinum alludit, quo genere Ligeris fluuii accolæ vtun-
E tur. Est & aliud genus culei maioris captus,quos Tonellos appellant. Co-
lumella libro decimotertio, Odores autē vino ferè apti sunt qui cum de-
fruto coquuntur,iris,fœnum græcum,schœnum:harum rerum singulæ li-
bræ in defrutariū,quod ceperit musti amphoras nonaginta, quum iam de-
ferbuerit,& expurgatum erit,tum adiici debent. Et rursus idem,Cum am-
phoras musti nonaginta in defrutario decoxeris,ita vt iam exiguum super-
sit de coctura(quod significat decoctum ad tertias) tum demū medicami-
na adiicito. Defrutarium appellat ahenum prægrande quo mustum coqui- Defrutariū
tur,ad sapam aut defrutum facienda,quo modo hodie quoque fit.Nam &
Cato in instrumento villici,ahenum vnum XXX culeorum enumerat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est sexcentarum amphorarum, & aliud decem culeorum, quod ducentas amphoras capit. Quare apud Catonem dolium quadragenarium, quadragenûm amphorarum capax intelligo: idq; ex collatione locorum licet cuiuis intelligere. Cato capite centesimo, Schœnum (inquit) & calamum in pila contundito, quod fiet sextarium vnum: quadragenario in dolio cõfundito, vt odoratum fiet. At verò Columella loco supradicto libram vnâ dixit satis esse nonaginta amphoris musti, quæ ad tertias decoctæ, triginta fiunt amphoræ defruti. Quare quum Plinius dicit de vinis quæ inueterauerunt, Rara quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nummûm: non de doliis, sed de amphoris & cadis intelligo: quippe etiam alioquin vina diffusa exportabantur, nec in doliis diu esse sinebantur, quæ propter magnitudinem exportari facilè non poterant, præsertim quum essent fictilia. Batus & Corus hebraica sunt vocabula, vt docet Iosepus lib. viii. Antiquitatum. Batus capit sextarios septuagintaduos: Corus autẽ medimnos Atticos vnum & quadraginta, vt ipse lib. iii. inquit circa finẽ. Quare corus maior erat modio nostro triticario, qui centum & quadraginta quatuor modios capit Romanos. Proinde falluntur illi qui quadraginta non medimnos sed modios capere eorum scripserunt. Errorem eorum secuti, qui medimnũ, modium latinè interpretantur. Strabo de Taurica Cherroneso loquens, quam frumento abundasse scribit, & ob id georgiam appellatam esse, λέγουσι δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας ἀπταίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων ἑξακοσίας περὶ σίτου. Leuconem (inquit) aiunt ex Theodosia vicies semel centena millia medimnûm frumenti Athenienſibus misisse. Quo loco interpres duas centas & decem myriadas modiûm trãstulit, quum totidem myriadas medimnũ Strabo scripsisset. Hæc amplius octogintaquinq; millibus modiûm nostrorum valent. Hic licet æstimare quanta fuerit liberalitas Hieronis Syracusanorum Regis, qui vt auctor est Valerius lib. iiii. audita clade qua Romani apud Trasimenum lacum afflicti erant, trecenta millia modiorum tritici, ducenta hordei, auriq; ducenta & quadraginta pondo Vrbi Romanæ muneri misit: quod ne Romani nollent accipere, in habitũ id Victoriæ fecit, mauit, vt eos religione motos, munificentia sua vti cogeret. In aliis exemplaribus pondo ducenta quinquaginta legitur: adeò numeri (quod sæpe testamur) in exemplaribus auctorum omnium corrupti sunt. Nam & apud Liuium C C C viginti pondo leguntur, libro secundo de secundo bello Punico, his verbis, Legati Syracusani in Senatũ introducti nunciarunt exdem C. Flaminii exercitusq; allatam, adeo affecisse Regem Hieronem, vt nulla sui propria regniq; sui clade magis moueri potuerit. Et paulò infrà, Iam omnium primum ominis causa Victoriã auream pondo C C C X X afferre sese, acciperent eam tenerentq;, & haberẽt propriam & perpetuam: aduexisse etiam C C C mil. modiorum tritici, ducẽta hordei, ne commeatus deessent, & quantum præterea opus esset, quò iussissent subuecturos: quæ ne accipere grauarentur, magnopere se Patres conscriptos orare. Libra auri non minus centum aureis solatis æstimari potest: quare ducenta quinquaginta pondo vt minimum vigintiquinque millibus valuerunt. Quòd si

Batus. Corus.

Liberalitas Hieronis.

Libra auri.

A si Liuium sequimur, eo amplius septem millibus donum illud fuit. Trecenta autem millia modiorum tritici, duo millia modiûm nostrorum & paulo minus centum valent, etiam vt modios Italicos non Siculos intelligamus, quorum differentiam antea adnotauimus. Hæc, si æstimationem Ciceronianam sequamur, vt minimum decies sestertium valuerunt, & quinque & viginti millibus auri taxabuntur. Ducenta millia hordei quanti valuerint, ex tritico æstimari potest. Hæc igitur liberalitas non tam magnifica q̃ munifica fuit: ex animo donãtis æstimabilis magis quàm ab opibus. Quar
B tarium apud Catonem sic congii quartam partem significare existimo, vt tertiarium tertiam, & sextarium sextam. Amurcæ (inquit ille) in vas æneũ indito congios duos: postea igne leui coquito, rudicula agitato crebrò, vsque adeo dum fiat tam crassum quàm mel. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium, conterito in mortario per se vtrunque. Columella libro. xiii. In sextarios duodequinquaginta ferméti libram, fici aridæ pondo quadrantem, salis sextariũ, hæc subterito, & subtrita cum quartario mellis aceto diluito. Quartarium in mensura pro quadrante congii intelligo, vt in pondere pro quadrãte libræ. Nos brochum appellamus sesC quisextarium Parisinum, qua mẽsura dimidio maior est vrna, id est, hemiolia est vrna brochi. Nam sedecim vrnæ modium nostrũ faciunt, id est quatuor & viginti brochos. Vrna, vt diximus, etiam hemiamphorium seu semiamphora dicitur. Illud admirari subit, quonã modo modulos antiquos vrbs nostra seruare potuerit etiam Græcos: quod ne magnopere mirer, facit quòd etiã verba ipsa græca lingua ipsa vernacula tot seculis sæpius immutata retinet. Iamprimum medimnum vocabulum lingua vernacula incolume penè seruat, secunda tantum & tertia litera intertritis mimnam vocans, quasiq; per syncopen proferẽs: huius dimidium, id est ternos modios
D Romanos, diminutiuè idiomate nostro formans. Modius autem gallicum vocabulum est & aridorum & liquidorum mensuræ: non modum priscũ, sed varium pro locorum varietate obtinens. In aliis vasis nostris & conditoriis & modulariis etiam etyma græca agnosco. Prima mensurarum nostrarum deorsum auspicando, cheopina à nobis dicitur, ex eo (vt arbitror) dicta, quòd in ea tantum funditur vel hauritur vini, quantũ homo sitibundus vno haustu absumere possit. Hæc duplex, pintam efficit, ex eo vocabulo detortam, quod Græci pitynam appellant, vas quoddam vinarium significantes. Ex pityna enim per syncopen pitna, deinde transpositione pinta
E dicta. Pino enim græce bibo significat. Minima mensura hemixestes à nobis dicitur: quod merè & integrè græcum est, hoc est dimidiatus xestes. Est enim xestes hemina, vt superius diximus. His quę demonstraui, hoc corollarium addam, huius vrbis homines non modò Romanas Atticasq; mensurat vsu linguaq; pertinacibus ad hoc æui conseruasse, sed etiã Solonis drachma & mẽsuris ab eo legislatore emodulatis eos vti hodie: id quod ex oratione Andocidis oratoris Attici probare facile est, quæ περὶ μυστηρίων inscribitur. De statu enim Athenienſiũ loquens post euersam triginta tyrannorum oligarchiam, propter quam populus in Pyræũ secesserat, psephisma-

Quartari⁹.

Brochus.

Vrna.

Mẽsurę Parisinę antiqua vocabula retinent.

Medimn⁹, mimna apud Gallos.

Cheopina χὶς νίτρα.

Pinta.

Hemixestes.

Xestes.

Solonis drachma & mensuris vtuntur Parisiẽn.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est plebiscitum quoddam referens ob componendam populi discordiã promulgatum,ita inquit,Τισάμενος εἶπε, ὅδε ἦ δῆμῳ πολιτεύεσθαι ἀπταίστως καὶ τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς: χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς ἀρχαίοις ἀσταθμήτοις, ὁπόσον ἐγχωρεῖ τὰ ἐν ἦ ἐμπρόσθεν χρόνῳ. id est, Tisamenus tulit, populusq; sciuit, vt Athenienses regerentur institutis patriis, legibúsq; vterentur Solonis, eiusq; ponderibus & mensuris. Simul vt legibus vterentur Draconis, vt anteactis temporibus fecimus. Ex his verbis colligimus, mensuras Atticas ponderaq; ad auctorem Solonem relatas esse: quas cum Romani ab Athenis cum legibus mutuati sint, & nos à Romanis acceperimus, apparet id planè confectum quod adstruendum duximus. Quartarium autem dicimus non quartam partem alicuius maioris mensuræ, vt Latini vocauerunt: sed vas quod quatuor mensuras caperet, id est quaternas cheopinas. sic tertiarium, quod tres. Porrò quartarios quaternos sextarium nulla ratione lingua vernacula vocitauit, quę quidem hodie assignari possit in iis mensuris quas habemus: quare latinè congium potius quàm sextarium appellandum duxerim, vt Græci choa dicunt. Brochus à verbo græco βρίχω dicitur, quod fundo ignificat. Brochus enim vas est fundendo vino accommodatum, implendis deplendisq; culeis & vasis conditoriis, & vino quocunque modo transfundo. Oenophorum ex eo appellant, quòd comportando vino aptum sit. inde illud satyricè dictum à Iuuenale,

Tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens, plena quod tenditur vrna Admotum pedibus.

Lagena vas est ea forma qua hydriæ fictiles hodie à Bellouacis importantur. à tereti enim collo distenta ventris laxitas, iterum sensim ad imum gracilescit. Docet hoc Columella lib. xiii. de seruandis malis loquens, Nihil tamen certius aut melius (inquit) experti sumus, quàm vt cydonea maturissima in lagena noua quæ sit patentissimi oris, detersa lanugine quæ malis inest, componantur leuiter & laxè, ne collidi possint. Deinde quum ad fauces vsque fuerint composita, vimineis furculis sic transuersis arctentur, vt modicè mala comprimant, nec patiantur ea quum acceperint liquorem subleuari: tum quãoptimo melle vas repleatur, & reliqua. Plinius libro vndecimo, Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinem lagenę modo fusa. Idem libro. xxviii. Aurium grauitati prodest vrina capri vel tauri, aut fullonia vetus calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte. In superiore tamen exemplo, antiqua quæ vidi exemplaria, non lagenæ modo, sed lacunæ habent, vel laciniæ potius, hoc est flexurę sinuosæ. Nec mihi lagenæ formam stomachus habere videtur, qui cõfectionibus faciendis aliquando interfui, & stomachum cum ventriculo spiritu distentum vidi: potiusq; cucurbitæ formam leniter inflexæ, & ab summo imoq; tubulatę habere existimarim: nolim tamen hoc in loco periclitari vt aliquid de hoc statuam. De stomacho propriè accepto Aristoteles libro primo de historia animalium ita inquit, πλευτᾷ δὲ ἀφ' ἧς ἀφῃρέμεθα εἰς πλὴν κοιλίαν στερκώδης ὢν πλὴν φύσει, καὶ τάσιν ἔχων καὶ ὠδὶ μῆκος καὶ ὠδὶ πλάτος. Per septum trãsuersum

A sum in ventrem pertinens, ibíque desinens, natura carnosus, & in longitudinem latitudinemq; intensionem admittens. De ventriculo autem, qui abuVentriculus
siuè stomachus dicitur ab auctoribus, ἡ δὲ κοιλία ἡ τῆ ἀνθρώπῳ, ὁμοία τῆ κυνέας ὄβιν. ἐλάττων γὰρ τῆ ὀπίσω μείζων, ἀλλ' ἰσχνία ὀπίσω τινὶ βύρος ἔχουσι. Ventriculus autem hominis canino similis est, vt qui non multo intestino maior sit, sed similis intestino latiori. In his verbis nihil simile dicto Pliniano videtur. Quare Plinius de stomacho & ventriculo simul locutus esse videtur sub stomachi
B nomine. Angustias enim stomachi excipit ventriculus, in quo cibus concoquitur quasi in intestino quodam laxiore, quam Cicero aluum appellat in
Lagena.
secundo de Natura Deorum, & tortuosam esse dicit: quod non conuenit cum lagenæ forma. Lagenam nomen fuisse mẽsuræ testis est Athenæus his verbis libro xi. λάγυνον δὲ μέτρου λέγεσαν εἶδ' ὄνομα παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ὡς ῥόδος καὶ κοτύλας, χοᾶς δὲ καὶ κοτύλας ἀττικὰς λάβοιμεν. Lagenã mensuræ nomen esse aiunt apud Græcos vt chum & cotulam, duodecimq; cotulas atticas capere. Seria vas
Seria.
erat variæ capacitatis, ad multos vsus accommodatum. Columel. lib. xiii. de vino dulci faciendo loquens, Tum in serias singulas, quæ sint amphorarum septensũm, addito medicaminis pondo vnciam scrupula octo gypsi.
C Erant enim serię grandia vasa vt dolia, vnde vinum ad vetustatem seruandum in vasa minora diffundebatur. Idem, Postea quum de doliis aut de seriis diffundere voles, vere florente rosa defecatum quàm liquidissimum in vasa bene picata & pura transferto. si in vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum quàm optimi vini sextarium, aut fecis generosæ recentis sextarios tres addito. Idem de myrtite vino loquens, Post nonũ diem quàm id factum est, vinum purgatur, & scrupulis aridæ myrrhæ seria suffriatur, operculúmque superimponitur, ne quid eò decidat. Hoc facto, post deci-
D mum diem rursus vinum purgatur, & in amphoras bene picatas & bene olidas diffunditur. Ego tamen non aridæ myrrhę scrupulis suffriandam seriam puto, sed scopulis aridæ myrti seriam suffricandam. Seriam oblonga forma fuisse puto, & in summo ceruicatam. Idem Columel. de salsura suillæ carnis loquens, Sed quum ad fauces serię peruentum est, sale reliqua pars repletur, & impositis ponderibus in vas comprimitur: eaq; caro semper cõ-
Fideliæ.
seruatur, quæ tanquam salsamentum in muria sua permanet. Fideliæ qua forma fuerint, legisse me non memini, sed fictiles & vitreas apud Columellam legimus. Hæc habuimus de mẽsuris quæ diceremus. Sed obiter vidẽ-
E dum quid sit quod Apocalypseos sexto capite in descriptione tertii sigilli legitur, Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno. hoc
Apocal. Iocus.
quum ego mirarer, græcè sic reperi scriptum, χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοῖνικες κριθῆς δηναρίου, id est, Chœnix frumenti denario, & tres chœnices hordei denario. ac si diceret, quantum quis die vno frumenti absumere potest, denario vno venditur. Interpres chœnicem tritici duas libras pendere existimauit, & ideo bilibrem transtulit. In quo verbo exponendo Liranus somnia narrare mihi videtur. Inter scholia autem quæ in eum librum edita sunt, legimus chœnicem duos sextarios Romanos significare: quod quum sit verum, non bilibris tritici, sed trilibris verti debuit, si sic loqui necesse fuisset.

Quartari⁹.

Congius est sextari⁹ noster. Brochus.

Oenophorum.

Lagena.

Plinij loc⁹

Stomach⁹ propriè dictus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum enim pendet sextarius tritici Romani, quum modius teste Plinio quatuor & viginti pondo pendeat. Græcè tamen non tritici, sed frumenti legitur: quod quum sit nomen generis, libralis sextarius esse potuit si leuissimum genus frumenti appenderetur, vt hordeū. Verumenimuero vt vnde exorsa est hæc cōmentatio, eò tandem eludatur: trīens, quadrans, & alia nomina ab asse & vncia deriuata, non modò pondera, sed etiam mensuras infra sextarium, nummorumq; vocabula significarunt. Quare quū de mensuris dictum sit, restat vt de nummorum significatione exempla citentur. Plin. lib. xxxiii. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis: in triente verò & quadrante rates. Hic quadrans, teruncius alter dicitur: de quo satis diximus. Erat enim assis & libellæ quartarius: denarius autem quadrantes sestertium valebant, & quaterni sestertii denarium. Ita fit vt pro sportula deni sestertii darentur: quos denis caroleis & semisse adimandos esse dico. Caroleos nostri denarios, quasi dextantes aliquando vocitarunt: ita vt assem, nostrum solidum esse existimemus, duodenos denariolos valentem. tanti est illa sportula à Iuuenale Martialeq; decantata, quæ merces salutationum erat olim, & togatis, id est comitibus & asseclis dabatur rectæ cœnæ loco: de qua Iuuenalis,

Nummorum significatio. Quadrans & Triens. Terūcius. Sestertius.

Sportula, id est centum quadrantes.

Nunc sportula primo
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ.
Sed quum summus honos finito computet anno
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est?

Martialis idētidem centum quadrantes vocat, miselios appellans ob tenuitatem pecuniæ, præsertim Romæ, vbi omnia cara erant, vt ex præcedentibus liquet. Columella hoc strinxit in præfatione rei Rusticæ his verbis, Anhonestius dixerim mercenarii salutatoris mēdacissimum aucupium, circūuolitantis limina potentiorum, somniumq; regis sui rumoribus auguratis? Ex hoc tamen coniicere opes diuitum Romanorum licet, qui numerosæ turbæ quotidianam hanc mercedem darent. Tranquillus de initio principatus Neronis loquens, Adhibitus sumptibus modus, publicæ cœnæ ac sportulas redactæ. Augusti autem instituto diuites cœnam rectam dabant, quæ maioris erat & liberalitatis, & impensæ: propter quod Martialis,

Cœna recta.

Promissa est (inquit) nobis sportula, recta data est.

Sportulam enim prę recta contemnendam arbitrabantur. Idem Tranquillus in Domitiano, Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Hactenus de sportula. Sextans nummulus erat quadrāte minor, duas vncias valens. Plinius libro supradicto, Populus Romanus stipem spargere cœpit L. Posthumio, Q. Martio Consulibus: tanta pecunia erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. Nam quòd Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit, honoris id necessitatisq; propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Vnciaria stips apud eundē lib. xxxiiii. cap. v. dimidio minor est sextantaria, par ferme obolo nostro. Apud Græcos hæc ratio nummulariæ rei fuit, vt obolus Atticus octonos chalcos valeret, licet Plinius denos dicat lib. xxi. Bini autem chalci, id est

Sextans.

Ratio rei nummariæ apud Græcos.

Obolus.

æreoli, quadrantem efficerent, quod ab eis tetartemorium dicitur, & per syncopen tetartemorum: ob id alio nomine dichalcum vocitatum. Chalci autem quaterni hemiobolium, id est semiobolus dicebatur: seni chalci triens, immutata ratione sermonis. non enim triens dicebatur tertia pars oboli, vt tetartemorium quarta, sed quòd tres essent partes oboli, id est dodrans. ita fit vt triens maior semisse, id est semiobolo fuerit. Semissem nunc non assis nostri, sed oboli intelligi volo. Polybius suo tempore ita rem nūmulariam constitutam fuisse dicit in. ii. histor. vt. xii. asses Romani drachmam efficerent, cum binos asses obolo tribuat. Sic enim scribit, ὁς μὲν οὖν ὠνητικὴ παρέκπτωσις ἦν καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἐπὶ τὰ πολὺ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐμμελῶς. ἦσαν δ' ὧδε τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. Verùm cum de annone vilitate non verisimilia scripserit, vt suprà dictum est, non magnopere hoc eius dicto moueor. Cæterùm apud Græcos tritemorum, id est trien, pro tertia parte cuiusque rei accipi solet, vt quum dicunt, τριτημόριον πελάντε, καὶ τεταρτημόριον πελάντε, id est trientem quadrantémque talenti, & quadrantem diei pro sex horis. Theodorus Gaza in tractatu de mensibus, ἡμέρας ποιοῦσιν τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα καὶ πέντε δεκάτου ἡμῶν ὁ ἐνιαυτός ἐστι καὶ τοῦ ἑνὸς μορίου ἡλίου πορίσαι, περὶ ἧς ἐμοὶ (inquit) trecentis & sexagintaquinque finitus nobis erit annus secundum solis ambitum, duntaxat addita huic numero parte quadam diei quæ minuscula sit quàm quadrans. Triobolum alio nomine hemidrachmium dicitur. senos enim obolos drachma efficit, vt auctores sunt Plinius & Pollux, & alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat, quam illi glaucem appellāt: ex quo factum arbitror prouerbium, Noctuam Athenas, γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, contra eos negociatores vsurpatum qui eas merces in emporia important, quæ ibidem vernaculæ sunt, & mulctæ: quanquam ad auem noctuam referri vulgò soleat, quæ in Attica frequens videtur. Tetrobolum quatuor obolos dicebant, hoc est bessem drachmæ. numisma erat habens effigiem Iouis, vt triobolum, & postica parte binas noctuas. Diobolum duos obolos valebat, qui triens erat drachmę. Obolus primam habet breuem, sed in compositione productam, vt in diobolo, triobolo, tetrobolo, τριώβολον, τετράβολον, διώβολον. Cum ergo drachma Attica quaternis sestertiis Romanis valeret, id est denario vno, sestertius Romanus sesquiobolum Atticum valuit, vt obolus omnino semissem nostrum & denariolum valuerit, ac si septuncialem nummulum haberemus. Hac ratione diobolon septenos sestantes nostros valebat. quare Plautus in Pœnulo quum dixit, Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi malligiæ exturbo oculos atque dentes. sic intellexit, ἄξιος τριώβολε, vt Græci loquuntur, id est non æstimandus triobolo Attico, seu duobus sestertiis. Sic alibi, Aruspex non homo trioboli. genitiui sunt schemate Græco enunciati. & trioboli igitur hominē vocat vocabulo monoptoto, vt nauci hominem antiqui dixerunt, & frugi. Idem in eodem Pœnulo, Seruorum sordidulorum scorta diobolaria. Festus meretrices diobolares appellatas ex eo dicit, quòd duobus obolis ducerentur. Diobolaria ergo scorta dixit

Dichalcū. Chalcus.

Triens.

Triobolū.

Noctuam Athenas.

Tetrobolum.

Homo trioboli.

Diobolaris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanti prostantia, quanti solidus noster est & sextans. Solidus noster(vt sæpe dixi) notus etiam est Transalpinis, & externis finitimis. Quum autem hæc scriberem, ducatus vnus probi characteris quadraginta solidis nostris permutabatur. Cæterùm nos oboli vocabulum à Græcis mutuati sumus. Romani enim eo non vtebantur. Quòd autem rectè hos nummulos æstimarim, his exemplis cognoscitur. Prostibula enim scorta, & in lupanari prostantia, sermone vulgari solidum vnum merere dictitantur, quod conuenit cum diobolo. Bos etiam olim numisma erat Atticum, bouis nota percussum, didrachmum alio nomine dictum. Quare hecatombœum dictum quicquid duabus minis Atticis æstimabile esset, id est ducentis drachmis. Inde hecatombœa arma apud Homerum Iliados sexto, vt quidam volunt, vbi Homerus permutationem armorum Diomedis & Glauci scripsit, cuius meminit Iustinianus in præfatione Pandectarum, & nos explicuimus in Annotationibus nostris. Ab eo nomismate notum est apud Græcos adagium, βοὸς ὑπὲρ πλώτης βίβυκεν. Bos super linguam situs est vel firmatus: contra eos vsurpatum, qui aut pecuniæ auctoramento loquendi libertatem perdiderunt, aut mulctæ irrogandæ metu quæ dicenda sunt reticent. Huiusmodi multi in Francia, vt alibi, sæpe fuerunt: quod genus hominum cum semper noxium rebus bene gerendis fuit, tum verò illi deterrimi atque exitiabiles, qui non bouem modò in ore, sed ouem in fronte, vulpem in corde gerunt. Sed ad hunc locum pertinere videretur id quod ab Aulo Gellio dicitur libro vndecimo Noctium Attic. Coniectare autem(inquit)ob eandem causam possumus quòd Italia olim esset armentosissima, mulctámque quæ appellatur suprema, institutam in singulos dies duarum ouium, triginta boum, pro copia scilicet boum, próque ouium penuria. Sed quum eiusmodi mulcta pecoris armentíque à magistratibus dicta erat, adigebantur oues bouésque aliàs precii parui, aliàs maioris: eáque res faciebat inæqualem mulctæ punitionem. Idcirco postea lege Aterina constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni. Minima autem mulcta est ouis vnius. Suprema mulcta est eius numeri quem diximus: vltra quam mulctam dicere in dies singulos ius non est, & propterea suprema appellatur, id est summa & maxima. Quando igitur nunc quoque à magistratibus populi Rom. more maiorum mulcta dicitur vel minima, vel suprema, obseruari solet vt oues genere virili appellentur: atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima mulcta diceretur, concepit, M. Terentio, quandò citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei vnum ouem mulctam dico. Ac nisi eo genere diceretur, negauerunt iustam videri mulctam. Festus, Peculatus, id est furtum publicum, dici cœpit à pecore, tunc quum Romani præter pecudes nihil haberent. Plinius libro tricesimotertio, Vtinam posset è vita in totum abdicari aurum, sacra fames, vt celeberrimi auctores dixere, prosciissum. conuitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum. quantum fœliciore æuo, quum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factitatu Homero credi conuenit: quãquam & ipse miratus aurum, existimationes rerum ita

Didrachmum. Hecatombœum.

Prouerbiũ

Cap. 1.

ita fecit, vt centum boum arma aurea permutasse Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem boum, ex qua consuetudine mulcta legum antiquarum pecore constat etiam Romæ. Plinii verba, Gellii auctoritate, qui sub Adriano Imperatore scripsit, ita interpretanda sunt, vt mulcta Romæ pecore constaret verbó tenus. nam minima mulcta in singulos dies erat ouis vnius æstimatio prisca, id est denarius vnus, seu asses deni: summa autem mulcta, triginta boum & duarum ouium æstimatio, id est tria millia & viginti æris, id est trecentæ & duæ drachmæ. Hoc consentaneum esse videtur cum eo quod dicitur in lege vltima de modo mulctarum in Codice Iustiniani. Illa enim lege omnes iudices infra Proconsularem potestatem vltra quadrantem auri mulctare quenquam vetantur. Libram auri obryzi diximus centum & duodecim solatis aureis æstimandam esse. Huius quadrans paulo minus triginta aureis coronatis valet, id est argenti drachmis trecentis. Proconsulare autem imperium summam mulctam non vltra auri semissem dicere poterat, id est aureos sexaginta, vbi mulcta à lege non erat æstimata. Hactenus coërcita erat omnis potestas pro contumacia quidem punienda, aut leui admisso, cuius pœna erat arbitraria. Nam delicta priuata, vt concussio, & furtum, vlterius mulctari potuerant, cum etiam publicatione partis bonorum & vltrà quædam leges sanctæ sint. Hodie apparitores & viatores, qui vel interdicto vel iussu iudicum aliquid vel iubent fieri, vel vetant, ferè centum librarum argenti mulctam interminari solent si quid contra iussum edictúmve factum aut admissum fuerit. Quod temere, vt opinor, in vsum receptum est. Eodem titulo permissa erat potestas præfecto prætorio vsque ad quinquagenas libras auri pro summo maleficio mulctandi: quod non tam ad dignitatem præfecturæ, quàm ad flagitii atrocitatem refero: si tamen quinquaginta libras auri ponderalis intelligere debeamus, quum Proconsul qui intra semissem arctatur, omne imperium habuerit, vt ex titulo de officio Proconsulis intelligimus, & præterea ex principum Romanorum consuetudine. Moris enim fuit principibus Romanis & Cæsaribus, vt accepta statim purpura, Tribunitiam potestatem & Proconsulare imperium extra vrbem assumerent inter alia Cæsareę dignitatis vel principatus insignia. Tacitus libro duodecimo, Virilis toga Neroni maturata, quò capessendæ Reipublicę habilis haberetur: & Cęsar adulationibus Senatus liberius cessit, vt vicesimo ætatis anno Consulatum Nero iniret, atque interim desiignatus Proconsulare imperium extra vrbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur. Apud eundem libro decimotertio, Agrippina contra Neronem filium excandescens, & exprobrans quòd matris beneficio, id est suo, Nero ad imperium assumptus esset, Baiarum (inquit) suarum piscinas extollebat, quum meis consiliis adoptio, & Proconsulare ius, & designatio Consulatus, & cætera adipiscendo imperio præpararentur. Lamridius, Interfecto(inquit) Vario Heliogabalo Alexander vrbe Arcena genitus, Varii filius, consobrinus ipsius Heliogabali accepit imperium, quum antè Cæsar à Senatu esset appellatus, interfecto scilicet Macrino: augu-

De modo mulctarũ.

Libra auri obryzi.

Tribunitia potestas & proconsulare imperium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stúmque nomen idem recepit, addito etiam vt & patris patriæ nomen, & ius Proconsulare, & Tribunitiam potestatem, & ius quintæ relationis, deferente Senatu, vno die assumeret. Capitolinus de Maximo & Balbino, Decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atque insignibus, perceptа Tribunitia potestate, iure Proconsulari, pontificatu maximo, patris & patriæ nomine meruerunt imperium. & in M. Philosopho, Suscepta filia, Tribunitia potestate donatus est, atque imperio extra vrbem Proconsulari. Præsides autem prouinciarum, ius tantum prætorium habebant, quod inferioris erat imperii quàm Proconsulare. Vopiscus in Probo, Accepto igitur hoc Senatusconsulto, secundum orationem permisit patribus, vt ex magnorum iudicum appellationibus ipsi cognoscerent, Proconsules crearent, Legatos Consulibus, ius prætorium Præsidibus darent: quas leges Probus ederet, Senatusconsultis propriis consecrarent. Ex quibus verbis intelligere possumus Præsidibus prouinciarum dari solitam à principibus Prætoriam potestatem, & quibusdam rectoribus Proconsularem, quod ius Probus Imperator ad Senatum detulit: cuius hodie instar est, quòd curia suprema præsides prouinciarum & præfectos ad iusiurandum adigit, & principum constitutiones prius animaduersas & consideratas promulgandi ius habet. Mirum verò mihi visum est in nomismatibus antiquis inter titulos imperatorios hoc non legi. Contra id quod diximus de mulcta maxima apud priscos exemplum apud eundem *Gellium* libro nono, vbi de Appii Cæci filia loquitur, quæ ob vnum improbum verbum ab Aedilibus mulctata est. Ob hæc mulieris (inquit) verba tam improba, ac tam inciuilia, Aediles plebei mulctam dixerunt ei æris grauis xxv. millia. id factum bello Punico primo. Vigintiquinque millia æris, ducentorum & quinquaginta boum mulctam æquarunt, id est totidem aureorum nostrorum. Quare (vt dixi) superius dicta, non de mulcta maleficiorum & criminum, sed de mulcta contumaciæ intelligenda sunt. Nam apud Athenienses, qui iure eo regebantur à quo iura Romana originem primam ducunt, magnas fuisse maleficiorum mulctas ex Demosthene apparet, qui in oratione κατὰ κανδίλε, quam contra Midiam habuit hominem prædiuitem, quodam loco ita inquit, ὑμεῖς δ' ἄνδρες ἀθλιωτάτοι σμίκρα μὲν οὖν ἄλλα τελάντων ἐτιμᾶτε, καὶ σκίπωνι τοσούτων ἐτέρων, πλέξαντι παρέργως χρήσιμον, καὶ ὕπτ' αὐλία, ὕπτ' ἐλάας, ὕπτ' ἀμπέλους, οὐδ' ὁντινοῦν ἐλεύσεται τῶν παρόντων ἐκάνοις. Vos autem iudices Smicroni mulctam talentorum decem irrogastis, & totidem aliorum Scitoni, ob id quòd rogationem quandam iniquam & legibus aduersam promulgasset: quam pœnam nec eius liberi, nec amici, nec cognationis aduocationísque eius intercessio supplex & misericordiam implorans deprecari potuerunt. Quin & ipse Demosthenes acceptorum viginti talentorum conuictus ob silentium Harpalo venditum, quinquaginta talentis mulctatus est: quam summam cum nec conficere posset, nec vinculorum tædium ferre veller, clàm in exilium abiit. Hæc mulcta nõ minor est triginta millibus aureũm coronatorum. Hic operæpreciũ est æstimare leges sumptuarias, non illas priscas quæ denos æris in dies singulos statuebant impensæ escariæ, sed recentiores, & post victam Asiam latas, de quibus Gellius libro secundo sic inquit, Postea L. Sylla Dictator cum legibus priscis situ atque senio obliteratis, plerique in patrimoniis amplis heluarentur, & familiam pecuniámque suam prandiorum gurgitibus proluissent, legem ad populum tulit, qua cautum est, vt Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum, & feriis quibusdam solennibus sestertios tricenos in cœnam insumere ius potestasq; esset: cæteris autem diebus omnibus non amplius ternos. Postremò lex Iulia ad populum peruenit Cæsare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur: Calendis, Idibus, Nonis, & aliis quibusdam festiuis trecenti: Nuptiis autem & repotiis sestertii mille. Esse etiam dicit Capito Atteius edictum, diú ne Augusti, an Tyberii, non satis commemini, quo edicto per dierum varias solennitates à trecenis sestertiis vsque ad duo millia sumptus cœnarum propagatus est, vt his saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coerceretur. In libris impressis sestertii millies pro sestertii mille legitur, qui æstimatione nostra quinque & viginti aureis æstimantur coronatis. quòd si Gellius sestertia mille scripsisset, quinque & viginti millia intelligerem, si sestertium millies centuplicato summa creuisset. Sed animaduertendum mihi videtur, à denis assibus leges ad septenos & semissem peruenisse, hoc est ad ternos sestertios etiam Sylla Dictatore, cuius priuignus Scaurus theatrum luxu fidem excedente extruxit. Ridicula igitur lex Syllana mihi fuisse videtur, quæ id sanciret, quod nemo sequeretur. Notanda igitur illa Augusti, quæ ducentos sestertios in singulas cœnas taxauit, hoc est aureos quinque nostros, & diebus festis trecentos, nuptiis autem, & repotiis, id est postridie nuptiarum, sestertios mille. quæ summa longè abest à sumptu quem in nuptiis factitamus. Ex supradictis patet quid centussis apud Lucillium fuerit, id est quadraginta sestertii, qui legem sumptuariam centussem vocitauit ob centum assium taxationem, vt auctor est Macrobius in tertio Satur. Vnde cœnæ centenariæ à Tertulliano dictæ. Priscæ autem Romanorum paupertatis indicia sunt quæ à Valerio libro quarto scribuntur de paupertate, ex quo verba hæc transcribenda duximus. Itaque cum secundo Punico bello Cneus Scipio ex Hispania Senatui scripsisset petens vt sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset: Senatus, ne Resp. bono duce careret, patris sibi partes desumpsit, consilióque vxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote, summam eius ex ærario erogauit, ac puellam nuptui dedit. Dotis modus X L millia æris fuit: qua non solùm humanitas Patrum conscriptorum, sed etiam habitus veterum patrimoniorum cognosci potest. nanque adeò fuerunt arcta, vt Tatia Cæsonis filia maximam dotem ad virum X millia æris attulisse visa sit: & Megalia quia cum quingentis millibus æris mariti domum intrauit, dotatæ cognomen meruit. Quadraginta millia æris nostro nomismate quadringentos coronatos valent, quingenta millia æris quinque millia aureorum: propter quam summam per Antonomasiam Megalia dotata vocitata est. Dotes

Ius prætoriũ, & potestas prætoria.

De modo mulctarũ.

Mulcta Demosthenis indicta.

Leges sumptuariæ.

Centussis.

Priscorum Romanorum paupertas.

Dotata Megalia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem postea creuisse ex Iuuenale didicimus, apud quem decies centena
millia,& bis quingenta legimus,

Bis quingenta dedit:tanti vocat ille pudicam. Alibi,

-Et ritu decies centena dabuntur
Antiquo,veniet cum signatoribus auspex.

Decies sestertium. Decies sestertium(vt sæpe diximus) quinque & viginti millibus aureorum nostrorum æstimari possunt.Hoc addendum. Seneca de Consolatione ad matrem,Scipionis filiæ ex ærario dotem receperunt,quia nihil eis reliquerat pater. Aequum mehercules erat populum Rom.tributum Scipioni fe-
mel conferre, cum à Carthagine semper exigeret. O felices viros puellarum,quibus populus Ro.loco soceri fuit.Beatiorésne istos putas,quorum pantomimæ decies sestertio nubunt,quàm Scipionem, cuius liberi à Senatu tutore suo in dotem æs graue acceperunt? His verbis liquet decies sestertium & decies centena idem esse. Strabo libro quarto de Massilienſibus loquens, τὴ δὲ λιτότητα τὴν βίου καὶ τὴ σωφροσύνης τὴν μασσιλιωτῶν οὐκ ἐλάχιστον εἰς τοῦτο τεκμήριον. ἐκ γὰρ μιγίστου πεῖξ ἔδιν αὐτοῖς ἑκατὸν χρυσοῖ, εἰς ἱμάτια πέντε, καὶ σύνδεσμον εἰς χρυσῆν κόσμον. πλέον δ' οὐκ ἔξεστι, Frugalitatis autem vitæ & continentiæ

Dotes Massilienses. Massilienſium maximum hoc indicium existimari potest, quòd dos apud eos maxima centum sunt aurei, & eo amplius in vestem quinque, & in mundum muliebrem aureum quinque.amplius autem doti dicere non licet. Centum aureos Romanos Strabonem intellexisse puto. tunc enim quum scripsit Strabo, omnia Romanis parebant in Gallia. Ex prædictis etiam apparet quanti æstimari debeant sportulæ solennes in prouincia Plinianа, quarum fit mentio in Epistolis ad Traianum, his verbis, Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam Bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binósque denarios vel singulos dare. Mille enim denarii centum aureos valent,duo millia denariûm ducẽtos aureos. Quare illæ sportulæ tanti aut pluris constabant, cum ipse dicat,Ita vereor ne illi qui mille homines, interdum etiam plures vocant, modum excedere,& in

Dianome, diuisio. speciem dianomes incidere videantur,id est diuisionis & largitionis. Crimi-
nosum enim verbum diuisionis erat propter ambitus suspicionem. sed in omnibus Plinii exemplaribus hoc verbum variè corruptum est. Nunc ve-

Loca in euãgelio explicata. fausta ac felici clausula disputationem hanc peragamus, percurramus ea quæ in euangelio leguntur. Iam primum Matthæi decimo, Nonne duo

As & Assis. passeres asse veneunt? οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; Assis duos sextantes nostros valuit, id est denariolos quatuor. Et Lucæ duodecimo, οὐχὶ πέντε στρουθία

Dipondi⁹. πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; Nonne quinque passeres veneunt assibus duobus, id est dipondio? Quare Cicero pro Quintio dupondium pro pecuniola posuit,Si dupondius(inquit)tuus ageretur Sexte Neui,si in paruula re captionis aliquid vererere, non statim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem qui consuluntur, cucurrisses? Et Matthæi vicesimo denarius diurnus tres solidos & semissem valet, quanti vinitores ferè conduci solent. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, Pactus cum operariis denario in diem,

Quòd

A Quòd autem denarius fuerit Romanus, ex eo apparet quod cap.xxii.dicitur,Ostendite mihi nomisma census. At illi obtulerũt ei denarium, in quo effigiem Cæsaris fuisse dicit. οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον. Ex quo apparet in denario fuisse effigiem Cæsaris Augusti, vel Tyberii: & tales hodie denarii circunferuntur, nequis de eo dubitare possit. Plinius libro sexto, Annii Plocamii qui maris Rubri vectigal à fisco redemerat,libertus, circa Arabiã na-
B uigans,aquilonibus raptus præter Carmaniam, quintodecimo die Hippuros portum Taprobanes inuectus, hospitali Regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio, percontanti postea narrauit Romanos & Cæsarem. Mirum in modum in auditis iustitiam ille suspexit, quòd pares pondere denarii essent in captiua pecunia,quum diuersæ imagines indicarent à pluribus factos. Hæc Plinii verba improbãt eorum opinionẽ,qui rei nummariæ æstimationem hodie constitui non posse putarũt ea maximè ratione,quòd & Consulum & principum tempore variata pondera nomismatum fuerunt, ita vt pro cuiusque percutientis arbitrio nomismatis pondus & indicatio euariauerit:id quod Blondus Flauius lib.v. Romæ triumphã-

Blõdi opinio de rẽ nũmaria. C tis affirmauit,antiquitatis diligẽtissimus inquisitor. Cum enim ad eam partem veniſſet,& eam sibi transmittendam videret, Hæc omnia(inquit)qualia per singulas ætates fuerint, examussim ostẽdere,nõ magis difficile quàm impossibile fuerit, non solùm quia obscuris & nostra ætate ignotis verbis sunt à maioribus tradita,sed quia omnis ferè ætas suam habuit cudendi varietatem & formam. Videmus enim multos ex Consulibus priscis sui vultus cusisse nũmos semper mẽsura & pondere variatos:quod maiore postea studio principes factitarunt. Et paulo inferius de talenti varietate loquens, idem penè pronunciat,& ad extremum ingenuè fatetur se rem difficillimã & situ vetustatis obductam,nec ingenio nec diligentia superare potuisse,cũ
D nulla extarent priscorum volumina in quibus aperta dictorum verborum mentio fieret. Ipse tamen lib.iii.eiusdem operis cum hanc rem tentare vellet,Hanc nos difficillimam(inquit)numerorum & ponderum vetustissimã consuetudinem ad nostri temporis collationẽ inuiti hoc loco tractamus, quam infrà suo loco tractare constituimus. Et paulum infrà,cum in denariis,quos aureos fuisse volebat, æstimandis magnopere hallucinatus esset, centum millia æris,id est primæ classis cẽsum sub Seruio Rege,decem mil-

Census primæ classis. libus ducatorum taxauit,quem nos mille tantum aureis coronatis æstimamus. Nunc redeamus ad rem. Iohannis sexto, Ducentorum denariorum
E panes non sufficiunt eis,vt vnusquisque modicum quid accipiat, Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς,ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύτι λάβῃ. Deinde subdit, Discubuerunt ergo viri numero quinque millia. Ineamus nunc rationem, Ducẽti denarii,viginti aureos nostros valent,id est quinque & triginta Francicos. Commoda apud nos annona esse dicitur, quum terni primarii panes quincunce veneunt,qui nummus vulgo albulus appellatur. Si igitur commodam annonam sequamur,& qualis eo anno fuit quum hæc scriberem, in singulos Francicos duodequinquaginta quincunces numerabimus: quẽ numerum si triciesquinquies ducas propter xxxv Francicos, mille sexcen-

Iohã.euãgelistæ locus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti & octoginta quincunces fient: qui singuli, quum ternos panes faciant, fiunt in summa panes quinq; millia & quadraginta. qua ratione vnusquisque panem vnum habere potuit,& sic pane satiari.quod cõuenire cum dicto Euangelistæ non videtur.sed scilicet carior erat annona Hierosolymis, id quod facilè crediderim ex Strabone,qui agrum Hierosolymitanum sterilem esse dicit.Nam & hic sæpe panis primarius sextantibus venit:qua ratione quatuor millia & ducenti panes essent.Marci etiam sexto ita legitur, ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν δηναρίων διακοσίων ἄρτους, καὶ δώσομεν αὐτοῖς φαγεῖν. Eamus emptum panes ducentis denariis,& demus illis vt edant. quasi scilicet ducenti denarii satiare turbam tantam possent, quod apud Iohannem hyperbolicè refertur.in quo agnoscimus stuporem discipulorum,qui mirarentur dominum tantam turbam pascere velle, quum id non posse fieri arbitrarentur. Marci.xii. καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Et accedẽs vna vidua paupercula iecit minuta duo,quod est quadrans. Quadrantes autem æreos fuisse patet ibidem vbi dicitur iecisse æs in gazophylacium, pro quo Græce χαλκὸς dicitur.In Actibus Apostolorũ,siue acta appellare malimus, capite vndeuicesimo ita legitur de exorcistis Iudæis, Multi autẽ ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus,& computatis preciis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. (sic enim ad verbum legitur)& inuenerunt argenti myriadas quinque.quod interpres rectè transtulit quinquaginta millia denariũm,non vt Plutarchi interpretes in Antonio & Pompeio,millia nummũm pro denariorum millibus vertentes,qua ratione quadruplo minor fit summa, vt suprà adnotatum est. Hæc summa quinque millia aureorum nostrorum valet, ne temere putemus librorum summam à Luca Apostolorum scriba commemoratam. Id enim omnino admiratione dignum,tanti libros adiurationum comparatos. Triginta autem argenteos, quo precio Iudas sceleratissimus perfidiam indicare sustinuit Iudæis licẽtibus,non triginta denarios fuisse propterea arbitror, quòd vbique argenteos legi, nunquam denarios,id est græce argyria, non denaria.Scio hodie in æde diui Iohannis Lateranensis Parisiis ostendi argenteũ vnum,qui ex illis triginta esse dictitatur,quos Iudas in templũ abiecit, characterem diuersum à denario Romano habentem.Habet enim effigiem hominis non luscam eminente altera mala, vt Romana nomismata visuntur, sed aduersam & integram,& à tergo flosculum,vtrinq; nullo indice. Pondus,vt coniicere licet (non enim attrectatur, sed trans vitrum cernitur)didrachmum esse potest,si satis commemini.Ex iis autem quæ adnotauimus, alia quoq; omnia intelligi æstimariq; poterunt, nec aliquid esse puto quod non sit à me deprehensum in iis quæ apud auctores legi, vnumq; tãtum est cuius omnino periculum recipere in me nolim,quod apud Vitruuium lib. iii.legitur,vbi de senario & denario loquitur his verbis, Ex eo etiam videntur ciuitates Græcorum fecisse,vti quemadmodum cubitus est sex palmorum,ita in drachma quoque eo numero vterentur. Illæ enim æreos signatos, vti asses ex æquo sex,quos obolos appellant, quadranteſq; obolorum, quæ

Librorum pernicioso rum exustio.

Argenteus quo Christus diuenditus.

Vitruuij locus molestissimus.

A quæ alii dichalca, nonnulli trichalca dicunt, pro digitis vigintiquatuor in drachma constituerunt.Nostri autem primò decem fecerũt antiquum numerum,& in denario denos æreos asses constituerunt ,& ea re compositio nummi ad hodiernum diem denarii nomen retinet. etiamq; quartam eius partem quod efficiebatur ex duobus assibus & tertio semisse,sestertium vocitauerunt. Postea quoniam aduerterunt vtrosque numeros esse perfectos & sex & decem,vtrosque in vnum cõiecerunt, & fecerunt perfectissimum decussisexis.Huius autem rei auctorem inuenerunt pedem. E cubito enim
B quum dempti sunt palmi duo,relinquitur pes quatuor palmorum.Palmus autem habet quatuor digitos. Ita efficitur vti habeat pes sedecim digitos, & totidem asses æreus denarius,vel vt in aliis exemplaribus,æratius.neutrũ tamen rectè:denarius enim nunquam æreus fuit apud Romanos, nec drachma apud Græcos: sed ante argentum signatum decussis, vt centussis, æreus fuit.Quare non æreus sed æreos legẽdum est,vt ad asses referatur. Sed ex hoc Vitruuiano loco id habemus quod suprà ex auctoribus Græcis collegi,drachmam in sex obolos diuidi,& obolos singulos in quaternos quadrantes,quos dichalcos,id est binos chalcos valentes appellant. vel trichal-
C cos,id est ternos chalcos valentes.sic fit vt numerus quatuor & viginti ex senario quater ducto impleatur. Quare verum esse non potest quod apud Plinium legitur in fine libri vicesimiprimi,quòd obolus decem chalcos habeat.aut enim obolus octo chalcos habuit, id quod nos diximus, & sic in quaterna dichalca diuiditur.aut duodenos, si quadrãtes trichalci,id est tertem sequitur, videamus an verum sit.Vult enim Vitruuius Romanos sic narii fuerunt,quod non Athenis,sed alibi fuisse puto,sicubi fuit. Quod audenarium & eius partem ad pedis rationem retulisse aliquando post argen-
D tum signatum,vt Graeci drachmam & eius partes ad cubiti retulerunt. quo fit,vt sic denarius sedecim asses valuerit,vt pes sedecim digitos habet. Citetur nunc Plinius de hoc sententiam dicturus.sic enim inquit libro.xxxiii. Argentum signatum est anno Vrbis quingẽtesimo octogesimoquinto,Q. Fabio Consule, quinque annis ante Punicum bellum: & placuit denarius pro decem libris æris,quinarius pro quinque,sestertius pro dipondio ac semisse.Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis Resp.non sufficeret,constitutúmque vt asses sextantario pondere ferirentur:ita quinq; partes factæ lucri, dissolutumq; æs alienum. Postea An-
E nibale vrgente Q. Fabio Maximo Dictatore asses vnciales facti, placuitq; denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis.ita Resp.dimidiũ lucrata est.In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ, & inde bigati quadrigatiq; dicti,mox lege Papyriana semunciales asses factus.His Plinii verbis significatur propter pecuniæ penuriam factum esse vt denarius sedecim assibus permutaretur: & tamen Vitruuius ratione id docuit non necessitate factum,& suo etiam tempore,id est sub Augusto,denarium sedecim asses valuisse. Sed rursus in dubium venit quod à Plinio dicitur. Si enim Fabio Dictatore asses vnciales facti sunt, quonam modo id

Plinij loc⁹

Locus Plinij corruptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asses sextantarij.

fieri potest vt Resp. dimidium tãtùm lucrata sit, præsertim quum superius dixerit Plinius in sextãtariis assibus quinque partes lucrifactas? quum enim asses librales facti fuissent ab initio, si vncia pro libra oblocari potuit, vndecim partes lucri factas oportuit. Deinde si denarius qui decem assibus valebat, sedecim permutari cœptus est, & sestertius qui duos & semis, pro quaternis, dimidium lucri factum non est. Hoc melius ex Festo intelligitur, qui de hoc loquens, ita inquit, Sextantarii asses in vsu esse cœpere ex eo tempore, quo propter Punicum bellum secundum quod cum Annibale gestum est, decreuerunt Patres, vt ex assibus qui tum erant librarii, fierent sextantarii, vt populus ære alieno liberaretur, & priuati quibus debitum publicè solui oportebat, non magno detrimento afficerentur. septennioq; vsus eis fuit vt priore nummo, sed id non permansit in vsu. Ex his verbis dico, initio statim belli sextantes pro assibus locari cœptos, vel asses sextantis pondere, quod idem est. postea verò Annibale arctius vrgente, quum Italia pæsim bello flagraret, ærariumq; iam exhaustum esset, asses ex sextantariis vnciales esse decretos, & sic dimidium lucratam Remp. quæ vnciam pro sextante soluendo defungebatur. Id enim dimidium refertur ad proximum assem sextantarium, non ad pristinum libralem. Id ne in dubium reuocetur, efficit geminatum eiusdem Festi testimonium, alibi, his verbis, Graue æs dictum à pondere: quia deni asses singuli pondo libræ, efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum: sed bello Punico pópulus Ro. pressus ære alieno, ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tanti valerent. Fuerũt igitur asses illi sextantarii, non dextantarii, vt in impressis legimus cõtra fidem antiquorum. Fabium & Consulem & Dictatorem fuisse certum est in bello Punico secundo: vt apud Liuium legitur lib. ii. & lib. iiii. de bello Punico secundo. Hoc autem quod dictum est à Plinio, factum esse credo anno tertio belli Punici post Cannensem cladem: quo tempore propter penuriam argenti Triumuiri mẽsarii rogatione Minutii Tribunipl. facti sunt (vt auctor est Liuius lib. iii. eiusdem belli) apud quos Triũuiros omne aurum, argentum, æsq; signatum certatim ab omnibus delatum est collatione voluntaria, auctore eodem lib. sexto, quanquam eo anno Liuius Fabiũ Buteonem Dictatorem fuisse prodiderit. Proinde denarium illum qui sedecim assibus permutabatur, non eum fuisse dico qui prius denis assibus valebat, hoc est centenis viceniscq; vnciis: sed alium multo deteriorem, qui sexagenos asses sui generis valebat, vt quinarius octonos, & sestertius quaternos. Hoc & apud maiores nostros aliquãdo factitatum legimus inuento regum in nummaria difficultate, ita vt argenti libra in immensum æstimaretur, & inde nummi eadem ratione cuderentur. quippe nisi & argentũ infectum & nomisma parili ratione congruerent, commercia hominũ expediri non possent. Quare (vt dixi) quonam modo illud dictum Vitruuii intelligi debeat, affirmare non ausim, nisi Vitruuium, qui numeri vtriusque perfectionem, hominum quoque iudicio probare volebat, proposito suo adstruendo inseruiuisse credamus, vt id quod aliquãdo difficili reip. tempore factum erat, pro legitimo atque arbitrario apprehenderit. Sed rursus

Imminutio monetæ.

Varro

A Varro rem in controuersiam reuocat, qui libro primo de lingua Latina sic inquit, Denarii dicebantur quòd denos æris valebant, quinarii quòd quinos, sestertius quòd semis tertius. Dupondium enim & semis antiquus sestertius est. Hæc verba Varronis cum verbis Plinii lib. iii. vbi sestertiorum meminit, indicare videntur sestertium qui erat ab initio, non eundem fuisse cum eo qui tempore Varronis & Plinii ætate fuit. Eodem pertinent verba Festi in verbo sestertius. Hoc igitur vt constituere non ausim, sic affirmare nõ dubitem, me in iis quæ dixi, non esse hallucinatũ, propterea quòd

B Plutarchum & Appianum auctores secutus, & Suetonium Tranquillum & alios, centenas drachmas vel centenos denarios, millenos æris, & quadringenos sestertios post tempora belli Punici secundi valuisse semper dixi. Quòd si belli Punici tempore ratio nummaria argenti æriscq; immutata est opibus Romanorum accisis, finito statim bello in pristinum statum rediit, vt Festus de assibus sextantariis dixit. Pondus etiam denarii quum primum signatus est, drachmale fuisse propterea existimo, quòd nullã auctoritatem idoneam memini quæ id falsum esse doceat. nam & præter nomismata à nobis enumerata, habuimus denarium vnum vetustate exesum

C eodem cum aliis pondere, in quo ab vna parte caput galeatum erat, sub cuius mento X litera videbatur, denarii (vt coniiciebam) nota: in auersa parte lupa erat stans sub arbore, capite in ventrem demisso vbera infantibus prębens. quantum autem ex charactere fugiẽte percipere potui, infantes ingeniculantes manum vberi cum ore admouebant, quibus lupa diuaricãs corpore exporrecto vbera submittebat. In infimo margine, Roma verbũ erat. in latere, duo hæc verba, Sex. Po. quod nomen Consulis fuisse puto eius

D scrupulus nullus esse debet: & vt esse verum ponamus quod à Vitruuio dictum est, in assis tantũ & quadrantis sextantisq; æstimatione deceptus sum: id quod nihil ad magnarum rerum æstimationem deprehendendam obstitit. Cæterùm quod Plinius dixit, argẽtum signatum esse anno Vrbis quingentesimo octogesimoquinto, quinque annis ante primum bellum Punicum, haud scio an perperam legatur, etiam si exemplarium omnium in eo vna fides sit. Iam primum Eutropius historicus primum Punicum bellum contra Pœnos susceptum auctor est anno Vrbis quadringẽtesimo septuagesimoseptimo. Postea anno vndequadragesimo supra quingentesimum

E (Quintus Fabius Maximus Dictator aduersus Annibalem missus in secundo bello Punico. Porro defunctos Annibalis bello Romanos, Macedonicum bellum excepit, anno quinquagesimo supra quingentesimum, eodem Eutropio auctore. Quare oportuit signatum fuisse nummum argenteum ante annum quingentesimum, si quidem ante bellum Punicum primum signatus est. Deinde Eusebius in Chronicis auctor est argentum primum Romæ signatum anno quinto post Tarẽtum à Romanis captum, qui fuit annus mundi quater millesimus nongentesimus vicesimus. Augustus autem triumphum Actiacum egit, à quo statim solus dominari cœpit, anno

Varronis locus rem controuersam facit.

Plinij loc.

Quando argentum Romæ primũ signatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundi centesimo septuagesimo supra quinquies millesimum, qui fuit annus Vrbis circiter septingentesimus. atqui ab Augusti triumpho si annorū numerum retro colligas,ducentos ac quinquaginta ad bellum Tarentinū confectum reperies.tot enim intersunt anni ab anno quater millesimo nōgentesimo vicesimo,ad quinquies millesimum centesimum & septuagesimum. Licet Eusebius à condita Vrbe vsque ad Cæsaris Dictaturam annos septingētos & quatuor effluxisse dicat.Sed id parum refert ad id quod agimus,inuestigandum. Denique L.Florus in prima Epitome, secundam Vrbis Romæ ætatem, à Bruto & Collatino Consulibus primis ad Appium Claudium Quintum Fuluium Consules,ducentorū circiter annorum intercapedine terminat, vt primam ætatem quæ sub regibus acta est,ducentorum quinquaginta. Appio autē Claudio Consule Romanus populus māre primùm transgressus est belli gerendi causa. Ex libro autem Liuii quintodecimo nouimus paulo ante primum bellum Punicum, populum Romanum primùm argento vti cœpisse. Quapropter planū fit numeros corruptos esse apud Plinium in loco supradicto, & ante annum quadringentesimum quinquagesimum secundum Lucium Florum, qui sub Hadriano principe scripsit,secundum Eutropium qui sub Iuliano, ante annum quadringentesimum octogesimum argenteum nummum extitisse. Nunc si Plinium emēdare velimus,id facere poterimus eius scriptoris auctoritate quē Plinius ipse sequi solitus est,id est Titi Liuii,qui in præfatione libri tricesimi annos quadringentos lxxviii ab Vrbe condita vsque ad Appium Consulem,qui primus bellum Carthaginensibus intulit,fluxisse scripsit. Quare apud Plinium anno quadringentesimo septuagesimooctauo legēdum est, si Plinius Liuium secutus est. Eutropius Liuium secutus esse videtur: sed in eo discrepat, si veri sunt apud eum numeri,quòd anno quingentesimo quinquagesimo cœptum esse bellum Macedonicum ait,cum apud Liuium libro tricesimo legatur,Anno quingentesimo quadragesimo ab Vrbe condita,P.Sulpitio Galba,Cn.Aurelio Consulibus bellum cum Rege Philippo initum,paucis mensibus post pacem Carthaginēsibus datam. Hic rursus alius suboritur scrupulus,vsqueadeo apud auctores numeri extātes negocium lectitantibus exhibent.Si enim à primo Punico bello cœpto ad secundum finitum tres tantum & quadraginta anni intersunt (id enim tradit Liuius in supradicta præfatione) quonam modo si statim Macedonicum Punicum bellum secundum excepit, ab anno quingentesimo & quadragesimo factum esse credetur,cum inter vtrunque numerum duo & sexaginta anni intersint?Simile est quod in Epitome Liuii libri quadragesimiprimi legitur,Anno sexcentesimo & altero ab Vrbe condita ludos Diti Patri ad Tarentum ex præcepto Sibyllæ factos,qui anno primo belli Punici,quingentesimo & altero Vrbis conditæ facti erant. Et rursus in Epitome libri tricesimiprimi, Bellum Macedonicum cœptum esse anno quingentesimo quinto. quæ duo dicta planè refragantur iis quæ apud Liuium leguntur: nunc autem transmittēda,cum nihil ad rem præsentem pertineant, admonitione tamē digna.Sed ne de hoc loco Plinii emendando aliquis post hac dubitet,

Plinius Liuiū sequitur.

Numeri apud authores deprauati, multū negocij legētibus exhibent.

A dubitet,Plinium ipsum testem in sese citabimus:qui eodem libro alio loco ita inquit,Lucius Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo M. quadringenta quinquaginta, & vasorum aureorum pondo centum millia anno conditæ Vrbis quingētesimo sexagesimoquinto. Hoc quod Plinius dicit anno quingentesimo sexagesimo contigisse,cōtigit post Antiochum victum, quem Romani post Philippū Regem Macedoniæ aggressi sunt, cum tamen bellum illud Macedonicum finito demum secundo bello Punico cœperit. Verùm ex supradictis apparet vehementer illos falli, qui no-
B mismata argentea ostentant quasi à Bruto exactore regum percussa, atque etiam ab ipsis regibus signata. Non omittendum videtur in hac adnotāda-rum rerum sylua(quæ vt in memoriam ipsæ subeunt, sic in ordinem redi-guntur)id quod à Thucydide lib.iii.belli Peloponesiaci dicitur,milites singulos pedestres & classiarios binas drachmas in dies accipere solitos.de classe enim Athenienſium loquens, quam & instructissimā & numero & pulchritudine nauium fuisse affirmat,ita inquit:Itaque æstate vna vniuersæ nauēs ducentæ & quinquaginta fuerunt,quę res maximè pecunias eorum exhausit,cum sumptu Potidææ. Nam qui Potidæę erant milites præsidiarii
C binas drachmas merebant,ita vt miles alteram drachmam ministri nomine acciperet,ὥστε αἱ πᾶσαι ἅμα ἐγίγνοντο αἱ ἐπὶ θέρει δεκάκισαι καὶ πεντήκοντα νῆες. καὶ τὸ χρῆμα τοσοῦτο μάλιστα ὑπανάλωσε μετὰ ποτιδαίας. πλοῦς δὲ γὰρ ποτίδαιαν ἀπέφαινον ὀκτώ τοὺς ἐφόρους. αὐτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ ἑκάστῳ ἐλάμβανε τὸ ἡμέρησιον. Et paulò pòst, νῆες πᾶσαι ἐν τούτῳ μισθὸν ἔφερον. Naueśq; omnes idem stipendium accipiebant.Si miles Athenienſis binas drachmas suo famulíque nomine accipiebat,id stipendium erat in mensem sexagenæ drachmæ, quæ ære nostro senos aureos co ronatos valent,id est denos Francicos & semissem. Apud nos autē qui mi-
D nimo merent pedites,in mēsem centenos solidos accipere solent,id est quinos Francicos: qui plurimo , septenos Francicos: quam mercedem menstruam Germani apud nos acceperunt. Ex quo apparet drachmæ æstimationem à nobis factam,à veritate non abhorrere. Hoc argumentum adiuuat id quod suprà in fine libri quarti diximus de mercede philosophorum molas trusatiles circūagentium, & quod hoc eodem lib.de denario diurno adnotauimus. Xenophon in primo Hellenicon, ὅτι δὴ ταῦτ' ἐπῄνουν, καὶ ἐκέλευον αὐτὸν τάξαι ταύτῃ δραχμὴν ἀπίχειν. Hi collaudato Cyri dicto, hortabantur eum vt drachmam Atticam nautis in dies singulos pro stipendio statueret. Ipse
E tamen paulò pòst dicit non drachmam eum statuisse, sed tetrobolum,hoc est bessem drachmæ, cum antè semissem tantum acciperent,id est triobolum:de stipendio loquens auxiliario quod Lacedæmoniis ad tuēdam rem nauticam & classiariam à Rege Pesarum conferebatur. Quantulæ autem fuerint illæ naues præ iis quæ nunc fiunt, ex eo licet intelligere, quod idem libro secundo ita inquit, Cum autem ii in terra Attica essent, Athenienses centum naues quas instruxerant,& mille in iis armatos quadringentosq; sagittarios circum Peloponnesum miserunt. ὄντων δ' αὐτῶν ἐν τῇ γῇ, οἱ ἀθηναῖοι ἀπέπεμψαν τὰς ἑκατὸν ναῦς περὶ πελοπόννησον ἅσσαι περιέπλωσαν ἔμελλον, καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν καὶ τοξότας πεντακοσίους. Cicero lib.xii.Epist.ad Lentulum scribens, Interce-

Stipendiū militare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De magnitudine nauium.

Classis Xerxis Persarum regis.

Triremes & quinqueremes & vlteriora vocabula.

ptis literis cognoramus, Dolobellam, si desperasset de Syria Aegyptóque, quod necesse erat fieri, in naues cum omnibus suis latronibus atque omni pecunia conscendere esse paratũ, Italiamq; petere. Idcirco etiam naues onerarias, quarum minor nulla erat duûm millium amphorarum, cõtractas in Lycia à classe eius obsideri. Duo millia amphorarum, ducenta & quinquaginta modia Parisina valent. Quod ideo adnotandũ duxi, vt ex nostri temporis nauibus coniici antiquarum nauium magnitudo posset. In l. Iubemus, de sacrosanctis Eccle. in Codice Imperatorio, duabus partibus minor magnitudo, id est subtripla huius Ciceronianæ taxatur. Herodotus autem libro septimo de copiis naualibus Xerxis loquens, ita inquit, Ad Septidem vsque ad Thermopylas exors malorum Xerxis exercitus fuit: multitudo autem adhuc erat, vt ego coniectura assequor, ex nauibus quidem ab Asia profectis numero mille ducentis ac septem, eorum duntaxat qui iam inde ab initio conuenerant, millia ducenta & quadraginta vnũ & quadringenti viri, ducenos scilicet viros in singulas naues numerantibus. Porrò inter classiarios indigenas triceni Persæ, Medi, & Sacæ in naues easdem ascenderant, quæ multitudo sex & triginta millia & ducẽtos decem viros prioribus copiis aggregat. καὶ πλῆθος ἦν πωικαῦτα ἔτι ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος ἐνείσατο, τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς ἀσίης, ἐσσίων ἑπτὰ καὶ δισκσίων καὶ χιλίων, ἐν μὲν ἑκάστῃ ἑκάστων τῶν ἐθνέων ἐόντα ὅμιλον, τετρακισμυριάδας, καὶ ἕικοσι μυριάδας, καὶ πρὸς χιλιάσι καὶ πεντακοσίοις, ὡς ἀνὰ δισκσίους ἄνδρας λογιζομένοισι· ἐν ἑκάστῃ νηῒ. ἐπεβάτευον δὲ ὡδὶ τετίων τῶν νεῶν χωρὶς ἑκάστων τῶν ὠδὶ χωρίων, πρόσωπα καὶ μάχιμοι καὶ σακίων τεύχοντα ἄνδρες. ἅπας ὅμιλος γίνεται τεσσμύριοι καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ πρὸς δισχόσιοίπε καὶ πίντε. His verbis apparet eam fuisse magnitudinem olim mediocrium nauium, vt ducentos classiarios milites caperent, & eo amplius tricenos capere possent. id quod verba ipsa auctoris coniicientis significare videntur. Eas autem naues triremes fuisse auctor ipse Herodotus prodidit his verbis alio in loco, τῶν δὲ πλοίων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ ἑξακόσιαι καὶ χίλιαι. Triremium autem numerus fuit mille ducẽtę & septem. Sicui igitur vacet ad calculum exigere id quod ab Herodoto dictum est, is inueniet in singulis triremibus ducenos & tricenos epibatas fuisse. Inter minora autem nauigia Herodotus numerat lembos quinquagenûm & tricenûm remorum, quos ipse πεντηκοντόρους & τριακοντόρους appellat. Legimus & apud antiquos fuisse non modò trium ordinum naues, quas triremes nostri, Græci trieres appellant (in quibus per singula transtra terni remiges sedent, suum quisque remum ducẽtes, ita vt qui nauis intimus est, is maximum remum tractet) sed etiam quadriremes & quinqueremes, & sex ordinum naues. quin & à Græcis hepteres & enneres & decores vocabula inuenta sunt, quæ naues septenûm nouenûm denumq; ordinum significant. Plinius lib. vii. Biremẽ Damasthenes primùm Erythræos fecisse auctor est, Triremẽ Thucydides Aminoclẽ Corinthiũ, Quadrirememem Aristoteles Carthaginenses. Quinqueremem instituit Nesichthon Salaminius, Sex ordinum Xenagoras Syracusius. ab eo ad decemremẽ Mnesigeton. Alexandrum Magnum ferunt instituisse ad duodecim ordines: Philostephanus Ptolemæum Soterem ad quindecim, Demetriũ Antigoni ad triginta.

A triginta, Ptolemæum Philadelphum ad quadraginta, Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est, ad quinquaginta. Plutarchus de Demetrio Antigoni in vita eius ita inquit: Vnde illud est non minus verè quàm eleganter dictum, Demetrii opera magnitudine sua etiam amicis stupore, pulchritudine verò etiam hostibus delectationem solita esse afferre. Atqui inter alia memoratu digna & naues duas confectas ab eo aiunt, quarum altera sedecim remorum ordines, altera quindecim habebat: & machinas nonnullas miro ingenio expugnandis vrbibus fabricatas, quæ quidem spectantibus hostibus incredibilem admirationem præbebãt: id quod Lysimacho euenisse tradũt: qui tametsi supra alios reges inimicus esset Demetrio, tamen quum ab eo Solos in Cilicia obsidente petiisset vt sibi liceret machinas eius naueſq; inspicere, atque is benignè id cõcedente Demetrio omnia opera inspexisset, adeò stupefactũ aiunt & magnitudine & pulchritudine, vt ei visæ sint non humano, sed diuino ingenio conditæ. Idem alibi, Itaque Demetrius ad regnum paternum recuperandum (quod arduũ & difficile factu videbatur) toto animo conuersus, breui tempore paulominus quàm centum millibus peditum, decem equitum coactis, classem deinde quingentarum nauium variis ex locis studio incredibili atque industria comparauit. Et paulò pòst, Omnes autem admirabantur non solum multitudinem, sed etiam magnitudinem eorum operum quæ inusitata modo longè aliorum consuetum modum excedebant. Nemo enim reperiebatur qui nauem sedecim ordinũ aut quindecim vidisset. Verùm postea Ptolemæus qui Philopator dictus est, vnam quadraginta ordinum faciendam curauit, quæ proculdubio omnes alias naues quæ antea visæ fuerant, magnitudine ac mole sua magnopere superabat, vt quæ in longitudinem ducentos ac octoginta, ab imo vsque ad transtra duodequinquaginta cubitos pateret. Rẽmiges in ea ad quatuor millia, nautæ ad quadringentos erant, & præter hos paulominus tria millia armatorum, qui foros eius obtinẽtes eadem vehebantur. Sed hæc (inquit) non tam ad vsum quàm ostentationem fabricata videbatur, earum similis machinarum, quę penè immobiles sunt. Demetrii autem naues non modò magnitudine & arte mirabiles, sed etiam ad certamẽ bellicum, vsumq; hominum aptæ atque habiles erãt. Athenęus libro quinto de opulentia Aegyptiorum loquens, & præcipuè Philadelphi Ptolemæi, Multis autem (inquit) regibus Philadelphus cum diuitiarũ magnitudine præstitit, tum etiam studio ingẽti incubuit ad apparatum omne genus, instrumentumq; regium magnificè ambitioseq; comparandũ. Quare nauium multitudine reges omnes lõgè supergressus est. Maximas naues habuit triaconteres, id est tricenûm ordinum duas, icoseren vnam quæ vicenûm erat, quatuor quæ ternũdenûm, duas quæ duodenûm, quatuordecim quæ vndenûm, triginta quæ nouenûm, triginta septem quæ septenûm, quinq; quæ senûm erant. Quinûm autẽ ordinum habuit decem & septem: altero tanto plures partim quaternûm ordinum, partim ternûm & semis, quas Trieremiholias appellant. Reliqua multitudo nauigiorum quæ per varias imperii partes distributa erant, quatuor millium numerũ excedebat.

Demetrius Poliorcetes.

Memorabile nauigium.

Naues Philadelphi.

Τὰ γὰρ μέγιστα ὧν πλοίων παρ' αὐτῷ, τεσσαρακοντήρης μὲν, ἄγκωνι μίαν, τέσσαρες δὲ τεσσαράκοντα E
ρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρης δὲ κατέστρεπτο, ἐννήρεις τεσσαράκοντα, ἑπτήρεις τεσσαράκοντα ἑπτά, ἑξήρης
πέντε, πεντήρης ἑπτακαίδεκα. τοὺς δὲ ἀφ' ἑξήρους μέχρι τεσσαρακονταμονιάδος, ἀναπλάσια τούτων. De
magnitudine autem nauis Philopatoris eadem omnia quæ Plutarchus di-
xit,& eo amplius addidit,longissimos in ea remos duodequadraginta cubi
torum fuisse,ab ea parte plumbatos,quæ manu remigum continetur,vt eo
libramento nixus tollentium brachiorum adiuuaretur,cum pars remi scal-
mo alligata quasi æquilibrium faceret, & vsum grauioris remi faciliorem
redderet. Tum partes eius omnes exequitur, apparatumq; tantæ moli nu- G
mero & magnitudine respondentem:vt proras duas & totidem puppes ha
buisse,& septem rostra,& gubernacula quatuor.Idem auctor eodem libro
tradit Hieronem Syracusanorum Regem,Romanorum amicitia pertinaci
nobilem,cum circa sacrorum certaminum gymnasiorumq; apparatum stu
diosus esset,tum etiam ad naues fabricandas ambitiosius animum intendis
se,duntaxat quæ frumentationibus viderentur esse commodissimæ. Huius
igitur generis multas Hiero cum fabricandas mandasset, vnam in primis
memorabilem perfecit: ad quam ædificandam materiam in Aetna monte H
cædendam indeq; deuehendam curauit, quæ sexaginta triremibus confi-
ciendis satis esse potuisset: quo dicto nauigii magnitudinem cõiiciendam
nobis reliquit. Ad nauticum autem instrumentum cum æs,ferrum, canna-
bim,reliquaq; quibus opus erat, partim ex Italia, partim ex Iberia,partim
Rhodano flumine comparasset, trecentos operi faciendo fabros artificesq;
adhibuit,ac materiæ dedolandæ, præter administros fabricæ subseruientes
opificiis,præfecto summæ operis architecto Archia Corinthio. Quos ipse
cum magnopere hortatus esset ad opus aggrediendum, insuper etiam dies
totos operis se curatorem exactorémque præbuit. Hac diligentia, his arti-
ficibus,hoc architecto rex ille Siculus dimidiũ tantum nauis intra sex men
ses perfecit. Quo facto,inchoatam eo modo nauem in mare deducendam
mandauit,vt illic extremæ manus opificium adipisceretur. Verùm cum de
ea in mare deducenda, excitata quæstio multis contentionibus esset, ad ex-
tremum Archimedes ille mechanicus famigeratus,solus deducendam sus-
cepit,paucis adhibitis operis:compactáque clauicula machinali quod sus-
cepit perfecit: tanta mole nauigii confestim in mare deuoluta eius machi-
næ momento cuius idem ipse princeps inuẽtor fuit. ὡς δὲ πρῶτον τὸν καλούμενον
ἀυτῷ τὸν ἐις τὴν θάλασσαν πολλὴν ἑλκτοις ἐώ, ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος ἀυτὸς κατήγαγε. His K
peractis,alteram nauigii partem totidem aliis mensibus Hiero consumma-
uit:cum interim clauis æreis denarum librarum plurimis materiam com-
pingeret,aliquibus etiam sesquiplicibus eius ponderis:qui præ crassitudine
non aliàs adigi poterant,quàm materia præterebrata. His clauis costæ nauis
arrectariæ cum assamentis transuersariis coagmentatæ,tegulis insuper plũ-
beis adactis validius adstringebantur,quibus etiam sub ipsis linteola con-
cerpta cum pice infarcta erant. Erat ea nauis apparatu quidem viginti ordi
num remigii,ædificii verò contignatione triplici. Harum infimam contig-
gnationem

Remorum longitudo immanis f nauí Philopatoris.

Reliquus apparatus.

Nauis frumentaria.

Nauis Hieronis memorabilis.

Clauicula Archimedis.

Clauí denarum librarum.

A gnationem oneri & mercibus delegauerat,ad quam descensus scalis multiplicibus erat. ad mediam contignationem transitus alter erat arte mechanica factus, in qua ipsa cœnationes erant numero triginta,secũdum vtrunque latus nauigii extructę. In iis lecti quaterni strati viris accommodati. Inter quas nauclericum conclaue quinque lectorum capax erat. Præterea thalami tres in eadem contignatione erant,culináque supradictis locis subseruiens ad puppim ædificata. Omnes autem supradictæ cœnationes pauimento stratæ erant,tessellis vermiculato lapidis omnis generis. In eo pauimento Troiani belli fabulamentum visendo artificio concinnatum legebatur, B cum alioquin ea omnia ædificia tectis laqueatis & postibus exornata spectabili opere essent. Summa pars nauigii gymnasium habebat, ambulationésque laxas pro portione magnitudinis suæ: quas etiã ipsas simul ambientes horti omni genere stirpium complectebantur,fictilibus in vasis & plũbeis consitorum. simul hederæ vitésque opacabant pampinis ac corymbis inumbrantes,quarum radices alebant dolia terræ plena,pariter quidem illę cum hortis machinamento irriguæ. Ab his erat Aphrodisium,id est con- C claue Veneri deæ dicatum, instrumentũm etiam ipsum triclinari lectisternio,pauimentóque stratum, Achate lapide aliísque variis & nitentibus distincto,cuiusmodi lapidum copia in Sicilia reperitur. Ac parietes quidem habebat cupressinis tabulis assibúsque contextos, laqueatúmque tectum eadem materia. Fores etiam ex ebore & odorata materia compactas, atque eo amplius pictura sigillísque exornatas. Deinceps erat exhedra quinque lectorum capax,quorum parietes postésque buxo compacti erant, inibique bibliotheca,& in lacunari sphæra, ad imitationem eius solarii efficta quod in Acradina situm erat, quæ insula est Syracusarum. Huic loco bal- neum iunctum erat:in quo tres lecti cum solio metretarum quinque capa- D ci,quod ex lapide vario scalptum erat,& tribus æneis caldariis. Mitto nunc habitationes militibus destinatas, iísque qui super sentinam erant. Mitto equorum præsepia ab vtroque latere nauigii numero dena sita, cum frenis & stratis, & omni equitum instrumento, eorúmque ministerii atque equorum pabulo. Præterea lignarium & clibanos, focos & pistrina, aliáque ministeria in proiecturis nauis prominentia. Quid dicam Atlantes nouenũm pedum altitudinis certis interstitiis firmatos, vt scalpturas prominentes summæ contignationis mutulorum vice fulcirent? Quid turres octo? binas in prora & puppi,& per vtrunque latus extructas,in murísque E propugnacula? Præter hæc machina erat in medio catastromate super trisilia duodeuiginti pedum facilè eiaculans ad quadringentos cubitos,quod spatium est stadii. Hæc & alia machinamenta propugnatoria, vt coruos, lupos, & in summo malo carchesia ænea lapidum conceptacula ad lapidationem faciendam in hostium nauigia, longum esset enarrare. Stabant enim in vno terni, in aliis bini aut singuli homines lapides eiaculantes, quos serui in foris nauis stantes vitilibus quallis tempore pugnæ suggerebant trochleis subuehentes. Idem Archimedes cochleam commentus erat

Contignatio.xxx.cœnationũ capax & reliqui nauis apparatus.

Aphrodisium.

Cochlea miranda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nauismagnitudo ac vastitas.

tantæ nauis sentinæ ab vno homine exhauriendæ. Verùm vt nauigii magnitudo ac vastitas animo concipi possit, nonnulla adiiciam ex iis quæ Athenæus scripsit ad hoc maximè pertinentia, ὧν δὲ καὶ ὑπεροθήκη ἐπὶ πλεῖον προβέβηκεν ἡ πρῷα κλιμακὶ, διχιλίους μεδίμνους δέχεται, ἐκ σανίδων καὶ πίττης καὶ ὀθονίων κατεσκευασμένον. πρὸς δὲ τούτῳ, κατεσκεύασται λίμνη μολιβδώμασι καὶ σανίσιν κλειστὴν ἰχθυοτροφεῖον. ἔστι δὲ ταύτην πλῆρες θαλάττης, εἰ ᾧ πολλοὶ ἰχθύες οὗ ἐφέροντο. Erat (inquit) in eodem nauigio secundum proram aquæ conceptaculum conclusum, capax duorum millium metretarum, assamentis & pice & linteorum fartura compactile: iuxta quod rursus piscina coaxatione & implumbatura constans, plena aquę marinæ, ita vt in ea commodè magna copia piscium facilè aleretur. Idem alibi, σίδηρον πολυβάλλοντες εἰς τὴν ναῦν μυριάδας ξύλου, ταρίχων δὲ σκελικῶν κεραμίων μύριοι, ἀγρίων πάλαστα δυσμύρια, καὶ ὕδρας δὲ φορτία δυσμύρια. Frumentum autem negociatorium in ea naui exportabant ad millia sexaginta, salsamenta sicula ad cadûm decem millia, lanarum talenta viginti millia, & alterius mercis altera viginti millia, prætereáque commeatus vectorum nautarúmque sexaginta millia. Frumenti dixit non addito modiûm vel medimnûm: ego tamen medimnûm eum intellexisse puto, ex more loquendi Græcorum coniecturam faciens, & præcipuè Siculorum, vt ex superioribus appâret. Hæc, duo millia & quingentos modios Parisinos faciunt. Modius autem Parisinus quatuor & viginti medimnos Atticos capit. Decem millia cadorum vel amphorarum, mille ducentos & quinquaginta modios itidem Parisinos. Lanarum & reliquarum mercium talenta quadraginta millia. Talenta Parisina triginta millia efficiunt, vt nunc crassiore calculo libras Atticas vel minas, sed & nonaginta drachmarum intelligamus, id est duodenûm vnciarum. Sic fiunt pondo nostra duodecies centena millia. Libra enim nostra epitritam porportionem ad Romanam libram habet, id est tertia parte maiorem. Hanc summam si ad culeos duplares redigere velimus, qui trimodia nostra efficiunt, hoc est quatuor & viginti amphoras, & in culeos singulos bina millia pondo statuamus, id quod hodie nauicularii faciunt qui anniuersarios commeatus meritoriis nauigiis suscipiunt, vt statim videbimus, fient nongenti culei trimodiales: quibus si mille ducentos & quinquaginta modios illos addideris, erunt in summa mille trecenti sedecim culei. Nunc si exquisitius persequi velis, & semuncias in singulas libras addere, summa librarum quinque & septuaginta millibus excrescet, quæ additamentum septem & triginta culeorum & semissis efficiunt. Et hæc omnia præter aquam dulcem, præter piscinam, præter tot diætarum intestinum instrumentum, præter annonam vectorum, & pabulum equorum. Hanc tamen nauem longè magnificentia & splendore apparatus antecessit nauis fluuialis Thalamegos nomine, quam Philopator supradictus in deliciis habuit Nilo pernauigando, longitudine sexcentorum pedum, latitudine quinque & quadraginta: ab infima parte ad editissimum diætarum fastigium altitudine pedũ paulo minus sexaginta: in qua diætas & cubicula & alia ædificia voluptuarię vitæ accommodata, ambulationum porticus duplices

Modius Parisinus.

Talẽta Parisina.

Libra Parisina. Culei duplares.

Thalamegos nauis fluuialis Philopatoris.

plices ambibant, proram & vtrunque nauis latus complectentes quingentorum pedum ambitu. A puppi autem nauis patens, è regione proræ vestibulum habebat ex ebore & alia primæ notæ materia constans, per quod ingredientes porta quadriforis excipiebat, & ex atrio in œcum, id est in prægrande conclaue ferebat, viginti lectorum capax: cum vtrinque per vestibulum ingredientibus patentes crebræ fenestræ auras perflantes commodè admitterent. Reliqua sunt eiusmodi, vt siquis omnia ad verbum prosequi velit & possit, fidem sint excessura. Illud autem quod de C. Cæsare memoriæ traditum est, vt reliqua eius acta, non magnificentiæ esse puto, qui fabricatus esse cedrinas liburnicas dicitur, gemmatis puppibus, & versicoloribus velis, magna thermarum & porticuum & tricliniorum laxitate, magnáq; etiam vitium & pomiferarum arborum varietate, in quibus discumbens de die inter choros ac symphonias littora Campaniæ peragrabat. Nostrorum autem temporum opera, quæ maximè magnifica esse creduntur, si cum illis contendantur, propè est vt perinde esse videatur ac si formicam elephanto compares. Sed principes & opulenti hodie priscarum rerum ignari, sese in rebus mediocribus & paruis admirantur, sola ignorantia beati, si argumentari velimus. Quo magis despicari & floccipendere eorum sortem licet, iis quidem qui felicitatem nec pondere nec numero metiuntur. Hæc ideo retuli, quòd multi opinantur ideo apud historicos magnum numerum nauium lectitari, quòd antiqui nauigiolis vterentur præ iis nauigiis quæ memoria nostra visa sunt. sed videlicet eorum est id censere, qui prisci ævi magnificentiam memoriæ suæ finibus circunscribunt, vetera male æstimantes: quorum si quis hodie nauem Demetrianarum nauium similem videret, id est quindecimremem vel sedecim, vt Græci appellant ἐκκαιδεκήρη, πεντεκαιδεκήρη, rem omni ævo inauditam videre se existimaret. Leguntur & apud antiquos nauigia triarmena, id est tribus velis insignia. Athenienses autem classiariis opibus & copiis claruisse, cum ex Thucydide, tum ex Plinio nouimus, qui libro septimo de iis loquens qui variarum artium speciminibus editis enituere, Laudatus (inquit) Ctesiphon Gnosius æde Ephesianæ Dianæ admirabiliter fabricata, Philon Athenis armamentario mille nauium. Legimus apud eundem Plutarchum in Antonio, in bello Actiaco Antonium præter copias terrestres circiter quingentas naues pugnaces habuisse, in quibus permultę octonûm ordinum atque etiam denûm fuerunt, alioquin omnibus armamentis egregiè instructæ: ex quibus cum optimas elegisset à triremibus ad decemremes, duo & viginti millia pugnatorum imposuit, cum classe conflicturus esset. τοὺς δὲ ἀκίστους καὶ μεγίστας ἀπὸ τεσσάρων μέχρι δεκήρων ἐπλήρωσε, διφυελεῖς ὁπλίτας ἐμβιβάσας, καὶ δισχιλίους τοξότας. Magnum autem fuisse numerum nauium electarum ex eo apparet, quòd cum Cleopatra cum LX nauibus, & Antonius quinqueremi aufugisset, trecentæ captæ in eo prælio esse narrantur à Plutarcho: quo fit vt pauciores centenis militibus in singulis nauibus fuerint. Hodie maiorem numerum stipant (vt audio) in aciem maritimam prodituri. Verùm onerarias naues primæ magnitudinis duntaxat negó-

Liburnicæ cedrinę C. Cæsaris.

Onerariæ naues.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciatorias, sed tamen quæ tormentis muniuntur, non vltra centum & octoginta culeos ferre dicunt, id est nonaginta tonellos, vt nauicularium vehis vtar. Minimæ enim magnitudinis onerarias quadragenarias esse aiunt: mediæ notæ septuagenarias & octogenarias: maximas autem quæ in mari occiduo videantur, ferè centenarias, rarò maiores esse. Tonellum ego trimodium culeum appellauerim. Tres enim modii nostri tonellum vnum efficiunt, id est culeum geminatum. Ita fit vt maximæ onerariæ nostri temporis plerunque non maiores sint illis quas Cicero in Lycia fuisse dixit. De nostris loquor. nam Germanorum naues duplices & triplices nostrarum esse dicunt. Octogenariæ enim naues ducenta & quadraginta modia nostra capiunt: at duo millia amphorarum, ducenta & quinquaginta modia nostra æquasse docuimus. Est autem ea formula nauicularium factitantium, vt in singulos culeos duplares bina millia pondo numerent. Tanti enim pendere vini tria modia nostra dictitantur. sic fit vt salis aut alterius grauissimæ mercis vectura ad bina millia pondo hac appellatione nuncupetur: vt si nauis centum & octoginta millia pondo ferre commodè possit cum instrumento machinario, ea octogenaria vocitetur. Ex his igitur patet quantæ fuerint antiquorum naues, etiam si pauciores olim milites pro portione in naues imponebant, quàm pro nostri temporis more, quantum coniectura assequi ex historicis possumus. Etenim si quis omnia quæ commemorauimus, diligenter animaduerterit, iudicabit (vt spero) non fallaci me coniectura ductum esse in mensuris indagandis. Non me latet apud Aeginetam legi, minam Atticam sedecim vncias habere, & Romanam viginti: sed nec Pauli auctoris adnotata illa esse puto, nec si Pauli sint, ad rem quam agimus, pertinere. Sumptum est enim illud dictum ex medicorum vsu, vt suprà ex Celso adnotauimus, non ex antiquitate. Nunc ad id redeundum, quod penè præterii. Diximus suprà duodequinquagenos nummos ex auri libra percussos. cui dicto pugnare videtur id quod dicitur libro decimo codicis Imperatorii in lege Quoriens, in titulo de susceptoribus, duobus scilicet & septuaginta solidis persolutis acceptam ferri libram auri debere. Quapropter adnotandum habuimus, id non de aureis priscis intelligendum, qui ad formulas primas nummi aurei exacti sunt, aut paulo ab iis imminuti. Nam imminutum post ea esse pondus formarum ex his verbis Isidori intelligimus. Solidus (inquit) apud Latinos alio nomine sextula dictus est, ideo quòd his sex uncia compleatur. Hunc autem vulgus solidum aureum vocat: qui solidus dicitur ideo, quia nihil illi deesse videatur. Solidum enim antiqui integrum dicebant, & totum. hoc dictum Isidori adiuuat Pomponii auctoritas in lege Nomismatum, in titulo de vsufructu, in Pandectis, his verbis, Nomismatum aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsufructus legari potest. immutata enim forma percutiendi nummi, qui veteres nummi extabant, non nummi vice, sed gemmarum & rerum in deliciis habitarum censebantur: quo modo sit hodie. Antiqui aurei (vt diximus) binas drachmas pendebant, hoc est senos scrupulos,

Culeus trimodius.

Libra auri in iure.

Solidus.

A scrupulos, & quaterni in vncias signabantur, sic ex libra Romana duodequinquaginta fiebant, hoc est ex duodecim vnciis: pondere autem imminuto ex binis drachmis terni aurei nummi fieri cœperunt, hoc est seni ex vncia. Ita fit vt auri libra duobus & septuaginta aureis impleretur, licet antiqua libra nummaria centenas drachmas caperet, vt mina Attica, vt sæpe iam dictum est. Nomismatis autem imminutio eo tempore facta est, quo Romani imperii opes tenuiores factæ sunt principum multorum nequitia, qui luxu perditi, priuatorum opes tributis exhauserunt. Quanquam B Romanæ vires sese ipsæ confecerunt, cum Augusti plures eodem tempore ab exercitibus facti, ciuilia bella & intestina pro externis gererent. sic mundus ad inopiam redactus, tenuiore pecunia vti cœpit: id quod necesse fuit, cum multum preciis rerum decessisset. Hoc idem Francia experta est. si quis enim huius temporis nomisma cum antiquo examinet explorétque, dimidio vberius illud hoc inueniet & pondere & indicatione, atque eo etiam amplius. Nos enim Philippeos habuimus geniatos plus sesquisolato pendentes. In his genius est alatus, quales diuini statores pingi solent, lilliata insignia tenens. extant & alii Philippei, sceptrati nonnulli, alii etiam C soliati, Rege intus trabeato iura pro potestate reddente. Ibi maiestatem regiam planè expressam agnosceres, qualem hodie nemo meminit, Rege vtroque vestigio leonibus innitente. Hi triplici forma percussi sunt: sed qui minima signati sunt, binos solatos trahunt: qui maxima & grauissima, ii pondus habent secundum Eduardeos Angliæ maximum, eisque proximum. hoc genus omnium quæ vidi (tametsi nullius generis non habui, quod quidem hodie extet) scitè formatum erat. Hos & Rosatos Eduar- D deósque pondere superant Carolei Aquitaniæ, qui Fortes appellantur: in quibus dux armatus genu nitens leonem manibus Herculis more elidit: sed superiorum indicatura Pecuatorum bonitate par est, quos Iohannes Rex signauit, triplici & ipsos forma & magnitudine, omnes primam auri notam obtinentes. Quanto autem hodie ieiunior sit & exanguior (vt ita loquar) res nummaria, ex eo certè constare potest, quòd qui Franci extant aurei equites peditésque, olim viginti solidis valentes (vnde Francicos hodie quoque appellamus) nunc solidis quadraginta edicto etiam principis æstimantur, pluris etiam in foro permutabiles. Quòd si inquirere in finitimas nobis prouincias institeris, eandem apud eos, vt apud nos olim & hodie rationem reperies, prorsus quasi confinibus prouinciis Francia E constituendæ rei nummulariæ rationem præscripserit. id quod optima ratione iudicare quis potest. Neque enim consistere commercia potuissent, quæ nobiscum semper finitimi miscuerunt, nisi eandem auri notam afferrent quam acciperent. Itaque quandiu aurum primarium signatum est in Francia, tandiu ipsi quoque finitimi populi eodem genere vsi sunt. Nunc autem & nostratis & externi nulla vncia nisi concreti visitur & ærosi. Verumenimuero qui hodie extant imperatorii & augustales aurei, post priscos illos didrachmos signati, ponderi prædicto non respondent à sanctione imperatoria taxato. Vidimus enim & Constantini Magni & Iulia-

Nomisma extenuatũ.

Prisca Francię nomismata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciatorias, sed tamen quæ tormentis muniuntnr, non vltra centum & octoginta culeos ferre dicunt, id est nonaginta tonellos, vt nauicularioru vere bis vtar. Minimæ enim magnitudinis onerarias quadragenarias esse aiunt: mediæ notæ septuagenarias & octogenarias: maximas autem quæ in mari occiduo videantur, ferè centenarias, rarò maiores esse. Tonellum ego trimodium culeum appellauerim. Tres enim modii nostri tonellum vnū efficiunt, id est culeum geminatum. Ita fit vt maximæ onerariæ nostri temporis plerunque non maiores sint illis quas Cicero in Lycia fuisse dixit. De nostris loquor. nam Germanorum naues duplices & triplices nostrarum esse dicunt. Octogenariæ enim naues ducenta & quadraginta modia nostra capiunt: at duo millia amphorarum, ducenta & quinquaginta modia nostra æquasse docuimus. Est autem ea formula nauicularium factitantium, vt in singulos culeos duplares bina millia pondo numerent. Tanti enim pendere vini tria modia nostra dictitantur. sic fit vt salis aut alterius grauissimæ mercis vectura ad bina millia pondo hac appellatione nuncupetur: vt si nauis centum & octoginta millia pondo ferre commodè possit cum instrumento machinario, ea octogenaria vocitetur. Ex his igitur patet quantæ fuerint antiquorum naues, etiam si pauciores olim milites pro portione in naues imponebant, quàm pro nostri temporis more, quantum coniectura assequi ex historicis possumus. Etenim si quis omnia quæ commemorauimus, diligenter animaduerterit, iudicabit (vt spero) non fallaci me coniectura ductum esse in mensuris indagandis. Non me latet apud Aeginetam legi, minam Atticam sedecim vncias habere, & Romanam viginti: sed nec Pauli auctoris adnotata illa esse puto, nec si Pauli sint, ad rem quam agimus, pertinere. Sumptum est enim illud dictum ex medicorum vsu, vt suprà ex Celso adnotauimus, non ex antiquitate. Nunc ad id redeundum, quod penè præterii. Diximus suprà duodequinquagenos nummos ex auri libra percussos. cui dicto pugnare videtur id quod dicitur libro decimo codicis Imperatorii in lege Quoties, in titulo de susceptoribus, duobus scilicet & septuaginta solidis persolutis acceptam ferri libram auri debere. Quapropter adnotandum habuimus, id non de aureis priscis intelligendum, qui ad formulas primas nummi aurei exacti sunt, aut paulo ab iis imminuti. Nam imminutum post ea esse pondus formarum ex his verbis Isidori intelligimus. Solidus (inquit) apud Latinos alio nomine sextula dictus est, ideo quòd his sex vncia compleatur. Hunc autem vulgus solidum aureum vocat: qui solidus dicitur ideo, quia nihil illi deesse videatur. Solidum enim antiqui integrum dicebant, & totum. hoc dictum Isidori adiuuat Pomponii auctoritas in lege Nomismatum, in titulo de vsufructu, in Pandectis, his verbis, Nomismatum aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsufructus legari potest. immutata enim forma percutiendi nummi, qui veteres nummi extabant, non nummi vice, sed gemmarum & rerum in deliciis habitarum censebantur: quo modo fit hodie. Antiqui aurei (vt diximus) binas drachmas pendebant, hoc est senos scrupulos, & quaterni in vncias signabantur, sic ex libra Romana duodequinquaginta fiebant, hoc est ex duodecim vnciis: pondere autem imminuto ex binis drachmis terni aurei nummi fieri cœperunt, hoc est seni ex vncia. Ita fit vt auri libra duobus & septuaginta aureis impleretur, licet antiqua libra nummaria centenas drachmas caperet, vt mina Attica, vt sæpe iam dictum est. Nomismatis autem imminutio eo tempore facta est, quo Romani imperii opes tenuiores factæ sunt principum multorum nequitia, qui luxu perditi, priuatorum opes tributis exhauserunt. Quanquam Romanæ vires sese ipsæ confecerunt, cum Augusti plures eodem tempore ab exercitibus facti, ciuilia bella & intestina pro externis gererent. sic mundus ad inopiam redactus, tenuiore pecunia vti cœpit: id quod necesse fuit, cum multum preciis rerum decessisset. Hoc idem Francia experta est. si quis enim huius temporis nomisma cum antiquo examinet explorétque, dimidio vberius illud hoc inueniet & pondere & indicatione, atque eo etiam amplius. Nos enim Philippeos habuimus geniatos plus sesquisolato pendentes. In his genius est alatus, quales diuini statores pingi solent, liliata insignia tenens. extant & alii Philippei, sceptrati nonnulli, alii etiam soliati, Rege intus trabeato iura pro potestate reddente. Ibi maiestatem regiam planè expressam agnosceres, qualem hodie nemo meminit, Rege vtroque vestigio leonibus innitente. Hi triplici forma percussi sunt: sed qui minima signati sunt, binos solatos trahunt: qui maxima & grauissima, ii pondus habent secundum Eduardeos Angliæ maximum, eisque proximum. hoc genus omnium quæ vidi (tametsi nullius generis non habui, quod quidem hodie extet) scitè formatum erat. Hos & Rosatos Eduardeósque pondere superant Carolei Aquitaniæ, qui Fortes appellantur: in quibus dux armatus genu nitens leonem manibus Herculis more elidit: sed superiorum indicatura Pecuatorum bonitate par est, quos Iohannes Rex signauit, triplici & ipsos forma & magnitudine, omnes primam auri notam obtinentes. Quanto autem hodie ieiunior sit & exanguior (vt ita loquar) res nummaria, ex eo certè constare potest, quòd qui Franci extant aurei equites peditésque, olim viginti solidis valentes (vnde Francicos hodie quoque appellamus) nunc solidis quadraginta edicto etiam principis æstimantur, pluris etiam in foro permutabiles. Quòd si inquirere in finitimas nobis prouincias institeris, eandem apud eos, vt apud nos olim & hodie rationem reperies, prorsus quasi confinibus prouinciis Francia constituendæ rei nummulariæ rationem præscripserit. id quod optima ratione iudicare quis potest. Neque enim consistere commercia potuissent, quæ nobiscum semper finitimi miscuerunt, nisi eandem auri notam afferrent quam acciperent. Itaque quandiu aurum primarium signatum est in Francia, tandiu ipsi quoque finitimi populi eodem genere vsi sunt. Nunc autem & nostratis & externi nulla vncia nisi concreti visitur & ærosi. Verumenimuero qui hodie extant imperatorii & augustales aurei, post priscos illos didrachmos signati, ponderi prædicto non respondent à sanctione imperatoria taxato. Vidimus enim & Constantini Magni & Iulia-

Culeus trimodius.

Libra auri in iure.

Solidus.

Nomisma extenuatū.

Prisca Francię nomisma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni & Magnentii, & aliorum recentiorum, sed in omnibus quos expendi- F
mus, ita imminutum pondus erat, vt seni & semis non planè vnciam æ-
quarent, septeni excederent. Vnum etiam Iustiniani principis vidimus,
Longoli. quem nobis ostendit Christophorus Longolius, vir egregiè doctus, &
rerum antiquarum studiosus: sed ne is quidem iam dictis gratior erat.
Quare supradictam legem de duobus & septuaginta solidis ideo latam
puto, quòd imminuto pondere nummi, libræ quoque aureæ æstimatio &
pondus sensim imminuebatur. quapropter ne tandem imminutio inua- G
lescens, rem nummariam conturbaret, Imperator certum modum impo-
nere voluit. quanquam si quis legem illam diligenter consideret, non tam
in vniuersum statuere de auro signato videtur, quàm de auro tributario: ve
fortasse indulgentia principis aliquid antiquis pensitationibus remitteret
lege illa voluerit. Id enim sæpe fit, vt maneant antiqua vectigalia, aut pen-
sitationum vocabula, & tamen minore summa aut æstimatione stipendia-
rii defungantur. Cur autem aurei solidi quoque dicantur, his verbis Lam-
pridii declaratur in Alexandri vita: Vectigalia publica in id contraxit, ve
qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei H
præstarent, hoc est tricesimam partem: túmque primùm semisses aureo-
rum formati sunt. Atque etiam cum ad tertiam partem aurei vectigal de-
cidisset, tremisses, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quandò
minus non posset: quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expe-
ctans vt si vectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet: sed cum non
potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantum
solidósque formari. Hactenus Lampridius. Intelligimus igitur aureos in-
tegros appellatos esse solidos eo tempore quo semisses & tremisses fie-
ri cœperunt, vel trientes potius. In iure autem ciuili quod nunc habemus, I
non vna aurei æstimatio est, vt multi existimãt, nec semper septuagenosbi-
nos in libras accipiendos censeo, sed pro tempore aliquid statuentium
principum æstimationem faciendam: vt verbi gratia in capite primo de va-
riis & extraordinariis cognitionibus, Vlpianus de honorario aduocato-
rum loquens ita inquit, Licita autem quantitas intelligitur pro singulis
causis vsque ad centum aureos. Centum aureos hoc in loco pro duobus
auri pondo intelligo. Nam Vlpianus Alexandri tempore scripsit, nondum
imminuta prisci nomismatis forma, nisi si pauca scrupula auaritia tempo-
rum legitimo ponderi detraxit, vt suprà docuimus. Visuntur enim hodie K
Mamææ matris eius nomismata, & ego omnium Imperatorum vidi ea-
dem forma ab Augusto ad Commodum Cęsarem. Sed & hoc quod dixi-
mus, non solum argumentis, sed etiam Taciti auctoritate comprobare po-
sumus, qui lib. xi. de tempore Claudii principis loquens, Continuus inde
(inquit) & sæuus accusandis reis Suillius, multíque audaciæ eius æmuli,
nam cuncta legum & magistratuum munia in se trahens princeps, mace-
riam prędandi patefecerat. non quicquam publicę mercis tam venale fuit,
quàm aduocatorum perfidia: adeò vt Samius insignis Eques Romanus
quadringentis nummorum millibus Suillio datis, & cognita prævarica-
tione,

Aurei æstimatio I iure.

Honorarium aduocatorũ.

A tione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente Caio Silio Consule
designato, consurgunt patres, legemq; Cintiam flagitant, qua cauetur anti- Lex Cin-
quitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donúmve accipiat. Deinde tia.
obstrepentibus iis quibus ea contumelia parabatur, discors Suillio Silius a-
criter incubuit, veterum oratorum exempla referens, qui famam in poste-
ros prędmia eloquentię cogitauissent pulcherrima: alioquin & bonarum ar-
tium principem sordidis ministeriis fœdari: ne fidem quidem integram ma
nere vbi magnitudo quæstuum spectetur. Quòd si in nullius mercedẽ ne-
B gocia ineãtur, pauciora fore: nũc inimicitias, accusationes, odia & iniurias
foueri, vt quomodo vis morborum precia medentibus, sic fori tabes pecu-
niam aduocatis ferat. Et paulò infrà de Suillio & aliis aduocatis loquens,
qui causam diuersam tuebantur, Cæsarem (inquit) circũsistunt anteacta de-
precantes, & postquam annuit tacens, incipiunt, Quem vllum tanta super-
bia esse, vt æternitatem famæ, spe præsumat? vsui & rebus subsidium præpa
rari, ne quis inopia aduocatorum potentioribus obnoxius sit. Neque tamẽ
eloquentiam gratuitò contingere: omitti curas familiares, vt quis se alienis
negociis intendat: multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitã.
C Nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus antè præuidetur: prompta sibi
exempla, quantis mercedibus P. Clodius & C. Curio concionari soliti sint:
se modicos Senatores, qui à Republica nulla nisi pacis emolumenta pete-
rent. cogitare plebem, quâ toga enitesceret. sublatis studiorum preciis, etiã
studia peritura, vt minus decora. Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus,
capiendis pecuniis statuit modum vsque ad dena sestertia, quæ egressi, repe
tundarum tenerentur. Qui locus tribus verbis corruptus est in exemplari-
bus quæ circunferuntur. His verbis Taciti apparet Vlpianum licitam quã-
titatem appellasse eam quæ Claudiano Senatusconsulto præfinita erat, eo
D tempore quo aduocati inuidia maxima flagrabant ob delationes & perfi-
diam prævaricantium. Dena autem sestertia, dena millia nummûm sester-
tiûm valent, vt satis ostendimus, hoc est centies centenos sestertios. Atqui
nos alibi docuimus & ratione & auctoritate singulos aureos centenos va-
luisse nummos, hoc est vicenasquinas drachmas, ita vt auri ad argentum
proportio maior esset duodenaria. Quare planum fit dena sestertia & cen-
tenos aureos eandem fuisse summam, sed Vlpianus aureos dicendo, tempo-
ris sui consuetudini seruiuit, iam obsoleto more loquendi per sestertia. In
cap. Nonnulli, de accusationibus, Digestis, pauper dicitur, qui minus quàm
E quinquaginta aureos possidet. Quinquaginta aureos auri libram intelligo,
propter Hermogenẽ eius dicti auctorem, qui æqualis Alexandri Impera-
toris fuit. In lege Si duobus, communia de legatis, Iustinianus variè precia
mancipiorum taxauit: minimum autem precium non infra XX solidos,
maximũ non supra octoginta intendit. Solidos non dubiè aureos eius tem
poris intelligere debemus, qui subsesquipli erant priscorum aureorum, ita
vt triceni solidi vicenos aureos valerent. Qua ratione fit vt minimum pre-
cium serui, triginta nostri aurei fuerint, summum autem centum & vigin-
ti: quæ æstimatio longè minor est illis quas in præcedentibus ex Plinio &

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliis collegi,preciis scilicet iam rerum omnium deminutis. Sed nec illi au- F
rei recentiores auro obryzo signati sunt, vt antiqui: ex quo apparet recen-
tiores principes nomisma bifariam minuisse,pondere scilicet, & auri indi-
catura:quomodo & nostri fecerũt,& totus deniq; occidẽtis orbis.id quod
institutum aiunt, ne aurum mollissimum,& argentum purum,quod duo-
denarium appellant,vsu ac collybo detereretur. Plinius auctor est Liuium
Drusum in Tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuisse.Et
rursus alibi, Miscuit(inquit)denario Triumuir Antonius ferrum. misce-
tur æra falsæ monetæ. alii è pondere subtrahunt. Inde est, vt opinor,quòd G

Denarius noster.

hodie multi denarii antiqui huiusmodi extant è materia miscellanea. De-
narium nunc appellamus Caroleum nummum argenteum,qui antiquum

Assis partes hodiernæ.

sestertium nummum valet. Assem autem appellare possumus,quem duo-
denarium vocamus,& ita in partes diuidere, vt antiqui suum assem diuide
bant in sui generis partes,quadrãtes sextantesq; dicẽtes. Sic vnciæ loco erit

χαλκὸς. Chalcus.

denariolus,quem Græci chalcum dicũt.sic quinarius & senarius,vel quin-
cunx & semis,qui quinos & senos denariolos valent.Sestertios dudum si-

Centussis.

gnauimus,qui duos solidos & semissem valerent, sed iam rari visuntur.fa-
cti enim non placuerũt. Extãt & trepondii pridem signati, grossi Curii vo H
citati ab auctore prædiuite auorum memoria.Centussem dicere possumus
pro ea summa quam alternis propè verbis negociatores centũ solidos ap-
pellant,vt decussem pro decẽ,vt qui hodie Cæsariati vocantur. Licet enim
verba antiqua in vsum nostrum interpolare,quę quidẽ æui situ non putida

Nomismata antiqua pessimo instituto,nostro tempore aliquãdiu abrogata.

facta sint. Vidimus post quadriẽnium edictum pręconio promulgatũ,quo
omnibus nomismatis priscis vsus abrogabatur, tam nostratibus quàm ex-
ternis:perinde quasi nullus nummus locabilis esset,qui non æqualis nostrę
memoriæ fuisset.quod edictum vnius hominis impotentia principi exta- I
derat,qui omnia penè omnium magistratuum munia sui iuris ac potesta-
tis fecerat,quum muneris sui vices proprias vix tertio quoque actu obiret.
Sed quanuis minax ac tumultuosum præconium, consensus hominũ iure
optimo neglexit,præsertim auctore sublato de medio. Quod enim tandẽ
edictum iniquius excogitari potuit,& in maiores nostros magis iniurium,
quàm monumenta memoriamq; Regum perpetuò delere?Eo enim man-
dato id agebatur,vt optimum quodq; nomisma conflaretur, & inde pecu-
nia notæ omnino deterioris quassaq; signaretur. O improbum inuentum,
& si fieri posset, memoriæ hominum eximendum. Olim magistratus Ro- K
mani,& post eos Repub.sublata principes, iconicôs se fingi in nomismate
volebant,quasi nomen suum latissimè longissimeq; prodituri: quo nomi-
ne ad nostrãm vsque ætatem permansit eorum memoria, vèlut statuis per
totum orbem erectis.Quod cum nostri principes olim imitati essent,simi-
lem eis gloriam ætas nostra inuidisse olim dictitabitur, vnius hominis vel
paucorum crimine : tametsi vtinam ipse seculum suum nostrúmque hoc
vna nota inussisset. Huiusmodi hominum vel temeritatẽ vel rusticitatem
arguit lex prima de veteris nomismatis potestate,vndecimo libro Iustinia-
ni Codicis,his verbis, Solidos veterum principum veneratione formatos,

A ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus iubemus,vt nihil omni-
no refragationis oriatur,modò vt debiti ponderis sint,& speciei probæ: sci
turis iis qui aliter fecerint,haud leuiter in se vindicandum. Verùm ea quæ
diximus de amphora & mensuris cæteris, rursus in dubium vocabuntur,
cum locus ille Plinii succurrerit vbi de vino Opimiano loquitur lib.xiiii.

Locus Plinij de vino Opimiano.

Quare etsi procul à me abesse suspicionem illam volo, quasi more homi-
nis obtrectare gestientis,& delatoria(vt dicitur) curiositate in commenta-
rios inquisiuerim scriptorum nostro seculo clarissimorũ, atque existima-
B tissimorum,facere tamen nequeo, quin in operis huius coronide Hermo-
laum Barbarum virum summa laude dignum, iterum ad disquisitionem
doctorum hominum reuocem: non quòd manibus virorum doctorum

Diem manibus dicere, est mortuorũ animas accusare, cum iã non possunt apud viuẽtes crimin⁹ obiectis respondere.

diem dicere gaudeam, qui vadimonium obire apud superstites nequeunt:
sed quòd veritatem asserere in lucem volẽs, locupletes eius rei vades, quos
nobis viuens reliquit,citandos omnino ad hoc iudicium duxi. Præuarica-
tionis enim insimulari aut certè obliuionis possem, si locum illum Plinii
silẽtio præterirem,qui vt ab Hermolao intellectus est,id quod nos diximus
de vncia,euertit:ob quod omnino fuit res in iudicium deducenda. Plinius
C igitur lib.xiiii. de vini generibus loquens quæ in auctoritate fuerunt, Ali-
cui anno(inquit)fuit omnium generum bonitas.L. Opimio Consule,cum
C.Gracchus Tribunus Pl.seditionibus agitatis interemptus,ea cæli tempe
ries fulsit (coctura vocant)solis opere, natali vrbis sexcentesimo trigesi-
moquarto,durantq; adhuc vina ducẽtis ferè annis,in speciem redacta mel-
lis asperi.Etenim hæc natura vinis in vetustate est:nec potari per se queũt,
nisi peruincat aqua,vsque in amaritudinem carie indomita. sed cæteris vi-
nis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt: quo fit vt
eius temporis æstimatione in singulas amphoras centeni nummi statuan-
D tur.ex iis tamen vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est,in
C.Cæsaris Germanici filii principatu,annis centum sexaginta singulis vn-
cias vini constitisse nobili exemplo docuimus,referentes vitem Pomponii
Secundi vatis,cœnamq; quam principi illi dedit.tantum pecuniarum deti-
nent vini apothecæ. Hunc locum ita legit Hermolaus, & ita se emendasse
testatur,quem in altera editione enarrans, post explicatam de vsuris retra-
ctationem,vt redeamus(inquit)ad propositum, si amphora,id est (vt Festo
placet)octoginta vini libræ, sub Opimio centum nummis valuit , faciunt
autem octoginta libræ nongẽtas sexaginta vncias:efficitur vt semisses vsu-
E ræ,hoc est nummi seni annorum centum sexaginta,nongentos sexaginta
nummos inferant,atque ita singulæ vini vnciæ singulis nummis vsuræ no
mine constiterint. Hactenus ille cum dixisset, quasi penso suo absoluto ad
alia transit,cum magna(vt videtur)securitate compertæ rei defunctus. Pri-
mùm,siue hoc dixerit Festus,siue nõ:id quod datur,accipio,id est vini am-
phoram octoginta librarum esse.hac enim ratione efficitur, vt sextarius sit
vnciarum viginti. Nam quum duodequinquaginta sextariis amphora im-
pleatur,si libris duodequinquaginta totidem besses addas , vt sint duode-
quinquagies vicenæ vnciæ,fiunt octoginta libræ. Quin & ipse Hermolaus

Vades locupletes sunt fideiussores idonei in causis criminalibus dati. Hic metaphoricè scripta probata intelliguntur.

Coctura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in priore editione, Amphora (inquit) vini quadrãtal latinè dicta Festo Pompeio, congios octo continebat, id est sextarios xlviii. sextarius vncias viginti Festo, sed Africano libras duas aut tres, nunquam tamen plures duabus heminis. ita fit vt singulæ amphoræ lxxx Festo, vel xcvi Africano, aut certe cxliiii vini pondo capiant, quibus in xii vncias resolutis, efficiũtur aut nongẽtæ sexaginta vnciæ, si octoginta pondo sunt: aut mille centum quinquagintaduæ, si nonagintasex: aut mille septingentæ vigintiocto, si centum quadragintaquatuor. Ex quibus verbis tametsi ambigere magis quàm rationem colligere doceamur, tamen (vt dixi) quod à me stat, id cupidè accipio, & in rem meam verto. hac enim auctoritate probo sextarium vel dipondium fuisse id quod adstruere conor, vel certè vnciarum viginti, cum apud Plinium legatur quindecim vnciarum esse, id est libræ & quadrantis, quod nullo alio testimonio subsistere potest. Verùm illud non cõcedo, vt vncia vini, duodecima libræ pars sit: nec in sextario vncias vini viginti esse dico, sed duodecim, & in amphora quingẽtas septuagintasex, quas Hermolaus nongentas sexaginta esse putauit: id quod antè ex Martiale abũde probatum est: alioquin sextarius qui citra cõtrouersiam in duodenos cyathos diuiditur, non vnciarum vicenũm, sed duodenũm tantum esset, si vncia vini apud Plinium ad pondus non ad mensuram referretur, quod nec Pliniano sextario, nec Pompeiano congruit, quodq; Hermolaũ non animaduertisse mirum est, præsertim cum Plinium in manus accepisset. quota est enim vncia pars libræ, tota est cyathus sextarii: & vncia tã ad quotã partẽ, quàm ad pondus refertur apud auctores, & (quod maius est) interdum ad longitudinem vel crassitudinẽ, vt in primo libro ostensum est à nobis. Plinius libro xviii. de medica loquens, Si sit humidũ solum herbosũmve, vincitur, & desciscit in pratum, ideo protinus altitudine vnciali hẽrbis omnibus liberanda manu potius quàm sarculo. Vncialem altitudinem pollicarem intelligo, id est digiti & trientis, vt Frontinus auctor est. Nimirum Hermolaus blandiente calculo deceptus est. siquidem cum centies sexagies sexnos nummos cum octogies duodenis vnciis ad vnum quadrare subducenda ratione inuenisset, ilicet nõ excussum quod arridebat admisit. vltrà enim addubitare eum non sinebat deprehensæ vsurarum rationis fiducia gestiẽs: quod tamen affirmare vereor, ne plenum sit audacię. Ipse enim Hermolaus de altera sua editione ad Antonium Caluum scribens Venetum Patriciũ, ita inquit, Peruenit quidem res ad vmbilicum, sed nullus tamẽ dies est quo non fiat aliqua accessio: nunc cum impressoribus agitare cœpi lentè, de industria rem differens, vt diutius in fermento sit. nihil time, diligentiam adhibituri sumus, qualem in altera editione prętermissam sæpe mecum questus es. Et paulo inferius, Multo autem (inquit) plus operis & laboris adii quàm putabam, quòd omnium rerum quæ in cælo & sub cælo sunt, gnarum esse oportet qui Plinium profitetur intelligere, tanto magis qui castigare. Hæc verba significant Hermolaum magnam animaduersionem adhibuisse secundæ castigationum editioni. In hoc igitur loco ego numerum nummorum deesse dico, sicut & in aliis quibusdam locis apud Pliniũ, qualis est ille

Vncialis altitudo.

Locus Plinij emendatus.

libri decimiseptimi in principio de Lucii Crassi domo, & lib. xxxiii. de argento Carthagini imperato, vt in superioribus adnotauimus. Quare sic legendum puto, Quòd vt eius temporis æstimatione in singulas amphoras centeni nummi statuantur, ex iis tamen vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est, in C. Cæsaris Germanici filii principatu, anno centesimo sexagesimo singulas vncias vini constitisse nobili exemplo docuimus. vt sensus sit apertus hoc modo, & omnino extricatus, sicq; Plinium locutum intelligamus, Quare si eius temporis, vel sic, Verùm si temporis Opimiani æstimatione in singulas amphoras centenos nummos statuas, ex his tamen vsura multiplicata semissibus in C. Cæsaris principatu, anno centesimo sexagesimo, & reliqua. Verba sunt enim Plinii coniectura assequentis id quod dicit. Si (inquit) Consulatu Opimii vinum illud centenis nummis valuit (id quod verisimile est) & interusurii semissium ratio habeatur, necesse fuit anno centesimo sexagesimo, quo tempore Põponius cœnã Caligulæ dedit, vncias vini singulas tot nũmis cõstitisse. Hermolaus hunc locũ caligans, duo verba mutauit, illud quo fit, pro quod vt, & singulis pro singulas legens. Anno autem centesimo sexagesimo lego, sensu ita expostente, & alioquin ab antiquo vno exemplari admonitus. Hic etiam periclitari libet, & aliquid comminisci, vt ineundę huius rationis formam aperiamus, vtq; si nobis collimare non contigerit, post nos existat aliquis qui à scopo non aberret. sic enim artes consummatæ sunt, aliis super alios cõmentantibus: animorumq; contentio ad eam tandem peruenit, quam Græci eustochiam, id est animorum vel oculorum intẽtionem non aberrantem appellant, nostri collimationem dixerunt, quasi tragulam quandam perspicaciæ ad inuentionis scopulum limis oculis intendentium. Quanquam sunt qui collincationem appellare eam malint, à lineis visualibus in vnum locum contentis. Hoc veluti iure gentium vtentes, post doctissimorum hominum sententias, & nostram in mediũ sæpe in hoc opere attulimus. Nec qui post nos sententiam dicturi sunt, assentiendi magis quàm censendi exemplum amplectentur, si operam prolixè literis impenderint: alioquin chartarum inani dispendio tot libri noui sub præla quotidie mitterentur: id modò ne referat, Gallus an Italus sit qui ad scribẽdum animum appulerit. Quod nõ ideo dico, quasi hoc nobis instituto Italia literarum bonarum magistra interdixerit, quæ nulli non laudem suam benignitate summa, vt bona quoq; sua impartit: sed nostratium hominum improbitas memoriæ semper obuersatur, cui nunquam satis videbor respondisse: qui vtinam ipsi tam Italos quàm Italiam amauissent: melius enim (vt arbitror) & nobis & honori suo consuluissent. Semisses igitur vsuræ centum & L X annorum, id est centies sexagies seni nummi (vt Hermolaus dixit) nongentos sexaginta nũmos efficiunt: quibus si sors addatur (quam ipse omisit) fiunt mille & sexaginta. Ita Hermolai ratio procedere non potest, cum sortis & vsurarum ratio habenda sit. In amphora autem octo & quadraginta sextarios esse constat, & duodecim cyathos in sextario. quos numeros si inter se ducas, fiunt cyathi, quas vncias Plinius dixit, quingenti septuagintasex. Si ergo apud

Collimare

Eustochia.

Italici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plinium sic legas, singulas vncias binis cõstitisse, & subintelligas nummis: quod fieri ex præcedentibus potest: duobus & nonaginta nummis maior erit numerus, quàm vt summa duplicata mille & sexaginta nummis ad vnũ congruat. Summa enim cyathorum duplicata, mille centũ & quinquaginta duo erit. Ita Plinius duobus & nonaginta nummis vsuras auxerit. Quòd si vsuras vsurarum reputemus, octauo quoque anno & quinto mense anatocismus renascitur, id est centesimo & vno mẽse. qua ratione centum annis vsura subnascens, duodecies senos nummos peperit, id est duos & septuaginta, & sexaginta annis paulominus duos & quadraginta, qui fiunt semul pro fœnore iterato centum & quatuordecim. Ita Plinius exactè videtur rationem supputasse. Anatocismum autem vsitatum fuisse antiquis notius est quàm vt ostendere necesse sit: quapropter fortasse nõ vini apud Plinium sed binis legendum est. Nam vini verbum omnino eo in loco non congruit, vt superuacaneum. sic fiet vt sextarius quatuor & viginti nummis constiterit, id est solidis nostris viginti, quod omnino magnũ fuit precium, cum ea ratione amphora, quæ octaua pars est modii nostratis, duodequinquaginta francicis constiterit, qui hodie quatuor & viginti ducatis valent: cum nemo nostra memoria apud nos binos modios vini pluris vẽderit quantumuis cara annona. ita vini precium centum & sexaginta annis duodecies penè multiplicatum erat, cum singulæ amphoræ millenis centenis quinquagenis binis nummis vẽderentur, & tanti cyathus post eorum venditus est, quanti sub Opimio sextarius vendebatur. Hæc ratio etiã speciosa videtur, tamen admittendam affirmare non ausim. Adhuc enim ita ratio inita est, quasi non modò incolume vinum, sed etiam non imminutũ fuerit. Nihil igitur ex amphora centenûm nummûm Plinius deperiisse centum sexaginta annis existimauit, præsertim cum ad crassitudinẽ mellis asperi redactum esse dicat? Ego verò ex vino nostro coniecturam faciens, id vinum ad septimas minimùm partes exactum fuisse censeo: cui dispendio si nunc addas id quod intercidit, in alia atque alia vasa, semper etiam ipsa aliquid sorbentia, transfundendo, id quod tot annis necesse fuit, totiesq; mutatis dominis & apothecis: vix decimam quanque amphoram post temporis tantam intercapedinem residuã fuisse credo, vt fortasse non binis nummis sed vicenis legendum sit. id verba ipsa Plinii mihi significare videntur, cum inquit, Tantum pecuniarum detinẽt vini apothecæ: nec alia res maius incrementum sentit ad vicesimum annum, maiúsve ab eo dispendium non proficiente precio. Vina enim significat ad vicesimum annum ita commodè veterascere, vt vsuras etiã semisses pensitare possint: sed si vltrà asseruentur, vt nullo precii augmento mirum in modum deminuantur. Sic igitur colligo, quasi ipsa per se caries congios octonos quos amphora capit, ad totidem sextarios contraxerit æuo ipso absorbente, deinde vt diffusionis & transuasationis dispendium sextarios ad besses aut dodrantes redegerit, restis ipsis semper combibentibus. His duobus intertrimentis si specimina gustantibus data, iacturamq; cauponationis heminariæ quadrantariæq; addideris, & quod aliàs intercidit, quis iam addubitet ad vicenos nummos pre-

Anatocismus antiquis vsitatus.

Amphora, octaua pars modij Parisiensis.

A cium in vncias extendere, quod semisses vsuræ ad binos nummos & vltrà intenderant? Id quod si admittamus, sextarii singuli nummis ducenis quadragenis constiterunt: id est sexagenis denariis. Qua ratione precium paulominus centum & viginti partibus auctum est cẽtum & sexaginta annis. quod fortasse non incredibile erit, si quis reputet quòd minima aliqua mixtura (vt Plinius dixit) medicamenta erant cæteris vinis commendandis, vt portione per hoc magna exorptum vinum esse intelligamus: in quo exacto liquore vini vis remansisset incolumis & viuida. Hoc quum admira-
B tione dignum esset, ideo Plinius retulit, ita vt nobile exemplũ venditi plurimo vini appellet. Id tamẽ minus mirum facit piscis mullus Romę ab homine priuato octo millibus nummûm emptus, id est ducentis aureis nostris. Hoc enim creditu difficilius est, quàm amphoram vini præstantissimi & medicamentarii ducentis & octogintaocto aureis nostris venisse. Tanti enim amphora supradicta ratione constitit. Hanc etiam opinionem adiuuare potest id quod Plinius lib. xii. inquit de Opobalsamo loquens his verbis, Nec manifestior alibi fraus, quippe millibus denariûm sextarii empti vendente fisco, trecentis denariis veneunt. Si enim Plinii tempore, cum
C largior iam fœtura succi eius erat, singuli sextarii synceri liquoris centenis aureis vendebantur (de nostris semper loquor) non magnopere mirum est inusitatæ atque omni æuo inauditæ vetustatis vinum, quod medicamenti loco cederet, senis aureis venum iisse. Verùm illud ipse miror, quòd anno Opimiano, id est natali ipso vini Opimiani, Plinius singulis amphoris centenos nummos taxandos existimauit, qua ratione culeus nostrâs, id est sesquimodius Parisinus, tribus argenti libris valuit, hoc est triginta aureis nostris. Quòd si eo anno omnium generum bonitas fuit in Italia, cuius tot vini nobilitates Plinius libro supradicto enumerauit: quonam modo fieri
D potest vt tanti amphora venierit, præsertim cum feraces vites habuerit, vt idẽ auctor tradit? Quippe in Gallia vt gelicidiũ, vredo, & sideratio sequẽs, & has cæli iniurias procella excipiẽs, summam caritatem inferant, id quod memoria mea non semel contigit: nemo tamen meminit hac in vrbe modium vini, qui amphoras octo capit, pluris duodecim aureis venire, duntaxat vernaculi. Tametsi hic habeamus omnium propè generum, id est albi, helui, & intensè rubentis, nigriq;, quæ nulli importatorum cedunt duntaxat quotidianæ vsu mẽsæ, licet precio aliquantulum cedant nonnullis im-
E portatis, quæ strenuiora esse creduntur titillandis palatis. Vinosiorum hoc hominum iudicio factum, qui vina nostratia, id est agri Parisini, mucrone obtusiore esse dictitant, nec satis lancinare linguas gustu feruido & acuto. Alioquin sanorum iudiciorum consensu cõstat vina Francica, id est vineti Parisini, omnibus numeris bonitatis præcellere, tametsi halitu vt illa externa vertiginem non cieant. Sed ne illa quidem aduentitia & caput tentantia quauis inopia vini supradictum precium excedunt: quod de iis intelligi nolo, quorum singulæ potiones vno conuictu dantur, qualia sunt Lusitanica, pseudocretica, & omnino quæ sapæ vice sumuntur, & pro Liberi bellariis cedunt. Verùm de precio vini audiamus Columellam sic dicẽtem

Mulli piscis ingens precium.

Opobalsami preciũ.

Parisini agri vina præstantissima sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vini preciũ apud antiquos.

libro tertio. Quippe vt deterrimi generis sint vineæ,tamen si cultę sint,singulos vtique culeos vini singula eorum iugera peræquabunt: vtque trecentis nummis quadragenæ vrnę veneant(quod minimum precium est annonæ)consument tamen septem culei sestertiûm duo millia & centum nummos. Ea porrò summa excedit vsuram semissium. Atque hic calculus quẽ posuimus, Græcini cõtinet rationem. Sed nos extirpãda vineta censemus, quorum singula iugera minus quàm ternos culeos præbẽt. Minimum precium annonæ Columella esse dicit cum trecenis nummis quadragenæ vrnæ veneunt, id est viginti amphoræ. quod perinde est ac si dixisset, quum singulæ amphoræ quinisdenis nummis veneunt. Si igitur vilissima annona vinum in amphoras quindecim nummis erat: existimo mediocri annona amphoram tricenis nummis vendi solitam, vt summa fuerit annona quadrageniquini vel quinquageni nummi, dira & prodigiosa etiam sexageni, aut summùm septuageni. Sed caritatis annonæ ac vilitatis ratio duplex. alteram copia & penuria moderatur: alteram prima vltimáque nota mercis facit. Huius igitur loci explicatio sit in medio posita, vt pro eaptu cuique comminisci quicquam liceat: ne in immensum excrescat hic liber, si lites litibus resoluere pergeremus. Esse enim huius incepti eam rationem videbam, vt si indulgere stylo voluissem, cõnexa rerum series in altum sæpe relatura nos esset: ac nihilo secius tamen libens feci vt locũ quẽdam ex eo libro Columellæ trãscriberem, propter insitam ac peruulgatam

De cultu vitium.

opinionem inter nostros de vitium cultu,& eius agricolationis alea. Is igitur auctor docere volens vberrimum esse vinearum redditum, Atque vt omittam (inquit) veterem illam felicitatem aruorum, quibus & antè iam M. Cato,& mox Varro Terẽtius prodidit singula iugera vinearum sexcenas vrnas præbuisse: his certè temporibus & Nomẽtana regio celeberrima fama est illustris,& præcipuè quam possidet Seneca vir excellentis ingenii atque doctrinę, cuius in prædiis vinearum iugera singula culeos octonos reddidisse plerunque compertum est. Nam illa vidẽtur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse, vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerum duûm millium: vt apud me octingentæ stirpes insitę intra biennium septingenos culeos peræquarent: vt primæ vineæ cẽtenas amphoras iugeratim præberent: cum prata & pascua & syluæ si cẽtenos sestertios singula iugera efficiant, optimè domino consulere videantur. Nam frumenta maiore quidem parte Italiæ quando cum quarto respondent, vix meminisse pollicemur. sic enim legitur. His verbis Columella clarissimus auctor rei rusticæ testatur nullum genus agriculturę aut prædii fructuosius esse vinea. Ostendimus suprà iugerum minus esse besse arepenni Parisini, quanquam Columella libro sexto dicat semiiugerum à Gallis arepennam vocitari. Et idem auctor censet extirpandum vinetum esse quod minus tribus culeis præbeat in iugera, id est sexagenis amphoris. Varro libro primo, In qua terra (inquit) iugerum vnum denos & quinos culeos fert vini, quot quædam in Italia regiones? Sed vt has Varronis vineas raræ felicitatis omittamus, Senecæ vineas Columella octonos culeos ferre solitas tradidit, id est centenas & sexagenas

Arepennũ.

Amphora, octaua pars modij Parisiẽsis.

A xagenas amphoras in iugera. Quod quia rarum fuit, rursus iis omissis alias videamus quæ mediocres habebantur, id est quæ cẽtenariæ erant, quinque culeos reddentes iugeratim. Vt igitur centenas amphoras, id est duodenos modios nostros & semodiũ, vinea mediæ notæ præbuerit, & singulis amphoris minimum annonæ precium statuamus, id est quinosdenos nummos: mille ac quingentos nummos anniuersario vectigali reddidit. Quòd si mediocrem annonã æstimare velimus, hæc summa duplicabitur, vt sint

B re nostro quinque & septuaginta aurei coronati. Hodie ex iugero & trie-te Romano, id est iugero Parisino, si quis centenas amphoras annuatim ferret, id est duodecim modios nostros & semissem duntaxat vini non minimæ notæ, quam nostri familiarem appellãt, hic Baccho litasse dictitaretur: rariq; sunt in hoc agro qui tantum percipiant etiam infimę notæ, & tamen apud Columellã hic redditus iugeri Romani mediocris inuenitur. quare planum fit, vinearum cultum apud nos nõ suopte vitio, sed cultorum, damnosum existimari. Quum enim hic ferè rei rusticæ tractationem ignoremus, & qui nobis fodiunt & putant, omnia ex commodo suo faciant, fit plerũque vt nec exactè nec tempestiuè cultus vitium absoluatur, quum in

C vrbe existentibus dominis, opus in agro fiat. Propterea Plinius libro decimooctauo, Profectò (inquit) opera, non impensa, cultura constat: & ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Atque ita loquor, quasi vinitores peritos habeamus, cum vix decimus quisque artem suam nouerit. Inde fit vt sumptus vineæ, fructum sæpe deuoret. quod tamẽ ne deterrimo quidem cultu iis cõtingit, qui vitiferum solum eligere nouerunt: sed cum iam omnis collis campúsque vitibus conuestiatur, necesse est inscitis cultoribus plurima vineta non respondere, præsertim in hoc tractu

D in quo carbunculatio à gelicidio alternis propè annis sentitur. Quare cum à prima germinatione vsque ad quintum Nonas Maias (qui dies plerũque vltimus est decretorius vitibus) gelicidiũ timeatur, & huic periculo exemptis iterum vis maior impendeat, quæ nullo non anno alicubi stragem infert, simul vredine ab æstu caniculæ, aut aquæ cælestis inopia vuæ sæpe retorrescant: id quod cum hæc proderem, egregium prouentum vinearum bona ex parte perdidit: nisi aut diligentia aut felicitas adiuuet, est ferè quod expensum vitibus queribundi feramus. Quanta autem priscorum frugalitas,& quàm strenua fuerit diligentia in agricolatione, ex lectione Varronis

E & Columellæ in vniuersum patet, cuius velut vnum specimen illud annotasse satis erit, quod Varro libro primo de vinearum cultu loquens, ita inquit, Saserna scribit satis esse ad iugera octo hominem vnum. Et Columella lib. xiiii. Nam vt ampliſſimas impensas vineæ poscant, non tamen excedunt septem iugera vnius operam vinitoris. Hodie autem quotus quisque vinitor tribus iugeribus sufficit? Ita fit, vt vineas non vinitoribus colendas locemus, sed cultorum mancipibus. Propterea in agro Parisino vineta magno excoluntur, cum multis in locis Galliæ paruum sumptum quanuis feraces vites poscant. Quod & incuria dominorum, & ignauia vinitorum ita inueteratum est, vt constitui apud nos res rustica nequeat, rusticis vna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimi conspiratione tuentibus quod à maioribus acceperunt. Verùm (vt ad Plinium redeam) si centenos nummos in amphoram statuamus anno Opimiano, & centenas amphoras in iugerum, qui mediocris est prouentus Columellæ, videamus quonam tandem redditus euasurus sit. Centies centena nummi, decem millia nummûm fiunt, quæ nos ducentis quinquaginta aureis æstimare solemus: quo fit vt non immeritò (vt opinor) Pliniana exemplaria eo in loco suspecti postularim, quomodo & in aliis nonnullis locis feci, officio (vt mihi quidem videor) studiosi hominis functus, qui in medium consulit. Nam illud Columellæ in loco à nobis antea citato, Nam frumenta maiore quidem parte Italiæ quando cùm quarto responderint, vix meminisse possumus: cum quartodecimo legendum esse notius est, & dici debuerit, ex Varrone libro primo, cuius hæc verba sunt, Quare obliuabis quantū in ea regione consuetudo erit serendi, vt tantum facias, quantum valet regio, ac genus terræ, vt ex eodem semine aliubi cum decem respondeat, aliubi cum quindecim, vt in Hetruria locis aliquot. In Sybarite no dicunt etiam cum centesimo redire solitum. Nec mirum id Italiæ tribui, cum Plinius tradiderit agrum Babylonium cum quinquagesimo fœnore messes reddere, diligentioribus agricolis etiam cum centesimo: de quo Herodotus in primo ita inquit, ὧν δὲ ἡ Λίμνης καρπὸν ὧδε ἀγαθὴν ἐκφέρει· ἑκατοντάπλοον χώρην, ὥστε ὧδε διηκόσια μὲν ἐς παρέχειν ἀκροδιδοῖ, ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς, ἐπέων ἐλάσσω τριηκόσια ἐκφέρει. Id est, ad cerealem autem frugem vsqueadeo bona est regio Babylonia, vt plerunque ducena reddat: vbi autem bonitate sese ipsa vincit, ibi etiam ad trecena. Plinius libro quinto, Libyphœnices appellantur qui Byzantium incolunt. ita appellatur regio C C L millibus passuum circuitum fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Et libro. xviii. Tritico nihil est fertilius. hoc enim natura ei tribuit, quoniam eo maximè alat hominem: vtpote cum è modio, si sit aptum solum, quale in Byzantio Africæ campo, centeni quinquageni modii reddatur: cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt, aliique, & tota Betica, & in primis Aegyptus. Hoc dictum Plinii non conuenit cum verbis Ciceronis superius à nobis citatis de agro Siculo, cum decimo redente. Non hyperbolicè igitur dominus & deus noster in euangelio Matthęi capite. xiii. fructum summum ad centesimam frugem auxit. Verba Plinii libro xviii. hæc sunt à Theophrasto ad verbum traducta, Babylone tamen segetem bis secant, tertiò depascunt, alioquin folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit exilitas soli: verùm diligentioribus cum centesimo. Sic enim Hermolaus rectè emēdauit. Theophrastus libro octauo de stirpibus, ἔστι δὲ τεῖδν τὰ πεδία τὰ παφλάσια. ὕστερον γὰρ φύεται τὸν καυλόν. ἐὰν δὲ μὴ, φύλλομανεῖ. γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργασαμένοις πεντηκοντάπλα, τοῖς δὲ εὖ μάλιστα, ἑκατονταπλάσια. Et tamen in antiquis exemplaribus & in impressis antea Hermolaum sic legitur, Sic quoq; cum quintodecimo fœnore messes reddit exilitas soli, verùm diligentioribus cū centesimo quinquagesimo. quod mirum est, cum ad verbum Plinius locum Theophrasti verterit, nisi quòd duo illa verba, exilitas soli, apud Theophrastum non sunt, nec videntur conuenire,

Rursus de vini Opimiani precio.

Fertilitates soli memorabiles.

Tritici fertilitas in Africa.

A conuenire, cum Theophrastus pieram terram illam appellet, id est pingue, & Plinius ipse præpinguem & densam, vt potius felicitas vel hilaritas vel quid simile, quàm exilitas legi debeat: & mirum sit Hermolaum hæc verba ex Theophrasto agnouisse, cum exile solum contrarium sit læto & affluenti. Quod autem sequitur, neque est cura difficilis, quàm diutissimè aquari gaudent, vt præpinguis & densa hubertas diluatur, sic emendandum censeo ex antiquo vno libro, quàm diutissimè aqua riganda. Theophrastus, Plinij loc.
B ἡ δὲ ἐργασία ἐστὶ πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ, ὅπως ὕλην ποιήσῃ πολλήν. πίμπρησι γὰρ ὅταν καὶ πυκνὸν πῃ γῆν δεῖ ποιῆσαι μανῆναι. id est, cultus autem est, vt quamplurimo tempore resideat aqua, & multam hærbę materiam faciat. pingue enim solum & densum oportet rarum fieri. Idem Plinius capite sequenti, Similis ratio sed felicitas maior Babyloniæ Seleuciæ, Euphrate atque Tigri re-
stagnantibus, quoniam ibi rigandi modus manu temperatur. Alioquin etiam aquari verbum hoc loco non conuenit. Cum de agro nostro, qui pinguissimus esse vulgo dictitatur, agricolas multos interrogarim, nunquam exculpere potui vt cum decima fruge reddere semen faterentur, nisi Agri Parisini fertilitas.
C quando summa anni vbertate id contigit, vel in nouali recèns proscisso. Quo magis mira illa felicitas agrorum videri debet: sed & in eo culpam aratorum nostrorum esse crediderim. nam Varro cum quintodecimo in Hetruria respondisse dicit, quum Columella vix cum quartodecimo respondisse meminerit: quod non effœto solo, sed negligentia agricolarum factum puto, qui à pristina diligentia iam Claudii Imperatoris vel Neronis tempore desciuerant, sub quo Columella scripsit. Nostri aut tertio aut quarto sulco serunt: antiqui autem etiam quinto serebant. Plin. lib. xviii. Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse. Spissius solum, sicut plerunque in Italia, quinto sulco seri melius est. At verò Plinius iunior de Tu-
D scis suis loquens in quinto epistol. Tantis glebis tenacissimum solum cum prosecatur assurgit, vt demum nono sulco perdometur. Verùm animadAnimaduertendus locus.
uertenda Columellæ verba supradicta. Cum prata (inquit) & pascua & syluæ, si centenos sestertios singula iugera efficiant, optimè domino consulere videantur. Ex quibus verbis coniici potest quantum sestertius valeret: quippe hodie prata scimus & vidimus quæ annuos quinos Francicos atque eo amplius domino pensitare solita sint fœniseci in lustrum oblocata, ita vt commodè secum eo pacto putet actum. Atqui centum nummi æstimatione nostra duobus aureis & semisse valuerunt. Sed quoniam
E diximus qualis fuerit redditus vinearum, restat vt videamus quātum fuerit Preciū vinearum.
precium. Columella libro quarto, Vinitor licet sit emptus sex vel potius sestertiis octo millibus, cum ipsum solum septem iugerum totidem millibus nummorum partum, vineásque cum sua dote, id est cum pedamentis & viminibus, binis millibus in singula iugera positas duco. His verbis Columella vineam conferi in singula iugera tribus millibus nummûm significat: quibus si operam vinitoris addas, quatuor iam erunt millia, fine vsuris biennii semissibus quo vinea nouella cessat. Hæ ducentos quadraginta nummos valent. ita singula iugera amplius centenis aureis nostris

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſerebantur. Plinius verò in eo loco vbi Opimiani vini meminit, de arte colendæ vineæ loquẽs, In noſtra (inquit) ætate pauca exempla conſummatæ huius artis fuere: verùm eo minus omittenda, vt noſcantur etiam præmia, quæ in omni re maximè ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Stelenus è plebe Libertina, L X iugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro, atque æquè quadringentis nummis venundatis. Magna fama & Vetuleno Egilao, vel potius Aegialo perinde Libertino fuit in Campaniæ rure Linternino, maiórque etiam fauore hominum, quoniam ipſum Africani colebat exilium. ſed maxima eiuſdem Steleni opera Rhemmium Palæmonem aliàs grammatica arte celebrem in hiſce X X annis mercatum D C millibus nummûm in eodem Nomentano, decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo. Eſt autem vſquequaque nobilitas vinetis per omnia ſuburbana, ibi tamen maxima, quoniam & neglecta per indiligentiam prædia perhauriat. Ac ne in peſſimis quidem elegantioris ſoli hæc aggreſſus excolere, non virtute animi, ſed vanitate. Quæ primo notata mira in illo fuit. Paſtinatas enim de integro vineas cura Steleni imitatus, ad vix credibile miraculum perduxit intra octauum annum C C C C. M. nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cucurrítque non nemo ad ſpectandas vuarum in iis vineis ſtrues, literis eius altiores, contra id pigra ciuitate ſibi patrocinante. nouiſſimè Annęo Seneca principatu traditionis ac potentiæ, quæ poſtremò nimia fuit ſuper ipſum, Minimè vtique miraturi Annęum tanto prædii eius amore captum, vt non puderet inuiſo aliàs & oſtento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato vineis intra decimum ferè curæ annum. digna opera quæ in Cecubis Setiníſque proficeret, quandò & poſſea ſæpenumero ſeptenos culeos ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. Ac nequis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. Hunc locum (vt arbitror) ita legebat Hermolaus, in quo ex pridem impreſſis tria aut quatuor verba mutauit, vt videre eſt in eius caſtigationibus: & cum prius C C C C nummûm legeretur, ipſe millibus rectè addendum cenſuit. Ego verò hunc locum mendis adhuc ſcatere puto, & duobus in locis ab Hermolao corruptum: quem quia emendari ãme non poſſe videbam, tranſmittendum diu cenſui: ſed quoniam aliud exemplum non ſuccurrebat vnde oſtendere id quod nunc agitur poſſem, conſilium mutaui: ita tamen, vt obſeruatis anxiè antiquis exemplaribus, & addito quod comminiſci potui, locum aliquanto magis perſpicuum minúſque mendoſum referrem. Hermolaus in altera editione hunc locum declarare cupiens, Videtur (inquit) Steleni vinetum primo C C C C millibus veniſſe, tum D C millibus mercante Palæmone, non à Steleno, ſed ab emptore primo: demum quadruplicato precio comparatum à Seneca. Ego aliter cenſeo, quare ſic legendum exiſtimo, Sed maxima eiuſdem Steleni opera Rhemmio Palæmoni aliàs grammatica arte celebri in hiſce X X annis mercato rus ſexcentis millibus nummûm in eodem Nomentano:

Plin. locus

tano: ex vetuſtiſſimo libro in quo hæc per datiuum leguntur, Palæmoni & celebri, nec mercatum ſed mercatoriis, ex quo mercatorus legendum duco. Alioquin fruſtra Plinius dixiſſet in eodem Nomentano, ſi de vineto ſuperiore ipſe intellexiſſet. Maxima igitur fama fuit Palæmoni operа Steleni. Eſt enim opera ſeptimus caſus, non accuſandi. nec Palæmon opera, id eſt agricolationes Steleni mercatus eſt: ſed ad rus emendum opera Steleni vſus eſt, qui iam documentum induſtriæ ſuæ ac ſolertiæ dederat venundato vineto C C C C millibus nummûm. Sequitur. Eſt autem nobilitas vinetis (vel mercis, vt in omnibus antiquis legitur) per omnia ſuburbana, ibi tamen maxima, quoniam neglecta per indiligentiam prædia perhauriat. malim, vt in antiquis & pridem impreſſis legitur, parauerat, hoc ſenſu, quum aliàs vineta magno ibi venirent propter vicinitatem, tum illa maximè Palæmonis in precio erant, quia illa comparauerat negligentia dominorum coli deſita, ex quo noualium vice cenſebantur, quod Plinius ſignificat dicens eum vineas paſtinaſſe, quod renouaſſe ſignificat. vix tamen hoc congruit cum Columella libro quarto, quum in ponenda vite reſtibilis vineti vltimam conditionem eſſe cenſeat. Quare fortaſſe Plinius vanitatem in eo arguit, ſed vanitatem in eo intelligo potius quòd vineas de integro paſtinauit quaſi reſtibile vinetum & carioſum, quum vineæ tum neglectæ indiligentia cultorum fuiſſent, nec repaſtinatione indigerent. Et inferius, Cura Stelenum agricolam imitatus, lego, cura Steleni dum agricolam imitatur. ſic enim antiqua habent exemplaria. Et rurſus inferius, Cucurrítque non nemo ad ſpectandas vuarum in iis vineis ſtrues, literis eius altiores pigra ciuitate ſibi patrocinante. In pridem impreſſis, altioribus pigra in ciuitate, legebatur: ſed Hermolaus illud in, expungendum cenſuit, & altiores legendum, hoc ſenſu, habuiſſe cauſam Palæmonẽ grammaticum quamobrem agrorum curam literis anteponeret, cum ad id deſidiam ciuitatis ſibi patrocinantem videret. Ego autem altioribus reponendum hoc modo cenſeo, Literis eius altioribus pigra vicinitate ſibi patrocinante. hoc ſenſu, vt vicini quibus confines vineæ Palæmoni multo minus reddebant diligentia pari non excultæ, referrent cauſam tanti prouentus in doctrinam Palæmonis, qui grammatica arte celebris fuit, Satyrici teſtimonio, qui inquit,

- Cede Palæmon. Et rurſus, - Odi
Hanc ego, quæ repetit voluítque Palæmonis artem.

Meminit & Quintilianus. Huc pertinet illud eiuſdem Plinii libro decimooctauo, Caius Furius Creſinus è ſeruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex ampliſſimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis: quamobrem à Sp. Alpino curuli die dicta metuens damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque (vt ait Piſo) bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturos: poſtea dixit, Veneficia mea Quirites hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtẽ-

Paſtinare quid ſit.

Plin. loc.

Palæmon grammaticus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere aut in forum adducere lucubrationes, vigiliásque & sudores. omnium sententiis itaque absolutus est. Sic igitur vicinitas non nauatæ in cultu operę, sed doctrinæ cuidam reconditæ tribuendam censebat vberiorem fructuum perceptionem. Sequitur, Vt non puderet inuiso aliàs & ostento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato vineis. vbi in vetusto, alias regiones, & ostentaturo legimus: in alio, ostentatur. quare legendum censeo, inuisuro alias regiones, & ostentaturo. vt intelligamus Palæmonem tanto precio ea regione exactum, alium locum quæsiturum in quo ostentare precium industriæ suæ posset. Reliqua ita corrupta censeo, vt sensus commodè elici nequeat. Veniamus nunc ad id quod quærebatur, Si sexaginta iugera quadringentis millibus venierunt, quæ decem millibus aureorum à nobis æstimantur: sex iugera mille aureis constiterunt, vt singula iugera centenos sexagenosse nos & semissem statuere debeamus. Si hoc precium ex Columellæ ratione æstimetur, non video cur summam laudem propter hoc adeptus sit Acilius, quod Plinius inquit. Propterea suspectum numerum habeo. nam & in quodam antiquo legi, L. X. iugerûm non amplius vineis excultis in Nomentano agro, atque æquè numero venundatis. vt fortasse sic Plinius scripserit, atque æquè numero sestertiûm venundatis. Qua ratione summa laus fuit in singula iugera centenis millibus nummûm vineam vendidisse, alioquin non magnopere creuisset precium, quod non conuenit cum cultu ruris alterius, quod quadruplicato intra decimum venditum est, cuius etiam vindemia pendens quadringentis millibus nummûm addicta est. Rus autem illud cuius Plinius modum non posuit, centuriam intelligo: de qua Columella loquens ita inquit, Centuriam nunc dicimus (vt Varro ait) ducentorum iugerum modum, olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria: sed mox duplicata nomen retinuit. Cato centuriam vitiariam posse videtur centum iugerum, cum inquit habere oportere quindecim mancipia vinearum iugeribus centum. In oliueto modica centuria (inquit Varro) erat ducentorum iugerum. Ergo hic si centenariam vineam intelligamus sexcentis sestertiis emptam, singula iugera in suburbano sexcenis millibus nummûm constiterunt, id est centenis quinquagenis aureis coronatis, & precio quadruplicato intra decimum annum, sexcenis: in quibus diligenti cultu eousque profectum est à Rhemmio, vt octauo anno vindemiam pendentem in iugera centenis aureis vendiderit: quod Plinius miraculum vix credibile dixit. vt enim octonos culeos in singula iugera statuamus, hoc est vicenos modios Parisinos, quinis aureis vindemia cuiusque modii constitit. Hæc tamen summa multo minor est superiore ex sexagies sestertium legamus, & rus centuriam fuisse intelligamus. De his vineis loquens Columella libro quarto, & Senecæ blandiens tunc potentia & auctoritate apud Neronem prævalenti, ita inquit, His certè temporibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris, & præcipuè quam possidet Seneca vir excellentis ingenii atque doctrinæ, cuius in prædiis vinearum iugera singula culeos octonos reddidisse plerunque cõperimus

Pli. locus.

Centuria.

A tum est. Ego autem compertum habeo, in præfectura Parisiensi vineta esse quæ etiam hunc numerũ excesserint in singula iugera nostra, quæ illic sunt maxima. Igitur quadruplicatum precium, quater & vicies sestertium fuit, quod nummo nostro sexaginta millia aureorum valet. ex quo apparet Senecam non frustra prædiuitem appellatum esse à Iuuenale. Nam & ipse apud Tacitum lib. xiiii. ad Neronem inquit, Quartusdecimus annus est ex quo spei tuæ admotus sum, octauus vt imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum cumulasti, vt nihil felicitati meæ desit, B nisi moderatio eius. Et paulum infra, Egó ne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatiis tam lato fœnore exuberat? Vna defensio occurrit, quòd muneribus tuis obniti non debui: sed vterque mensuram impleuimus: & tu quantum princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à principe accipere. Mihi subueniendum est, cum opes meas vltrà sustinere non possim. In C hoc vitæ itinere senex, & leuissimis quoque curis impar, præsidium peto. Iube opes meas per procuratores tuos administrari, & in tuam formam recipi. quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum reuocabo. Verba sunt Senecæ ab amicis admoniti, quòd ab inimicis apud Neronem insimularetur, quasi ingentes & priuatum supra modum euectas opes quotidie augeret, vt Taciti verbis vtar. Instantem igitur perniciem prouidens, ad principem vltro adiit, immensi census cessionem fecit, vt vitæ consuleret: quod obtinere ei non licuit Nunc si reputare velimus quantæ fuerint illę opes, audiamus Suillium Senecæ inimicum, & inter alia quoque exprobrantem apud eundem auctorem libro decimo- D tio his verbis, Qua sapientia, quibus philosophorum præceptis intra quadriennium regiæ amicitiæ ter millies sestertium parauisset? Romæ testamenta & orbos velut indagine eius capi. Italiam & prouincias immenso fœnore hauriri. His verbis cum superioribus intelligimus Senecam magnos redditus ex agris & fœnore pecuniæ habuisse. quòd si sestertium ter millies quarto iam anno imperii Neronis quæsiuerat, vt Suillius dixit: quid existimemus eum habuisse octauo eiusdem imperii anno, quando orationem illam ad Neronem habuit? Ter millies (vt alibi diximus) census E fuit maior Crassiano, hoc est septuagiesquinquies centena millia aureûm huius temporis. Olim autem à censu notæ erant opes hominum, non vt nunc occultæ. professio enim necessitatis erat. Cæterùm ex antedictis feracitas vinearum antiquarum declaratur, cum Plinius dicat, Ac ne quis vectam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. & vt redditus opimus intelligeretur, subdidit Plinius, Efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori, non in Rubrum littus Indicúmve merces petitas, quàm sedulum ruris larem. Sed tanta copia in Cecubis & Setinis Falernisq; nõ fuit, quę primę auctoritatis erant, vt ex Plinio & Columella nouimus. Nomentanus enim ager

Seneca prædiues appellatus.

Seneca ad Neronem accusatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

feracitate non auctoritate præstantiæ illustris erat. Propterea addidit ea verba Plinius, digna opera quæ in Cecubis Setinísque agris proficeret. Prodigio autem simile est, vitem vnam, id est vnam stirpem, excessisse vuarum numerum duorum millium, quod Columella dixit: & id dictum de vite pergulari puto. Vnde idem alibi, In Albano generis Aminei vitis notas habuimus, numero quidem perpaucas, verùm ita fertiles, vt in iugo singulæ ternas vrnas præberent, in pergulis autem singulæ denas amphoras peræquarent. Nunc citetur locus Plinii libro decimooctauo vbi de summa fertilitate loquitur. Ciuitas (inquit) Africæ in mediis sita arenis Syrtis petentibus Leptim, quæ magna vocatur Tacape, felici super omne miraculum riguo solo, ternis ferè passuum millibus in omnem partem, fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis dispensatus inter incolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, fico punica, illi vitis. sub vite seritur frumentum, mox legumen, demum holus, omnia eodem anno, omniáque aliena vmbra aluntur. Quaterna cubita eius soli in quadratum, nec vt à porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denariis venundantur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur vbertas, pereant luxuria singuli fructus. nunc verò toto anno metitur aliquid, constátque fertilitati non occurrere homines. Hactenus Plinius. Age ineamus rationem. quaterna cubita plena & iusta in quadratum, hexapoda nostram faciunt, id est tricenossenos pedes: quæ mensura octingenties multiplicata, duodetriginta millia & octingentos pedes explet. Nos enim superius docuimus iugerum Romanum octingẽtas hexapodas habuisse. Sic fit vt iugerum Romanum eius soli Africi duodecim millibus & octingentis sestertiis nummis constiterit: quæ ære nostro trecentis & viginti aureis coronatis valent. & tamen ita rationem subduximus, quasi plena cubita fuerint. Magna est hodie opinio agri nostri suburbani, qui vligi-nem contrahit à colluuie vrbis. holeribus & acetariis & raphanis & leguminibus seritur, & interim pergulis circunuestitur, ne hyeme quidem nisi sæuissima cessans: sed precium eius, vt arbitror, ad tertiam partem illius Africani non accedit. Vnum autem restat dicendum, quod consulto in finem operis dilatum est, vt in mentione domini nostri fastigiũ operi imponatur. Matthæi decimo legitur, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν τελῶ τὰ δίδραχμα; Magister vester nõ soluit didrachma? Et rursus, Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Sic tamen propriè verti potest, Magister vester non pensitat didrachma? per interrogationem. Est autem didrachmum nummus binas drachmas valens, quomodo & tetradrachmum quaternas, quod verbum apud Liuium legitur, vt suprà adnotauimus. Cassius ad Cicer. Nam iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolobellam est. nisi si siquid nauibus Laodicenorum supportarit, citò fame pereat necesse est.

Fertilitas stupẽda soli.

Soli Lutetiani fertilitas.

Didrachmum. Tetradrachmum.

est. famem instantem significat ex caritate fruméti, quum medimnus duodenis drachmis veniret, id est seni modii Romani & semisextarius noster ducato vno. Liranus apud Matthæum drachmam senis denariolis æstimat, & sic quilibet (inquit) capitaneus domus soluebat annuatim duodecim Turonẽses. Ego autem tantum didrachmum valuisse, quantum septẽ solidos nostros Turonicos, dico, hoc est septies tantum quãtum Liranus existimauit. Exodi. xxx. cap. dicitur, Siclus X X obolos habet. media pars Sicli offeretur domino. Qui habetur in numero à viginti annis & supra, dabit precium. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Iosepus libro septimo belli Iudaici de triumpho Vespasiani loquẽs, quem egit de Iudæis vi subactis, Stipendium (inquit) vbicunque degerent Iudæis indixit, binas drachmas singulis annis inferre in Capitoliũ iussit, ita vt antea Hierosolymorũ templo pendebant. Intelligimus ergo id quod in Exodo dicitur, typum fuisse tributi quod Iudæis à Romanis iniunctum est. nõ enim primùm à Vespasiano id factum est, sed ab Augusto, qui censum imperauit Iudæis Cyrino præside. Vespasianus autem non in Iudæa tantum hoc tributum indixit, sed Iudæis vbi terrarum cũque agerent. Didrachmũ igitur denos obolos Hebraicos valebat, sed duodenos Atticos: nec didrachmum in singulos patresfamiliarum, vt Liranus censuit, hoc est in capita familiarum, sed in singulos homines statutum, quomodo olim semisiclus in numerum hominum, id est viritim non domesticatim cõstitutus, in eos quidem qui maiores viginti annis essent. quod perinde est, ac si binas operas in sacra publica conferre iuberentur. nam drachma merces est diurna, vt suprà docuimus de denario diurno loquentes, cuius sit mentio Matthæi vicesimo. Stater igitur tetradrachmus erat, vt & antea dictum est. Nũc igitur in hac mentione stateris, æstimẽtur, si fieri potest, diuitię hominis vnius priuati, quantum meminerim, maximę. Pythius is est Bithynius, quem Herodotus in. vii. prodidit Dario Persarum Regi vitem auream & platanum donauisse: posteaq; Xerxi Darii filio, quum in Græciam infesto exercitu tendens Celęnis vrbe Phrygię iter faceret, obuiã profectum, Regem ipsum atque omnem eius exercitum hospitio suscepisse, xeniisque magnificis donauisse, pecuniam etiam in id bellum præbiturũ se pollicitum. quam pollicitationem admiratus Xerxes, astantes percunctatus est quisnam hominũ esset Pythius, quamq; pecuniis abundans, qui hoc vltro spopondisset. Cui quum responsum esset, illum esse Pythium, qui patrem eius Darium visendo illo munere vitis ac platani aureæ donauisset, ac tum quoque nihilominus hominum ditissimus secundum regem esset: rursus admiratus Xerxes, & ad Pythium conuersus, sciscitari cœpit quàm ingentis pecuniæ fiducia ad pollicitationẽ illam venisset. Ad ea Pythius, Cum ad mare (inquit) Græciæ descẽdere te audissem, statim opum mearum rationem inire aggressus sum. Iam tum enim in animum induxerã pecuniam tibi dono dare in bellum id gerendum. Subducta igitur ratione, argenti quidẽ talenta duo millia, auri verò myriadas quadringentas, staterum Daricorum septem millibus minus habere me comperi: quæ tibi dono dare statui. Mihi autẽ victus

Tributum Iudaicum.

Stater.

Diuitiæ Pythij memorabiles

Pythius Bithynius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex mancipiis & agricultura suppetet. His verbis Xerxes delectatus, Vt tecū
(inquit) paria faciam, pro hac liberalitate hospitem te meum facio: quadrin
gentas verò myriadas nummûm de meo explebo datis tibi chiliadibus se-
ptem, vt quadragies centenis millibus Daricorū staterum nihil desit. Pro-
inde quæ hactenus possedisti, possideto, mementoq; talem te semper præ-
stare. hæc enim te facientem, nec in præsens, nec in futurum pœnitebit.
Hæc sunt enim verba Xerxis apud Herodotum, σοὶ ἐν ἐγὼ ἀντὶ ἀντίων γίγνε-
ται ἀπὸ δίδωμι, ξείνοντέ σε ποιεύμενος ἐμόν, καὶ τὰς πεντακοσίας μυριάδας τοὶ τῇ σταθμὸς
τῶν ἐμεωυτοῦ, δώσω τὰς ἐπτὰ χιλιάδας, ἵνα μή σε ἐνδεὲς ἔωσι αἱ πεντακόσιαι μυριάδες τῶν
χιλιάδων, ἀλλ' ἧ τοι ἀπαρτιλογίῃ ἔσαι ἐμὸς στρατιὴν πολλὴν, κέκτησό τε ἀνὴρ τὰ περ ἔκτησο.
ἐνδέκατός τε ἔσο ἀπὸ σεωυτοῦ. ἐγὼ γάρ τοι ταῦτα ποιέοντι, ὅτε ἐς τὸ πάρος, ὅτε ἐς τὸ μέλλον μεμψιμοιρήσω.
Plinius lib. xxxiii. de immensis opibus hominum singulorum loquens, Co
gregatæ (inquit) & excedentes numerum opes, quota tamen portio erunt
Ptolemæi, quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam, octoga
millia equitum sua pecunia toleraüisse: mille conuiuas totidem potoriis va
sis, mutantem vasa cum ferculis, saginasse? quota verò illę ipsæ (neque enim
de regibus loquor) portio fuerit Pythii Bythinii, qui platanum auream, vi-
temq; nobilem illam Dario Regi donauit: Xerxis copias, hoc est septies
LXXXVIII millia excepit epulo, stipendium quinque mensium fru-
mentumq; pollicitus, vt è quinque liberis senectuti suæ in delectu vnus sal-
tem concederetur? In antiquis exemplaribus legitur, Mille millia hominū
excepit. Vterque autem numerus mendosus esse videtur ex Herodoto, qui
peditatum Xerxis ex Asia contractum, ter & vicies centena millia hominū
fuisse dicit præter seruitia & frumentatores, præter classem, cuius magnum
numerum facit. Hunc igitur numerum hominum Pythiū hospitio susce-
pisse verisimile est, quoniam tantas copias terrestres habuit Xerxes quum
in Phrygiam venit. Nam posteaquam Hellespontum transiit, numerus exer-
citus seruitiis & comitatu supra quinquagies auctus est, vt in superioribus
dictum est quum de chœnice loqueremur. Sed Plinius fortasse Herodoti
auctorem non secutus est, sed Trogum, qui Xerxem ex regno suo septin-
genta hominum millia coegisse dicit, & trecēta ex auxiliaribus. Quare Pli-
nius scripsisse existimari potest septies octoginta millia, vt subintelligatur
centena verbum, vt suprà docuimus, vt sit septies centena octogintaocto
millia. Quod si ex Herodoto restituere placet, sic legendum, Deciessepties
octoginta millia. Nam Herodotus præter peditatum etiam octoginta mil-
lia equitum fuisse auctor est. Cum autem Plinius dicat Pythium quinque
mensium stipendium & frumētum exercitui Xerxis pollicitum esse quin-
que filiorum suorum nomine, vt tantum vni vacationem militiæ impetra-
ret, existimo quadragies centena millia staterum Daricorum tanto exerci-
tui in stipendium & frumentum coëmendum sufficere in quinque menses
potuisse. Vt igitur minimum numerum sequamur, id est septingēta millia,
fac vt singuli in mensem ternos aureos coronatos acceperint: hac ratione
in singulos menses stipendiū vicies semel centenis millibus stetit, quæ sum-
ma quinquies ducta ob quinque menses, centies quinquies centena millia
efficit.

efficit. His equitatus stipendium addendum, quibus trecenta millia auxilia-
rium addere nunc nolui, quia nondum contracta erant auxilia, quæ post
transitum Hellespontī sese Persis adiunxerunt ex Macedonia, Thessalia,
Epiro & Græcia. Nunc igitur de stateribus Daricis videamus. Stateres qui-
dam Alexandrei, quidam Darici, quidam erant Philippei. Sed stater aureus
minam argenti valebat. Pollux, ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠλιώκῳ, ἡ γὰρ ἐν τοῖς ἰσαμβύοις
τῶν μνᾶν τὸ ἔσοπτρα στατῆρα ὀνομάζουσι. Aureus (inquit) stater minam valebat. nam &
in iis quæ appenduntur, pondus minæ staterem nominauerunt. καὶ ὅταν λέ-
γωσι πεντάστατηρον, πέντεμνον δοκῶσι λέγειν. & quum dicunt pentastaterum, id est
quinque staterum pondere, dicere videntur pentamnon, hoc est quinque-
minale. Hoc si est verum, stater vnus aureus quaternos minimū aureos nū-
mos Romanos valebat. Quatuor enim aurei Romani quadringentos non
amplius sestertios valebāt, vt satis demonstratum est: vt fuerint stateres au-
rei vnciales, cuiusmodi ferè Lusitanici hodie aurei visuntur denis aureis æ-
stimabiles. Demosthenes πρὸς φορμίονα, φορμίων δέ φησιν ἀφεῖσθαι λάμπιδι ἐν βοσπόρῳ
ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στατῆρας κυζικηνούς, ὁ δὲ κυζικηνὸς ἠλιώκῳ ἐκεῖ ἄξιος καὶ ὀκτὼ δραχμὰς ἀττικάς.
Phormio autem dicit reddidisse se Lampidi in Bosporo centum & vigin-
ti stateres Cyzicenos. at stater Cyzicenus duodetriginta Atticas drachmas
valet. Et paulò pòst, τῇ μὲν γὰρ ἑκατὸν εἴκοσι στατῆρων γίγνονται τεσσαράκοντα
ἑξάκοντα. ὁ δὲ τόκος ὁ ἴσος ὁ ἐφικνούμενος τῇ τεσσαράκοντα μνῶν καὶ τριῶν καὶ ἑξήκοντα, πεντακόσιαι
δραχμαὶ καὶ ἑξήκοντα. Atqui centum & viginti stateres fiunt tria millia trecen
tæ sexaginta. Fœnus autem terrestre sesquisextum, trigintatrium minarum
& sexaginta, quingentę fiunt drachmæ & sexaginta. His verbis apparet sta-
terem Cyzicenum paulominus tribus aureis coronatis valuisse: sed Atticos
stateres & Persicos Cyzicenis vberiores multo fuisse & pondere & indica-
tura coniiciendum est, & præsertim Persicos, cum Babylonium talentum
ephectam proportionem ad Atticum habuerit. Stateres autem aureos hic
intelligimus ex iis quæ sequuntur, etiam si Pollux stateris appellatione nō
magis aureum quàm argenteum intelligendum censuerit. Sed notāda ver-
ba Demosthenis, Tria millia trecentæ sexaginta. Et rursus, Trigintatrium
minarum & sexaginta. Vbi drachmas subintelligi voluit, communi more
loquendi apud Græcos, vt apud Romanos nummi intelliguntur, vt alibi
sæpe diximus. Quomodo autē apud Romanos argentea nomisma dra-
chmalia signabantur Athenienssium imitatione, & aurea didrachma erant,
sic apud Athenienses & Persas & Macedonas stateres aurei geminato pon-
dere signabātur, hoc est octonis drachmis. certè nomisma vnum hoc trien-
nio argenteum vidi, cuius index erat λυσιμάχου βασιλέως, Lysimachi Regis. ve-
rùm pondus tunc non examinaui, nec alioquin nummum magnopere cō-
siderandum duxi, quòd nihil tum harum rerum cogitarem, quas in hoc o-
pere tractaui: quare nec mihi oblatū mercatus sum, tametsi nomismatum
huiusmodi studiosus propter antiquitatem. Hoc autem anno quum anxiè
perquirerē, & ter quaterq; argento rependere paratus essem, in tertias, quar-
tasque manus peruenisse comperi, & tandem hinc exportatum. sed quum
ab iis percunctarer, qui maximè meminisse videbantur, quantum ponderis

Stater multiplex.

Stater Cyzicenus Atticusq; & Persicus.

Stater Lysimacheus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

traheret,aiebat vnus se existimare semunciale nomisma fuisse. Id ille mihi facilè persuasit,quòd alter maius etiam pondus meminisse se dicebat:& ea mihi magnitudo nomismatis oculis obuersabatur, quæ(vt minimũ)æquaret denarium Mediolanensem. Resciui etiam à tertio,in cuius tunc manu esset,id est cui ipse id dono dedisset(in quartam enim manum venerat)sed videre mihi postea non contigit. Siue autem stater is fuerit, siue non,Daricus tamen stater non minus denis aureis nostris valuit,id est argenti mina. qua ratione fit, vt quadragies centena millia Daricorum, quadringentes centena millia coronatorum valuerint. Nunc igitur apparet Pythium Bithynium non modò septingẽtis & octoginta millibus,sed planè decies centenis millibus atque adeò deciessepties centenis, & equitatui præterea & classi stipendium & frumentum suppeditare in quinque menses potuisse.

De stipendio militari.

Hic obiter nonnihil dicendum de militari stipendio: cuius modus cum parum antehac statui potuisset,historia Cornelii Taciti Romæ nuper edita restitutis aliquot libris, nobis occasionem dedit & ansam aliquid de eo explicandi. Stipendium militare quo tempore institutum fuerit, Liuius libro quarto ab Vrbe condita docet de Anxuris expugnatione loquens,his verbis, Oppidum vetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere, eaque primùm benignitas imperatorum plebem Patribus conciliauit. Additum deinde omnium maximè tempestiuo principum in multitudinem munere,vt ante mentionem vllam plebis Tribunorúmve decerneret *Senatus* vt stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. Nihil vnquam acceptum à plebe tãto gaudio traditur. Idem paulum infra, Postremo indicto iam tributo, edixerunt etiam Tribuni auxilio se futuros,si quis in militare stipendium tributum non cõtulisset. Patres bene cœptam rem perseueranter tueri. conferre ipsi primi.

Aeris grauis temp⁹.

& quia nondum argentum signatum erat,æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes,speciosam etiam collationem faciebant. His Liuii verbis apparet cur æra merere milites dicãtur,curq; ærarium dictum sit,ab ære scilicet graui, nondum argenteo nummo percusso.

Libra, & ære liberare.

Inde illa locutio apud Liuiũ in sexto ab vrbe cõdita,Inde rẽ creditori palã populo soluit, libráq; & ære liberatum emittit,de Manlio loquens. Tacitus verò libro primo ab excessu Augusti,de seditione Pannonica loquens, quæ circa initium principatus Tyberii contigit,ita inquit, verba seditionem agitantium referens: Quando ausuros exposcere remedia,nisi nouum ac nutantem adhuc principem precibus vel armis adirẽt? Satis per tot annos ignauia peccatũ,quòd tricena aut quadragena stipendia senes, & pleriq; truncato ex vulneribus corpore tolerent. Ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud vexillis retentos,alio vocabulo eosdem labores perferre. ac si quis tot casus vita superauerit,trahi adhuc diuersas in terras, vbi per nomen agrorum,vligines paludum,vel inculta montium accipiant. Enimuero militiam ipsam grauem,infructuosam,denis in diem assibus animam & corpus æstimari. Hinc vestem,arma,tentoria,hinc sæuitiam Centurionum,& vacationes munera redimi. at Hercule verbera & vulnera,duram hyemẽ,exercitas æstates,bellia atrox aut sterilem pacem sempiterna:nec aliud leuamentum,quàm si certis sub legibus militia iniretur, vt singulos denarios mererent, sextusdecimus stipendii annus finem afferret,ne vltrà sub vexillis tenerentur,sed iisdem in castris prẽmium pecunia solueretur. An Prætorias cohortes,quæ binos denarios acciperent, quæ post sedecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum susciperet? Et paulò pòst,Responsum est à concione,mandata esse Clementi centurioni quæ perferret. Is orditur de missione à sedecim annis,de præmiis finitæ militiæ, vt denarius diurnum stipendium foret, ne veterani sub vexillo haberentur. Et rursus de instaurata seditione loquens, Igitur volutatis inter se rationibus placitum, vt epistolæ nomine principis scriberentur,missionem dari vicena stipendia meritis,exauctorari qui senadena fecissent,ac retineri sub vexillo cæterorum immunes,nisi propulsandi hostis. His verbis apparet veteranos milites aliquando tricena stipendia implere solitos,aliquando quadragena, aliquando vicena: nec vllum tempus perpetuò statutum fuisse. Simul veteranos militia exauctoratos non statim missionem adipisci solitos, sed indulgentiore militia sub vexillis retineri quoad prẽmia & colonias acciperent. ex quo planius intelligitur id quod Tranquillus in Tyberio scribit, Atque etiam missiones veteranorũ rarissimas fecit,ex senio mortem, ex morte compendium captans. Verùm vt supradictis Taciti verbis intelligimus denos asses diurnum stipendium militare fuisse,ita eadem verba hoc significare vidẽtur,denarium maius stipendium assibus denis fuisse:vt fortasse hoc adiuuare id possit quod superius hoc eodem libro diximus de denario quem Vitruuius sedecim assibus valuisse tradidit Augusti tempore:quanquam olim signato statim argento denarius decem assibus valuisset. Quam rursus opinionem euertere videtur Plinii dictum lib.xxxiii.his verbis, Postea Annibale vrgente,Q. Fabio Maximo Dictatore asses vnciales facti:placuitq; denarium sedecim assibus permutari,quinarium octonis,sestertium quaternis. Ita Resp. dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Hoc igitur lectores viderint,ac statuerint pro suo quisque captu,aut arbitratu, quandò id summam rei à nobis compertæ & explicatæ labefactare non potest,vt alibi diximus. Milites autem Romanos diurno stipendio denarium meruisse,congruit cum eo quod ex Thucydide scripsimus de classiario milite, qui suo ministríque nomine binas drachmas merebat apud Athenienses. Tricenæ drachmæ,id est stipendium menstruum,tribus aureis coronatis valebant. Centuriones verò duplex stipendium,& equites triplex merebant. Quare Liuius lib. vii. ab vrbe condita, Aequè(inquit)impotens postulatum fuit, vt de stipendio equitum (merebant autem triplex ea tempestate)æra demerentur, quòd aduersati coniurationi fuissent. Hac ratione Liuii equites nouenos nostros coronatos merebant in mensem: nunc nostri octonos & semissem merent. Prætoriani autem milites duplex stipendium merebant,qui castra circa vrbem habebant, quasi stipantes principem. Erant enim & Prætoriani milites, & cohortes vrbanæ,quod Tranquillus his verbis significat de Augusto loquens, Legauit Prætorianis mi-

Veterani.

Sub vexillis retineri.

Asses stipẽ diarij.

Denarius stipendiarius.

Stipẽdium militare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

litibus singula millia nummûm, cohortibus vrbanis quingenos, legionariis trecenos nummos. Licet igitur hinc æstimare opulentiam imperii Romani sub Augusto, qui quatuor & quadraginta legiones sub signis prouinciatim dispositas habuit, cum vnaquæq; legio minima æstimatione in annuo stipendio ducena millia aureûm coronatorum ferret, etiam sine equitum stipendio. Denæ enim cohortes quingentariæ in legionibus erant, & centuriones duplex stipendium habebant. Auctum autem postea militum stipendium fuisse ex eo apparet, quod Tranquillus ait in Domitiano, Addidit & quartum stipendium militi aureos ternos. Hæc verba significare videntur, sub Domitiano quartum incremẽtum milites accepisse. Sed Tranquillus dubium id nobis reliquit, vtrũ menstruos aureos, an potius annuos intelligamus. Ego tamen menstruos intelligo. Milites etiam prẽter pecuniã annonas & sagula & frumentum interdum accepisse legimus apud historicos, & præsertim apud Lampridium in Alexandro. Non me prẽterit Flauium Blondum libro sexto Romæ triumphantis hæc aliter tradidisse, sed ei nõ assensus sum. Hæc vt libro nostro tumultuariè adderem, me compulit Franciscus Deloinus, iudicum vnus centenariæ famigeratęq; curiæ, qui, vt est inter iurisperitissimos antiquarum rerum studiosissimus, huius loci Taciti Cornelii tempestiuè me admonuit, quum altera fortè editione liber noster ad hũc locum impressus esset: vt si postridie admonitus essem, locum nullum hæc additiũcula inuẽtura capacem sui fuerit. Librum apud nos attulerat vir literarum sacrarum professor facundissimus, omniumq; bonorum auctorũ conquisitor & indagator sagacissimus, Gulielmus Parruus, agẽs in comitatu principis, facerq; (vt ita loquar) oricularius eius. Eum librum Deloinus cum ab eo vtendum rogasset, aut iure potius amicitiæ prẽcupidè sumpsisset (vnus enim tantũ apud nos erat) me quoque ipsi ambo legere eum voluerunt, vt in aliqua libri hiulca parte id quod de stipendio militari Tacitus scripserat, adluerem.

Franciscus Deloinus.

Epilogus huius operis. Hermolaꝰ Barbarus.

HAEC ferè sunt quæ de re nũmaria mẽsurisq; dici potuerũt: cuius rei semina se libasse Hermolaus Barbarus lõgè ingenio nobis doctrinaq; multiplici præstans, in glossematis illis gloriatus est quæ in Plinium edidit, gloriæ suæ segetem ac materiam: quem tamen auctorẽ sic quoque ad nos peruenisse dico, vt seminarium laudum studiosis omnibus in eo quotidie renascatur, etiam si ille primitias decerpsit. Sed quum ipse multa de talento, de tertio & libra, colligẽtis quidem more, non deligẽtis, commorasset, Poteram (inquit) plura, sed quæ carptim cursimq; velut semina materiæ difficillimæ libauimus, dilato in aliud tempus pleniore commentario, sufficiãt. Mihi verò ille farraginem auctoritatum diuersissima tradentium, immò (vt planè dicam) segetũ antipathiam miscuisse videtur, & in vnum semina dissidentia confudisse, ex quibus frugem aliquam bonam quónam modo spe rare potuerit & promittere, non intelligo, aliorum autem erit iudicium. Nos commentationis ab eo promissæ, sed erronea (ni fallor) indagine inco hatæ, cæcas & perplexas ambages, à capite rem exorsi, ita explorasse videmur, & à limine statim introrsus perspectas luculentis vestigiis remeabiles

Antipathiam segetũ miscere, est semina inter se dissidentia simul serere: vt triticum cum semestri vel trimestri fruge. Antipathia enim dicitur naturale rerũ dissidium.

fecisse, vt in mæandros potius digressionum insinuasse (sic enim res ferebat) quàm in Labyrinthum quendam disputationis, iudicari debeamus. Deprehensi aliquibus in locis hæsimus, vel verius substitimus, nusquam tamen aut flexu prævaricationis, aut saltu reticentiæ vel obliuionis, aut denique præcipitio temeritatis elapsi, ponderum & mensurarum tractationem ita explicauimus, vt res natura inter se cognatæ, nominum etiam communionem & veluti gentilitatem agnoscerent. Quid tum (dicat aliquis) dictioribus igitur te præferendum censes? Siquidem vni tibi hanc operã vindicas in cõmune nauatã. In hoc vno egò verò: cæteris in rebus iis libẽs cedo, quibus omnia propemodum debeo. Sic sua hactenus cuiusq; fuit in reparatione Latinæ linguæ palma. Hoc ius non modò æqualium nostrorũ, sed etiam posteritatis erit: neque verò prærepta vnius aut alterius rei gloria, commentandi quoque in posterum materia consumpta, quæ adhuc larga supereſt. Hoc tantum refert, quòd clariorum quidem illi aut plurium palmarum decora tulerunt: ego fortasse inter exigua ingenia qualibet acquiescere palma & debeam & possim. sed alios ita velim animatos esse, nostros præcipuè, quorum maximè gratia hoc opus suscipiendum duxi, vt maximum quodque decus sic in medio positum esse putent, vt ingenium tantum & diligentiam referre, non genus & cœlum putent. sic fiet vt in huius laudis curriculo Italia omnium gentium magistra, lampadem (quod aiũt) Galliæ non tradat, sed commodet: aut tradat quidem, sed fiduciariam vel precariam, vel potius det vtendam vsu nobis & illis promiscuo. Quidni enim speremus quod aliis nõ negatum est qui longius remoti sunt? Rumpantur licet Misopatrides, id est patriam ciuesq; suos exosi: natura Gallos hac dote non fraudauit, tametsi huius ætatis moribus, vel paucorum hominum vitio qui rerum arbitrium tenent, factum est vt literarum bonarũ studium nihil ad reipublicæ moderamen pertinere videatur. Remp. semper appellare instituí, abusiuè fortasse, in qua plurima ad priuatam vtilitatem referri existimantur. Propter quod videmus eò iam maiestatem publicam decidisse, vt censu ciues opibusq; multo magis, quàm sensu & probatis moribus censeantur. Hinc illa stulta ac ridenda quorundam reputatio, qui nulla prorsus arte memorabili imbuti, ob vulgares quidẽ vt apud Romanos facultates, vt apud nos propemodum principales, non se modò copiosos, sed etiam (si diis placet) beatos arbitrantur: quũ si ad Romanos modulos diuitis appellationem metiamur, perpaucos hodie norimus præter primores procerum, quorum census centies & quinquagies sestertium æstimetur. At tantam summã Pallas homo libertinus accepit, idq; decreto Romani Senatus, ob id quòd referendum ad curiam cẽsuisset de fœminis quę se seruitis concubitu miscuissent: eaq; relatione statutum, vt quæ ignaro domino ad id prolapsa probaretur, in seruitutem sui consensisse videretur: cuius rei auctorem Tacitum, Pliniũmque oratorem habemus. Idq; Senatusconsultum postea à Iustiniano principe sublatum est septimo libro sui Codicis sub titulo de senatusconsulto Claudiano. Quis autem hodie eorũ qui aurum metiri non numerare dicũtur, vel etiam qui pala versare aureos

Misopatrides.

Cõparatio diuitiarum nostri temporis cum antiqua opulentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grummulos dictitantur, ducenties sestertium habere creditur? At Aesopus tragœdus post cœnas illas luxu stupendo memorabiles, tantundem hæredi filio reliquit, vnde margaritas ipse sorbendas conuiuis appposuit non mediocris precii. Age: Curio Tribunus Pl. nonne sexcenties sestertium ærisalieni habuisse memoratur? quod perinde est ac si nunc dicas, quindecies centena millia aureorum. tanti tamen & pluris Cæsar ciuis adhuc Romanus, nondum Dictator, in Gallia res gerens, conciones eius ad populum licitatus est, & redemit. Paulus Consul Romanus mille & quingentis talentis eidem Cæsari eodem tempore authoritatem sui Consulatus addixit eademque lege, vt Remp. exagitanti patientiam accommodaret. Iam Senatores Romanos qui defecti facultatibus dicerentur, quingena quotannis sestertia solitos accipere à principibus constat, queis honestam (sic enim accipiebant) paupertatem tolerare possent innocenter. Nunc verò quotus quisque tantum habet pensitationis annuę, si paucos gentilium regis excipias? Contrà Nero perditis iam rebus, Senatum Romanum coegit centies sestertium sibi quotānis pensitare: quam summam sine stupore meminisse iam nemo potest. Mitto quòd Ciceroni oratori, qui semper à Romanis tenuis existimatus est, superficies ædium Senatusconsulto non minoris quinquagiena millibus aureûm nostrorum æstimata est, & villaticum ædificium pluris quàm duodecim. Seneca etiam vir philosophus, vt ex eius monumentis apparet, sed rerum actui summo præpositus à Nerone, quadriennio ter millies sestertium quæsiuit, quod certè necesse est vt fidem scriptis eius & auctoritatem deroget. Si enim scripta eius æstimētur: nemo vnquam animosius calcasse diuitias, & pauperiem securam adstrictius eo amplexus fuisse videbitur. Tarius Ruffus (quod penè omisi) infima natalium humilitate Consulatum militari industria meritus, circiter mille sestertium liberalitate Augusti congestum agris coëmūdis exhausit, vt auctor est Plin. lib. xviii. Quo in loco millies legendum est. Seneca auctor est Lentulum Augurem eodē Augusto principe quater millies suum vidisse, quanti hodie decē primorum Galliæ patrimonia esse vix possunt, etiam quanti plurimo venire possunt æstimata. Ab hoc numero principem tantum & generum eius eximo, cui alioqui regnum debetur, si regi superstes fuerit. Quónam modo igitur beatos existimare possumus, qui omneis cogitationes suas, omneis animi sensus, omnes vitæ actiones, omnia publica priuataq; officia, & viuendi denique moriendiq; rationem ad cumulandas opes referunt, quæ in priuatis hodie fortunis esse non nisi despicabiles possunt? Vnum tantum genus hominum excipi necesse est, quod omnium ipsum generum minimè esse exceptum oportebat. Hi sunt sacerdotes, quos nunc ferme solos secundum reges & principes opulentos esse cernimus, & plurimum opibus tribuere: quod genus vnum reges inter amicos habent, in quo se suamq; admirentur potentiam fortunatricem. Nulla enim æquè parte vitę beatores ipsis mortalium esse licet. Hic mihi quæ memini vidiq; reputanti, exclamare subit, Miseram te simul & fortunatam Franciam! tu vt maiorum placita Senatusconsultis sacrosanctis confirmata, tot annorum vsu comprobata, ambitione quæ in creādis Pontificibus & cœnobiarchis grassatur.

Cicero tenuis habitus.

Seneca.

Tarius Ruffus.

Plinij locꝰ.

Lentulus ditissimus.

Sacerdotes diuitiarum studiosi.

Exclamatio in ambitionē, ac dinūdina-

A tione nunc scelerata antiquare contendas? & singularē prærogatiuam Pontificatui summo non eblanditam, non expressam, non emendicatā, sed maiorum nostrorum merito postulatam, exoratam, repensam, vt tibi vni iure prisco, à maiorum gentium pontificibus prodito, in rerum sacrarum constitutione vti liceret, nunc indultæ legis abusu festines ire perditum? Vnde igitur tibi frontem peculiarem illam sanctionem citandi, qua tu tantopere gloriare velut decore quodam religionis? Vnde autem libertatem aut fiduciam Christianissimam te vocandi, si non qua religione eximium nomen,
B legémque pietatis tuæ testem comparasti, eadem religione tu ipsa retinere vis? O plaudendum erratum hostibus tuis illis, qui hoc tibi felicitatis, regnique fortasse palladiū, velut cœlo delapsum munus inuident, quo vel ablato vel intercidente tu perinde vtique fortunata esse non potes. Vide quæso ne te nimium terrigenis illis credas, quos ob id gigantes appellauit antiquitas, qui titulosas amplitudines architectātes, Aloidarum exemplo theomachiam meditari videntur. Nam vt illi immanium spirituum homines Pelion Ossæ aduoluentes, vt Homerus prodidit, & iis rursus Pindum & Othrin Lapitharum sedem subuehentes, in cœlum tandem scandere, & superis vim afferre cogitabant: sic isti pontificatus & antistitia aliis alia adgerantes, ipsa strue incondita rerum malè cohærentium, vim inferre superiu sacrisq; canonibus quos patres innocentia præditi suaserunt, meritò dictitantur. Horum quosdam nec prudentia nec doctrina commendabiles
C vir quidam acer apud nos quum videret, dicere haud infacetè solebat, absurdos oportere esse choragos illos, aut certè dissolutos, qui Herculis Titanumq; personas venustulis Cupidinibus temere & sæpe accommodarent. Harum enim rerum culpam à capite & vertice Christiani nominis publicus consensus arcessit, qui nisi rectè constitutus sit, inferiora ab eo membra morborum causas trahunt. Quare in votis esse hominū piorum identidem videmus statim atque illa indignitas oculis obuersatur, vt aut columē ecclesiæ componat Prouidentia, aut certè aliud commodius & congruentius fastigium reponat. Idque meritò in votis est. Columine enim vitioso
D vel infirmo, tectu ædis sacræ aut corruat necesse est, aut fœdè collabefactetur: tum subinde turbinibus & procellis omnia intus pateant, errorum nebulæ subeant, decumbentibusq; pruinis interiora frigeant, vt ne ignis quidē ille charitatis æternus vltrà manere possit. Neque verò me latet ipsa domus fundamenta in petram firmissimam artifici manu iacta, nulla vi posse conE uelli vel subrui, non aëria, non terrena. Nam ne operis quidem compages diuina illa quidem manu coagmentata, vllo disturbari machinamento potest: sed decor operis in aspectu & expolitio emendata non manent, ex quibus auctoritas vt ædibus sic ædi comparatur. Nunc autem pietas & religio huius ædis ædituæ magno vociferatu queruntur eam proportionem asseruatam non esse, quam architectonicæ manus primùm modulatæ sunt: id quod caput esse constat dedecoris luculenti. Huius inconcinnitatis causam homines ad Mercurium referunt institorem, qui iam inde ex quo lumen mundi regere, & auriga summi currus esse cœpit, non vt olim Phaëthon

Palladiū regni Frāciæ, Sanctio pragmatica.

Gigātes, terrigenæ.

Alludit ad ignem Vestæ.

Mercurius institor est quæstus è

Universidad de Deusto
Biblioteca

reb⁹ sacris & nundinatione sacrilega. Vulgus sacerdotum fraudatur ære dominico ab ijs qui pollẽt auctoritate & potẽtia.

quum se in currum luminosum sustulisset, conflagrationem orbi intulisse, sed tenebras potius teterrimas offudisse dictitatur: at inde factum esse constat, vt in castris sacrosanctis plerunque nihil rectè atque ordine constitutũ esse videatur. Primùm vix decimus quisque ordines ducentium decumana porta ingredi existimatur: deinde laxissimè quidam tendẽtes, vix gregario militi locum vestigialem relinquunt. Adde quòd nec manipulos recensere, nec cohortes ipsi concenturiare nouerunt. Quid quòd plures stationes obtinent, qui vni satis esse nequeunt? Quid si etiam omnes eas deserentes, longissimè per vrbes expatiari videntur, hostilis ipsi incursus & populationum securi? nec minus stipendia illis procedunt, quàm si ab statiuis pedem trãsuersum non discederẽt. Iam illud cuiusmodi esse dicemus, quod qui plurium vicem gerunt, ii immunes plerunque solent esse, vt ne[a] vitem quidem saltem centurialem in speciem teneant, cuius metu munifices in opere milites contineant? Quid, qui perpetuam immunitatem habent, regum & principum latera indecorè stipantes, æterna animi destinatione à statiuis castris domini emansitantes? qui, si disciplina castrorum valeret, pro castris ipsis vigiles excubare deberent. Hæc fierent si in [b] augustali ordine & vacationes non venirent? si non atra inauspicataq; [c] Celæno cõtactu suo fœdissimo res purissimas atque sanctissimas quotidie contaminaret? Etenim per Christum ipsum sacerdotii cõditorem, vtrum qui scelerata potenta in ecclesiam castrensem irrupisse se sciunt (de quibusdam loquor, nó de plurimis) in ecclesiam ouantem & cœlestem admissum iri se putant? num commercium aliquod superis esse sperant cum iis qui [d] cothurnatis flagitiis se sacraq; Christiana conscelerare non timent? Proinde videamus quidnam habet simile hodiernus antistitum status, & sacræ ciuitatis procerum, cum Christo ciuitatis eius conditore, & comitatu ipsius. Nónne tu simul vt in vniuersum cleri nostri faciem cultúmque consideraris, dicere cogeris sponsam (vt ita dicam) sponso nuncium remisisse, suásque ipsum sibi res ei habere iussisse? Ille paupertatis assertor, & ærumnosorum signifer, cohorte etiam pullata semper stipatus erat: hi opibus circunfluentes, & deliciis ocioq; torpidi, conspicui in aula volunt esse sericato lautoq; comitatu, atq; inter hos (si superis placet) [e] hieroduli quidam videntur, homines sacræ seruituti mancipati, quos ne in publicum quidem prodire moribus deuotorum conuenit, nisi operam interim religioni & pietati nauare videatur. Ille cum nihil possidere visus est, tum suos omneis assecias omnium fortunarum possessione deiecit: hi vnde illi deiecti sponte decesserãt, quum eorum sint successores, velut interdicto recuperatorio opulentam etiam bonorum possessionem reposcunt. Auspice igitur Mercurio contracta sponsalia, non pronuba pietate, nec charitatem nec reuerentiam coniugii sacrosancti retinẽt, nec ad frugem aliquam bonam salutaremq; perueniunt. Age quánam tandem ipsi causa se sacrosanctos esse volunt? nempe quòd homines insignibus Christi amicti, inter arma orthodoxa inuiolabiles ferè semper fuerunt: non aliter atque caduceatores hodie paludati inter acies sancti commeant. Si igitur gestamina & exuuiæ Christi sacrosanctos eos ac reuerendos

a Vitẽ tenentes Cẽturiones, milites in opere faciundo & castris muniendis cõtinebant.
b Augustale dicit tabernaculũ imperatoris in castris.
c Celæno hic pro sacrilega nũdinatione accipitur. vna est harpyiarum.
d Cothurnata scelera dicũtur ea scelera quæ à principibus cõmittuntur, quæ maiora sunt illis quæ à priuatis & popularibus perpetrantur. in tragœdijs ẽm psonæ regiæ & grãdes inducuntur.
e Hieroduli sunt monachi sacram seruitutẽ seruientes.

rendos faciunt, nonne cultus & habitus Christicolis absonus profanos eos facit, quod quidem in ipsis est? O stultam hominum opinionẽ. Atqui si veneranda cruce quasi claua [a] Herculis Alexicaci, si lituo summoueri se turba ab eis æquis animis patitur, pullata iuxtà & purpurata, si magistratibus & honoribus fungentes, fasces eis ciuiles & prætextas summittunt, & quidem cum summa animi æquitate, ampliora vtique ea insignia existimare debebant, quæ [b] Teletarches ipse Christus cerimoniis suis consecrauit, & quibus etiam sceptra regum summitti nonnunquam constituit, quàm fastum luxu conspicuum, qui proceres tantum & potentatus decet, & quo vno suspici se maximè diuites à plebecula volunt. Quòd si cæteri hominũ ordines exemplo ab eis prodito exuere dei reuerentiam & pontificale obsequium in animum inducerent, consecratáque à maioribus patrimonia, sacrosancta non haberent, nec piaculum esse putarent eos viros violare quos Christus dominus noster delicias suas appellauit: quid istis tandẽ fieret, queis citra culturam & semẽtem (vt aiunt) omnia nasci videmus? Erubescant igitur aliquando, erubescant inquam, & caueant ne animos saltem militareis & feroces exoluant religione: & quandoquidem ipsi sacra profanis permiscuerunt, videant etiam etiamq;, ne eorum licentiam vulgus hominum, albam (vt dicitur) amussim esse interpretetur, quæ discrimen sacri profaniq; sustuliſſe iam videtur. Sed quandò in opulentia regia & redditibus opimis summa eorum felicitas sita est: quæro quo tandem titulo ea se possidere credant? neque enim quolibet titulo fructus suos faciunt. Atqui vt omnia genera rerum legitimè quærendarum recenseant, nullum (vt opinor) aliud inuenient quo iustè atque innocenter hæc possidere possint, q̃ pro donato. At hoc titulo possidenti, non satis est rem sibi esse donatam opinari, sed reuera donatam esse oportet: alioquin eam vsu facere suam ipse non potest, quum titulo careat. Mitto quòd, siquid mei iudicii est (vt vtar antiquo verbo sententiam dicentium) hæc non eis donata dici debent, sed [c] fideicommissa: quod verbum nõ modò fidem bonam, sed etiam necessitatem rerum restituendarum agnoscit. id quod si non in omnia, certè in ea sacerdotia valet, quæ [d] fiducia contracta aut deferuntur aut conferuntur. Sed quoniam prisca iam seueritas vetustatem non posse perferre creditur, vt id quod dictum est præterea, certè [e] peculiari se titulo seu fideicommissum seu donatum tenere non negabũt. Quod si fateantur, num etiam tum fructus ita suos facient, vt & helluari, & obligurire, & per luxum profusissimum absumere ex animi sui vel libidine vel sentẽtia possint? Nisi verò nõ peculiare esse potest, quod à domino seruus, & clericus seruus accipit, in colonjam ipse dominicam sua sponte ascriptus. Accipit autem in Frãcia, aut à domino protinus, paracleto suffragatore, quod rarum est, aut à [f] summo domini atrienſi, quod frequenter euenit. Quod autem secus quæritur, id est sacrilega [g] indicatione, id à prædone possessum, in ius transire non potest. sic fit vt nihil peculii habeant quod non sit profectitium, & vt calendarium factitare debeant, & diurnum. nisi si fortasse antistitum actus lege Euangelica tabularum conficiendarum necessitate solutus potest esse, quũ

a Hercules Alexicacus dict⁹ est malorum depulsor, q̃ ſiq; generis humani protector: quo noſe Christus ꝓprié ſignificatur.
b Teletarches, Christ⁹ sacrarũ cerimoniarum auctor.
Amussis albã.
c Fideicõmissũ, verbum est iuris.
d Fiducia est quę vulgo cõmenda dicitur. Est ẽm fiducia verbum iuris antiqui.
e Peculiaris titul⁹ à dominio differt.
f Summus Atrienſis dñi est, cuius omnes alij quaſi vicarij sũt, hoc est Põtifex Ro.
g Indicare rem idẽ est quod rem venalem facere, & ei pcium statuere. indicare vendi toris est, vt mercari & liceri emptoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cœnobiarcha vulgo abbas dicitur.

antistes aut cœnobiarcha nunquam officio perfunctus esse videatur ante- F
quam omnia pensa familiæ exegit accuratè. Neque enim antistites promi
condi penus dominicæ censentur esse, & summæ rei familiaris dispensan-
dæ præesse, & non vniuersi actus cui præsunt, ratio ad nummum eis con-
stare debet. Nam quòd placita maiorum, inferiores & minutulos actus pon
tificalis liberalitatis & muneris esse voluerunt, id ideo factum esse clarum
est, quòd vt vicariorum olim errata atrienses præstabant, sic ob illorum
isti tenentur vel perperam vel negligenter transacta, vsqueadeo vt eorum
reliquamenta, horum fide stare credantur grauissimis ab auctoribus. Quo- G
niam verò hæc meminisse nequeunt qui bonam partem ætatis inter auli-
In aulicos sacerdotes cos agunt omni lege solutos (etiam si legitimam ipsi personam ad standum
in eo conuentu maiorum instituto habere non putantur) de summo sanè
iure decedamus, & de suo ac domestico & contubernali tantum actu, tabu
las eos proferre postulemus. Fac igitur (quoniam id mediocre est) in pagi-
nam acceptorum decem esse millia aureorum relata: quãtulam igitur eius
summæ partem expensam domino ferre possunt, qui nihil aut parum in
vsus pios vertunt? Age recitentur expensorũ nomina, proh superi immor- H
In luxum pontificalem. tales, in cupedias, in delicias popinales, & in luxum mensarium, in equi-
tium numerosum & elegans, in instrumentum lautum episcopii, in supel-
lectilem, in vasa argentea, in vestem stragulam & peripetasmata, in stipen-
dium cohortis honorarię fericatorum & calamistratorum, in auiarium ve-
naticum & accipitrarios, in venationis ministerium instrumentúmque, in
ferculorum structores, in scurras, in ludios, in acroamata, in thymelicos, in
eos quos à cauillis habent & à voluptatibus, in deliciarum mille nomi-
na. Adde etiam, si placet, in aleam, & in ea denique quæ non nisi subditi-
tio nomine in rationes referuntur, & quæ iis contribuuntur quæ feriatos I
Expensare est expensum ferre rationibus factitãdis. oblectant, & animi causa vel morigeris vel aliter obsequiosis expensan-
tur. In his nominibus ita consumptam acceptorum summam inuenies, vt
vix decima pars in erogationes pias & in rem dominicam superstet. Et hac-
tenus ita loquor homo obliuiosus, quasi in libros coëmundos nihil attri-
buatur, & in eos quos antistites nostri (credo) à studiis habere solent. Cer-
tè multi sunt eiusmodi, multi inquam sunt, queis omnino decebat bonis
interdictum esse, & curatores vt furiosis dari, aut aliàs mẽte captis. id quod
nullo iure pontificio satis cautum esse mirum est. Ecquæ enim esse maior
dementia potest, quàm si seruus per nequitiam peculium dilapidet à do- K
mino profectum seueriſſimo, qui vitæ & necis horrendæ liberam pote-
statem habeat? Quomodo igitur helluones sacri patrimonii, paria cum
rationibus domini facient ad extremum, qui nihil nunc pensi habere vi-
dentur quo minus amplissimorum sacerdotiorum redditus in delicias &
nugas & fastum ab eo ordine abhorrentem prodigant? atque ita pro-
digant, vt non sibi tantum damnosi & exitiabiles esse, sed etiam conspi-
cua luxurie periculum & errorem contuentibus creare videantur? Nam
qui eos nec dei nec legum vident esse metuentes, sensim & ipsi plerunq; sa-
cræ legis exuunt reuerentiam. Nisi verò putamus prægrandes à maioribus

nostris

A nostris vbereſq; possessiones, non modò gentilitiis hæreditatibus detractas,
sed etiam iuri humano & commercio exemptas, vt libidini & voluptati sa
cerdotali seruirent: opimaq; prædia optimo eos iure ac nulli vectigalia te-
nere voluisse, eorum vt assectis cincinnatulis prælautoq; cultu nitẽtibus sti
pendia pensitarent: aut prædia & prætoria coëmpta magno, atq; ædificata,
propinquis relinquerent? Dominus noster è prouincia iamiam decessurus
palàm vociferatus est se viam esse & veritatem. num igitur aut ipse aut eius
ẽ vestigio sequaces, hæc exempla prodiderunt? nuncubi in ea via quã inie-
B runt, harum rerum vestigia reliquerunt? Ecquando autem hæc vestigia in
montem ferre sacrum visa sunt? postremò ecquis hanc [a] viam secuit, eorũ
quidẽ quos decreta pontificia [b] inter diuos referẽdos esse censuerunt? Verũ
(o superi boni) quonam modo Christi imitatores esse possunt, qui & parẽs
ipse charitatis, & assertor summittentium se animorum fuit, si familiæ do-
mini benignè non faciunt, aut si animo [c] sublimipeta eminere super cæte-
ros & suspici omni modo gestiũt? O religionẽ neglectam, o mores euersos
& præposteros. Hi farctores & cupedinarios, & luxus voluptatisq; instito-
res adiuuant, quos frugalitatis & continentiæ auctores esse decebat, vt do-
C mestica parsimonia quæsitis, egentium & destitutorum multitudini opitu-
lari possent. Quòd si ii qui profana patrimonia vel hæreditate vel iusto mã
cipio acceperunt, conficiendarum rationum lege non sunt soluti (id enim
responsis eorum cauetur qui diuini iuris prudentes fuisse perhibentur. nec
ratione caret. Nam quis nostrum non precariò possidet quicquid habet, &
vectigale possidet? Sed nos exitiabili errore ducti, aduentitia nobis omnia
esse credimus, & omni præstatione libera, quæ titulo quocunq; ciuili para-
uimus.) Si igitur profanæ facultates, & omni religione purę, ita tamen affe-
ctæ sunt primigenio iure, & ita [d] in fide summa posita rerum omniũ con
D ditoris, qui quiduis quocunque tempore pignerari pro potestate potest (vt
vnicuiq; mortaliũ accepti debeat & expensi ratio apud deum constare, nisi
[e] nexum ad extremũ vult inire) quid iis fiet seruis nequã, qui nihil non ha-
bent peculiare, & nulla nõ in parte peculii [f] cõturbare noscũtur? vtrũ ver-
ba pro rebus creditori eidem & domino sperant se reddituros? At is nomi
na se exacturũ fœneratoria acerbitate prędixit. Nunc autẽ homines cente-
simo comite feroces, opibusq; æmulis regiæ opulentiæ, maxima tum pecu-
nia miseri appellabuntur. Num igitur debita tunc transcribere licebit, aut
E expromissores dare? quos? Nullus enim præstò erit qui expensum sibi ali-
quid ferri velit, eorum quidẽ quibus dominus fide sua dari iussit: nec domi
nus acceptum feret, quicquid non in pias aut honestas erogationes expen-
sum est, atq; in rem suam versum, & in pauperum. Age quónam tandem
modo rationes suas domino approbabunt, qui omnia vel pleraq; nõ Chri-
sto, non paracleto, non sanctis innocentibusq; suffragiis, sed Mercurio, sed
commercio, sed sacrilegę ambitioni accepta retulerũt? Restat vt vel [g] alo-
gistiã meditẽtur, si obtineri in eo iudicio potest, aut addicti vt protinus nõ

a Secare viam dicũtur ij qui p locũ inuiũ primùm ingrediũtur, quales sunt auctores cuiusq; sectæ.
b Inter diuos relati, vulgo canonizati dicuntur.
c Sublimiperæ sũt summa honorum fastigia appetentes.
d In fide esse est qđ feudũ vulgo dicitur.
e Inire nexum dicebantur olim debitores, qui cũ soluendo æri alieno non essent, creditoribus vincti addicebãtur lege. xij. tab.
f Conturbare verbũ est iuris antiqui, & significat pecuniã dissipare, & proprié ad seruos ptinet qui cũ rationibus

heri sui paria non faciunt, sed reliquamenta trahunt, pecunia peculiari per nequitiã consumpta. g Alogistia est cũ necessitas reddendarum rationum remittitur à principe. vulgo quittus dicitur vel abolitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducantur,sed trahantur. O cimmerias huius vitæ tenebras, quæ plerunque trans nebulam præsentis sensus non cernit. Fit autem nescio quomodo vt mens humana vel aulicis delenimentis vel voluptariis titillata,vltra id non prospiciat quod adest,vel quod instat. Intestinos enim oculos præstringût fulgetræ quædam micantes imaginariæ felicitatis, quæ per assentationum (vt ita dicam)nubila,salutationumq; illiberalium, eliduntur, in illa rapida tempestate tollentis eos fortunæ. Accedunt ambitio & cupiditas oculorũ meræ [a] suffusiones,quæ veras rerum species eos videre non sinunt, imagines ludibundas oculis obtendentes, visus ludificatriculas. Qui si ad secessum studiorum annos saltẽ vitæ iam vergentis ac decliuis compararent,atque [b] oraculorũ conspiciliis sacrorumq; speculaminum vterentur: futura sanè vt præsentia certissimè contuerentur. Supradicti verò erroris germana est præteritorum obliuio surrepens. Etenim qui futuram animorum conditionem non prouidentes,in deliciis vitæ præsentis libenter acquiescunt: (si tamen in hac vita deliciæ esse possunt)ii meminisse nequeunt arbitrum eundem & creditorem deum ex [c] edicto suo perpetuo ius dicturum esse interminatum,vt [d] Cassianam quidem sententiam horrere debeamus, nisi planè stupidi & capti mẽte simus. Nam quum edictum tot præconiis tam minacibus proditum,tot actuariis exceptum, tot scribis tam grauibus perscriptum,tot testibus classicis obsignatum habeamus & probatum (quorũ etiam partim nõ dubitarunt [e] capite cauere quæ repromisit dominus,aut interminatus est,partim omnibus fortunis oppositis fide sua esse iusserunt) quid causæ est quin scientes prudentesq; impingamus in offensionem eius à quo prouocatio non est, sicut nec apud eum deprecatio,simul ac in iudicium ventum est?immò verò quid aliud quàm viui vidẽtesq;(vt dicitur) ab hoste teterrimo obtorta gula trahimur? Cur igitur nos hæc veritatis inuolucra,maiestatem etiam sapiẽtiæ,si ad manum aspicias,præferentia,quasi visa quædam per nebulam(vt aiunt)primi somni concepta, despicari pergimus?nisi verò hæc despicari non videmur, qui iustitiæ diuinæ seueritatem non timemus,tum illis tot [f] oraculis intentatam quotidie lectitandis, tum rerum euentibus prodigiosis & minacibus districtam, ad quæ nõ animaduertimus,nimirum tanquã ad inculcatas sanctiones antiquatæ iam legis aut obsoletę auribus occalescentes.sed scilicet hoc illud est, omneis rationes nostras in benignitate & misericordia herili repositas habemus. Hac spe deterrima mãcipia hilariter vitam ac nequiter agimus. Quin igitur accingimur ad eam benignitatẽ quoquo modo prouocandã? Videamus per superos immortales,ne contemptus hic sit potius diuinitatis,quàm meditatio quædam veniæ consequendæ. Commenta certè sunt ista veteratoris spiritus,qui primæ noxę suasor & impulsor,in hanc errorum [g] odysseã genus humanũ deduxit. quanquam impudens est atque improba nostra hæc deprecatio,nõ causam perorandam meditantium, sed dissolutã misericordiam

a Suffusio oculorum morbus est humor cõcretꝰ in loco pupillę.
b Oraculorũ cõspicilia sunt interpretamẽta acriũ enarratorũ sacræ scripturæ.
c Perpetuum edictũ eo tempore factũ est,quo ius prætorium ad certam & fixã formulam redactũ est. antea enim quotannis immutabatur. Hic significatur lex euangelica, q̃ nũquã immutari potest.
d Cassius fuit Romę iudex seuerissimꝰ,vnde Cassiana iudicia apud Ciceronem.
e Cauere capite est cum vades caput & vitam,nõ solum bona obligant. His autem verbis Martyres & Christi Cõfessores significantur.
f Oracula intelligit sacra scripta quæ quotidie commemorantur in ecclesia quasi ad recitandam quotidie memoriam legis.
g In Odyssea Homeri errores Vlyxis describuntur mirabiles,quare hic metaphoricè pro magnis ac variis erroribus ponitur odyssea.

A diam oscitanter implorantium: qui quidem ex vinculis scelerum & delictorum vnicuique nostrum causam esse dicendam sciamus, iudiciũmque semel subeundum prouocatione abscissa. Nunc quandò vnumquenque blandiri ignauiæ ac iniquitati suæ iuuat, videamus quo iure, qua actione, qua formula [a] cernere eam hæreditatem possimus, quam Christus dominus noster testamento illo suo in procinctu nuncupato, sequacibus sui reliquit. Si quis (inquit) vult post me venire, tollat crucem suam. Hæredes suos futuros tollere crucem quemque suam, & se sequi è vestigio iussit: a-
B lioquin indignos hæreditate sua pronunciauit. Quibus verbis quid aliud agit,nisi eis qui in [b] album æternæ prouidentiæ referendi sunt, præscribit, vt per ea vestigia quæ ipse inter mortales agens impressit, æternam beatitudinẽ inuestigandam habeant, vt per huius seculi ærumnas atque inculpatæ vitæ salebras ad summam tranquillitatem & securitatem transeant? quæ legitima pars est hæreditatis quam Christus ipse familiæ suæ spopondit,& adeundam reliquit. Hanc hæreditatem si summo & legitimo iure (quod ius [c] quatuor tabularum appellare possumus) adire iam nequimus(quan-
C doquidem diuorum & beatorum reliquias quasi ossa gigantum heroũmque miramur, quorum similes nullos edunt ætates iam effœtæ) at certè libentes faciamus vt [d] formula quadam indulgentiore æternam bonorum possessionem aut petamus,aut postulemus. Id enim sanè esto perinde ac si legitimo & antiquo iure inter hæredes censeremur, siue summum ius dominus,id est euangelicum,seculis infirmioribus remisit, siue potius ita nunc credi ex vsu vitæ delicatioris est. Sed videamus quæso vt secundum tabulas bonorum possessionem petamus, quandoquidem nec iniustas eas tabulas nec inductas aut irritas esse nouimus. Neque verò bono-
D rum possessores erimus aut hæredes, & non commoda incommodáque hæreditaria iure in nos transibunt.siquidem bonorum appellatio in vtrãque partem valet,etiam indulgentiore iure, quod prætorium vocant. Ita fit vt nec hæredes esse Christi,nec bonorum possessores queamus, si præsentis vitæ deliciis perfrui laboramus. At nos velut [e] agnatione quadam infirmioris naturæ, & posthumæ licentiæ,nec iam eam legem ferentis quam deus immortalis sanguine Christi sui charissimi sanxit, testamentum di-
E uinum & æternum [f] ruptũ iri, nobis diro errore persuademus, aut irritum tandem quoquo modo factum iri. Quasi verò dominus idem & pater ad hæreditatem impios liberos seruósque contumaces admissurus sit,nec alios olim obsequentiores & bonæ frugi quæsiturus, in quos caducas partes transcribere hæreditatis suæ possit. tametsi id testamentum quonam modo rumpi potest, quum in eo nullus præteritus sit? etiam si [g] primis ceris pauperes instituti sunt,& ab eodem gradu exhæredes facti diuites sarcinis præpediti. Quare qui supplicia impiorum euitare, & superũm præmia mereri concupiunt:hoc videre debent, & præcipuè antistites, quibus

a Cernere hæreditatem,est verbũ ad eos pertinẽs q̃ hæreditatẽ iure.xij.ta. adeunt.
b In albũ æternæ ,p. uidẽtię relati sunt, q̃ vulgo à theologis prædestinati dicũtur.
c Quatuor euangelia significat.
d Formula indulgẽtior est ius prætoriũ, quod plus habet æquitatis,& minus iuris strícti ac rigidi, vt bonorũ possessiones à Prętoribus introductæ præter ius ciuile antiquum. Vtitur hic verborum varietate, q̃ Iurisconsulti in testamentorum tractatibus vsi sunt.
e Alludit ad ea testamenta quę rumpũtur agnatione posthumorũ hęredũ. Agnasci à post nasci, & agnasci

tur hæres defuncto,cum posthumus in lucem editus est. f Rumpitur testamentum, si liberi prætereantur in eo, hoc est nisi nominatim hæredes aut exhæredes fiant. g Primę cerę dicuntur quos Iurisconsulti primos gradus institutionum vocant. Erant enim ceratæ tabulę testamentorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum nunc nobis res est, ne per redundanteis opes vitam delicatam tradu- E
cant: sed vt seruatoris nostri exemplo, qui ærumnosam suis vitam præscri-
psit & indigam, sarcinas & ipsi suas [a] mulis (vt dicitur) Marianis conuehant:
quod nihil aliud esse puto, quàm inter cruciatos & [b] furciferos dominum
signiferum è vestigio sequi. Huc adde charitatem comitem fidelissimam,
digitum transuersum à viro bono non discedentem. adde [c] animi æquita-
tem in spem semper intentam, quasiq; viatici largam benignámque suppe-
ditatricem: iam intelliges nullum esse hoc mollius vehiculum, etiam si per
prærupta & confragosa, via nobis ineunda sit. Quis autem hæc reputans, G
compotes eos mentis existimare possit, qui quum vni pontificatui vix
queant satis esse, alterum etiam addere vel plureis non dubitant? Quis non
mente captos sacerdotes iudicare, qui modum [d] vtriusque paginæ nullum
esse arbitrantur, quum ipsi maximè inita atque subducta ratione actum
suum domino probare teneantur? At nunc pontificatui cœnobiarchiam
quasi coniugem adiungere, tam solenne apud nos cœpit esse, vt mancus
pontificatus aut cælebs alioquin esse videatur, perinde atque si semiuirum
coniugem esse contendas, qui vxori pellicem non admouerit. Ego enim H
hæc in plerisq; sacerdotibus tam inter se dissidere censeo, quàm coniugem
& pellicem in hominibus profanis, etiam si de hac re iurisprudentium an-
tiquorum responsa [e] annos ferre (vt dicitur) hac ætate non videntur, man
do iam præcipiti. Quanquam quid aut confidentius admitti aut amentius
potest, quàm eum diem non extimescere, quo dominus noster sententiam
laturus est de cuiusque meritis, iisdé ipsis [f] conscriptis & assidentibus, & vi-
tę dissimilitudiné istis exprobrantibus, quos potestatis in nos suę auctores
nobis laudant? In quo admirari subit hominū vęcordiam, vel dirum quen
dam furoré, qui [g] successorio iure putant ad se à Christi pedissequis pote- I
statę, non etiam sanctitatis & continentiæ & submissorū spirituum neces-
sitatę, transmissam & delatam. Enimuero palmarium illud (credo) apud deū
inuentum, fiducia contracta antistitia retinendi quę inter se aliàs collidun-
tur titulis dissidentibus: videlicet quasi perpetuæ [h] fiduciæ nō instar pleni
habeant tituli legitimi, quod ad fruenda quidē sacerdotia pertinet, aut qua-
si impostura fieri possit diuinitati. Quid enim refert, mādati, an negociorū
gestorū, an quasi ex contractu teneantur, cum vtraque actio [i] bonam fidē
agnoscere debeat? Proh dei hominumq; fidem, gratum id esse prouidentiæ
credam, vt qui virilem operam implere non videntur, ter aut quater, & vl- K
trà antistites appellentur? & qui tres ciere sacros canones nequeunt, ternis
sæpe [k] lituis turbam doctorum summoueant? Illi ne vt fiduciaria legiti-
mis antistitia cōiungant, quasi in hominum penuria singuli multorū pro-
uincias obire nunc cogantur, quum tot graues viros, doctrina & moribus
commēdabiles, primorum (vt ita dicam) digitorū suctu vrsino more vitam
tolerare videamus? Præclarum verò exemplum, & in vniuersum ad religio-
nis

a Muli Mariani qui sint, docet Festus, & Plutarch⁹ ī Mario.
b Furculę sunt quib⁹ viatores pedites sarcinas suas gerūt, alio vocabulo ærumnę appellātur à Festo.
c Animus æquus omnia ī bonam partem interpretat: & prouidentię diuinæ esse censet, quicquid secus accidit, in bonumq; tandem cessurum: quare nihilo destitui sibi videtur.
d Vtraque pagina rationum significat accepta & expensa.
e Annos ferre vina vetera dicūtur, cum nondum à vetustate deteriora facta sunt, & adhuc seruari possunt.
f Cōscripti sunt senatores sūmæ curiæ, quos super xij. sedes sessuros ī iudicio dominus dixit. g De iure successorio tractatus est in Pandectis sub titulo de successorio edicto. h Fiduciæ sunt quæ commendæ vocantur. i Alludit ad actiones bonæ fidei. k Lituus baculus est incuruus, qualis est qui antistitibus præfertur.

A nis orthodoxæ decus atque incrementum pertinens, homunculos bonā-
rum artium ignaros, titulosis & multorum versuum appellationibus insi-
gnes haberi & augustos: quum interim docti viri, ac vitæ sanctioris orna-
mentis præditi, puris nominibus nuncupati, ac capite tantum censi, cum
fugillatione cultus diuini, egentes vitam trāsigant? Profectò si verè res hu-
manas æstimare possemus, nos magis monstrificos istos esse quàm Geryo-
nes illos in fabulis decantatos iudicaremus. Concionator quidam perlepi-
dus & facetus cauillari non pridé ita eos solebat, vt diceret huiusmodi istos
B sibi videre, quales sunt quæ in ædibus sacris mutulares statuę pilis aut co-
lumnis imponuntur. vt enim illic simulacra quædam velut oneri cedentia
videmus, quæ vel mutulorum vicem sustinent, vel extra abacos mutulorū
proiecta sunt, eamq; speciem intuenti præbent, vt magnopere niti operi fe-
rendo atque insudare videantur, quum re vera sensu sint carentia, ac nihil
ipsa facie nitentium saxeam adiuuent firmitatem: ita Atlantes istos sanctos Atlantes.
summis scapis columnarum in fano domini superpositos, tituloſa quidem
illa amplitudine, appellationumq; maiestate, venerandorum senum instar
sanctitatemq; præferre moris est, speciemq; luculētam præbere grauissimo-
C rum patrum, sanctuarium domini fulciētium, & verò cælum (vt ita dicam)
sustinentium. Stupidam autem eorum ignorantiam, aut incuriam dissolu-
tam intuētibus, patere nihilo eos vtiliores statuis lapideis esse, quod ad mu-
nia quidem sacrosancta piè ac religiosè obeunda pertinet, simul ad maie-
statem legis diuinæ inter homines religiosè & accuratè conseruandā, quod
firmamentum est ipsum maximum ædium diuinarum. Proinde vt mon-
stra hominum immania antiquitatis sensus nunquam cælo delapsa esse cen
suit, sed terrigenas eos & poetæ & sacri vates appellauerunt, vt gigantū no- Gigantes.
D men indicat, & ad perniciem mortalium editos esse perhibuerunt, eorum
internecionem aut diuinæ ipsi potentiæ, aut heroicis ærumnis ideo dedi-
cantes: ita nos precari sperateq; debemus summum quendam pontificem
cum Senatu purpurato quamprimum extiturum, qui diuino numine in-
stinctus, cum ob alia in re ecclesiastica constituenda promerita, tum verò
ob hunc ipsum laborem, Herculis Alexicaci appellatione nobilitari velit.
Quin & ipsum iam esse credere fortasse debemus. etenim qui nunc sum- Leo.x.
mæ rei Christianæ præest, lætis auibus renunciatus, tantam etiam alioquin Lætis auibus renunciari, est felicibus auspicijs pōtificē creari.
E expectationem sui excitauit, vt insignem omnino ac nobilē facturus pon-
tificatum suum clarissimis institutis putetur. At verò istos esse gigātes elo-
gio grauissimo illius sapientis apparet, qui in Parabolis symbolicis inquit,
Vir qui aberrauerit à via iustitiæ, in conuētu gigantum requiescet. At nos
viam iustitiæ eam demum esse diximus, quam Christus nobis præiuit inter
mortaleis agens. Ipse enim præmonstrator fuit viæ ferentis in cælum. Ipse
eorum fuit Hercules portentorum, quæ ne virtus quidem heroica confice-
re aut superare potuit. Porrò gigantum pedes in draconum volumina de-
sisse fabulæ tradiderunt: quo figmento prisci significare voluerūt nihil re-
ctum istos homines, nihil arduum cogitare, sed omneis eorū actus, omneis
animi sensus humi serpere, vel verius deorsum vergere ad inferos. Hæc de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

decora, hæc monstra, ex religione recta & clarissima, & in cœlum semper intenta, tolli, cum optimus quisque hodie & grauissimus primi, secundi, & vltimi sacerdotum ordinis poscit, & hoc vnũ in votis habet, tum verò interest exempli in vniuersum, rectè atque ordine constitui rem clericam & ecclesiasticam, ne reliqui ordines in posterum tam grauiter opinentur de ordine sanctissimo sacerdotum, cuius omnia facta, dicta, significata, magnopere pertinent ad exemplum. Atqui necesse est vt nostræ memoriæ antistitum licentia luxu diffluens & conspicua, stultitiam priscis exprobret, qui disciplinæ tenaces euangelicæ, voluptatem ac diuitias procul summouerunt à contubernio suo: aut vt eorum sanctimonia impietatis istos insimulet ac manifestos reddat, qui fortunæ magis quàm veritati litare cupientes, religionem orthodoxam (quantum in eis fuit) in insulas relegarunt deliciarum nescias. Quis enim est hodie quin sciat & prædicet cò seueritatem ecclesiasticam, sanctitatem, maiestatem decidisse, vt quos disciplinę exactores esse seuerissimos oportebat, omniumq; officiorum arbitros & prętores ad pietatem religionemq; pertinentium, ii remissiorem vitam & licentiæ atque incuriæ plenam non modò amplecti, sed etiam fouere tueriq; videantur? Hosce autem homines quis credat, quum hoc faciant, [a] fidem bonam rectamq; agnoscere? Quin & eò iam venisse nos puto (dicã enim quod sentio) vt sine culpa fortasse is cessare nequeat, qui neglecta cõstituturus, conuulsa restituturus, incondita digesturus ab omnibus existimatur. Fit enim mirè interdum, vt publica expectatione, bonorumq; & grauiorũ opinione futuri, maior multo grauiórque persona summos honores gerentibus imponatur, quàm vt munere suo translatitia industria obeundo perfuncti esse videantur. Quis autem nescit haud ita pridem [b] selectos lapides sanctuarii, ita vel dispersos vel disiectos fuisse, vt collapsa ecclesiæ maiestate, ipsa iam dei sponsa veluti fidei coniugalis oblita, non modò à sponso diuertisse, sed etiam nullo pudoris respectu, per triuia, per plateas euagari licenter videretur, mererecq; prouinciatim? Quis pastores ipsos veluti fugitiuos, non dico gregis desertores, sed etiam factos abactores non meminit? Quid? ipsos prę sulum [c] coryphæos nónne ita prępostere se atque impurè gessisse vidimus, vt quos ad compositi decoriq; status habitum & speciem formare chorum decebat, & eam saltationem docere quę emmelia dicta est ab emendati moris & pacati compositiq; concinnitate, pyrricham illi ipsi (o summam indignitatem) præire, id est [d] armatam, non dubitarent, à sanctitate prorsus ordinis abhorrentem? Itá ne verò qui ad sacra & spiritalia certamina prodeuntium summi [e] vnctores erant, & qui tum pii fortasse belli auctores esse debebant pro aris & finibus sacris in profanos & impios populos decernendi: iidem ipsi lanistæ Christianarum virium videri maluerunt, vt ad internecionem nominis sacrosancti inter se confligerent? Quum hæc igitur ita euenisse constet, atque eas res ab illis fuisse gestas, vt alter vir ingeniosior, religiosior, de calice irę domini, alter vir vehemens & acer, etiam de furoris bibisse hausisseq; visus sit, vterq; autem dum animo suo nimium obsequitur, fas nefasq; miscuisse, hic eo amplius pollutorum sacrorum religione augustum & sacrosanctum verticem obstrinxisse compertus sit: consentaneũ est vtiq;, vt [a] Leo, qui diuino (vt credimus) numine, [b] illis de medio sublatis, & fortasse de cælo tactis, subinde in locum eorum suffectus est: is nunc orbe propemodũ tranquillo & composito, architectonica iam ratione dominici diuersorii maiestatẽ instaurare laboret, priscis etiam [c] modulis aut certè pristinis adhibitis. nam & ipse suffectus statim nutantem sanctuarii compagem celeri manu stabiliuit. sic enim res nata ferebat, vt structorum manibus adhibitis, præsentissimi consilii [d] tibicine fulciret, atq; ordinis interim amplissimi concordia veluti confibularet. Proh superi immortales, qui status ille fuit, qui decor rei clericæ, quę religionis reuerentia, quũ omnia propè in hoc orbe quà sacra quà profana, vęcordiæ frenis regerentur, fatali inclinatione mundi? quum [e] primigeniæ noxæ suasor, à Christo quondam deiectus animorum possessione, immò verò scissa gaudens discordia palla, vltro citro commeans, furoris faces vtrobique suggereret, & Romæ quasi in arce religionis incendium misceret? & hinc senatus stultitiæ & temeritatis (vt ingenuè fatear) illinc peruicaciæ inusitatæ ac fanaticæ frontem frontę conterentes, vt ille [f] prophetes inquit, decreta futilia impiaq; perscriberent in ædę Bellonæ coacti? quum cleri magister sanguinarius, effractis timoris diuini repagulis, [g] feras (vt ita dicam) in populum contumacem illũ quidem (neque enim inficias eo) sed tamen populum domini, immitteret, & Gallorum partes earumq; fautores diris execrationibus déuouens, scelere plusquam tragico orbem penè totum religione solutum, in deuotos concitaret? Id quod cum in religionẽ à populo (vt assolet) & pia nobilitate traheretur: mirum est quòd ii qui decretis vtrinque interfuerãt, vel eorum auctores fuerant, religione alligari sese non intelligebant: qui vtinam iam planè [h] exoluti sint, tanto pietatis vulneri [i] cicatrice nunc obducta Leonis prudentia. Enimuero si (quod ominari nolim) religionis ipsi vertici aliquid accideret, vel sacri senatus pius ille impetus ita relanguerit, vt extemporali seniruti fani recõcinnatione acquiescere in animum induxerit, nec [k] sarctũ ac tectum contuberniũ domini præstare ad prisci perpetuiq; edicti formulam contenderit (duntaxat quantum ferre ratio huius ætatis potest, neque enim ad viuum vlcera in corpore tam delicato resecãda censeo) quid aliud quàm inani expolitione, aut tectorio quodam specioſi concilii, perlucentẽ ruinam interlitam esse temerarius rumor cauillabitur? Cuiusmodi culpam

a Fidẽ bonam agnoscere, verbũ ẽ iuris, sed hic per allusionẽ dictum est eos taxando qui certã persuasionẽ doctrinæ cuã gelicę non habent.

b Selecti olim dij dicti sunt, & selecti iudices, hic selecti patres significant summi pontificiscomites & assessores.

c Coryphæus est chori princeps, qui alio nomine chorodidascalus dicitur, q̃si chori magister: & quicunque summus est in aliquo ordine, is coryphęus dicitur. Chorus autem saltantium & canentium cœtus erat, vnde præsules dicti. d In bellatores pontifices. e Aliptæ vnctores erant, qui athletas certaturos vngebant, & magistri præceptores athletarum dicebantur, auctore Aristotele.

a Leo, decimus.

b Cõpellat duos pontifices quibus successit Leo decimus.

c Modulos appellat mediocritatẽ & parsimoniã à priscis institutã, vt quisque sacerdotũ vno sacerdotio acquiescat, quod quidem suppeditare necessaria, p dignitate cuiusq; ordinis possit.

d Tibicinibus fulciuntur ædificia ruinã minantia, fibulis autem adstringũtur parietes q ab ędificio distrahuntur, vulgo claues appellant.

e Primigenia noxa, peccatũ est primi parentis.

f Prophetem Ezechielem significat. c. 3. Ecce dedi fr̃em tuã durior ẽ fr̃ontibus eorũ. g Feras in populũ immittere, est à Romano more tractũ, qui feras in caueis alebãt, quibus interdũ homines dãnatos obijciebãt: interdũ hoſes bestiarios cũ eis depugnaturos conducebãt in amphitheatro ad oblectationẽ populi. Has Nero rebus iam suis desperans voluit caueis emittere, & per vrbẽ Romã laxare, vt populũ lacerarẽt. Hic autẽ ferę, p populis efferatis metaphoricè ponũtur, qui in Gallos à pontifice Iulio concitati sunt vt Franciam popularentur. Hic autẽ significare videntur cõcilia duo Romanũ & Pisanũ, studio malignę cupiditatis & vindictæ q̃ charitatis ac pietatis indicta. h Exolui religione, est ita conscelerati animum sacra satisfactione expiare, vt vltio diuina amplius impendêre non videatur. huic opponitur alligari religione. i Hic intelligitur consilium à Leone indictum, quod pietatis speciem præferebat. k Sarcta tecta Romæ prætores locabant & exigebant, & redemptores præstabant ex formula edicti prætorij, vt Budæus in Annotationibus dicit.

Vinea domini.

reprehensam esse ab Ezechiele scotino vate puto, capite decimotertio oraculorum suorum. Quid vinea domini? nonne ita degenerauit in labruscas, vt primo quoque tempore repastinanda videatur, & ex situ & carie negligentiæ, pastino quodam restituenda censuræ? Certè manum poscit ipsa & flagitat solertis & industrii vinitoris, qui palmites fructuarios & munifices à pampinariis & inanibus internoscat. Nam quum vel insciția vel incuria pampinatorum, maximà adhuc quæque vitis ita in materiem inanem frondesq; eluxuriauerit, vt agricolæ non fructui sed stirpibus consuluisse videantur: factum est vt immunes pampini plurimis singuli [a] statuminibus non modò impedati, sed etiam impediti, omnia latè occuparēt, vitibúsque rectè exputatis & frugiferis locus in vinea non esset, aut ita certè locus præumbratis esset, vt statumine eas vel nullo vel infirmo vinitores adminiculārentur, nec fructus eorum in solem prodire, & exemplo esse posset. Atque in hac deformitate culturæ, & pœnuria fructuariorum palmitum, subsidiarii nunc rari submittuntur, qui quidem spem certam proximi fœtus pollicerī existimentur. Hæc igitur animaduertere etiam etiamq; summū domini vilicum necesse est, & falce canonicæ censuræ ad eum modum circuncidere quem vnaquæq; stirps ferre posse videatur, vt in [b] restibili vineto eam facié agnoscamus, quæ non abhorrere dicatur ab ea forma quam dominū eiusq; operarios vineæ colendæ prudentes olim instituisse notum est. Neq; non eadem deformitas in agricolatione cernitur, & cæteris in partibus familiæ domini. Iam primum [c] latifundia iis villicis committuntur, quorum delicatæ manus & ociosæ, callo nunquam obduruerunt stiua in sulco tenenda prætularis disciplinæ. Deinde operarum decurias in agrum inductas videmus partim liberè licenterq; spatianteis, partim opus arbitrarium nullo sub monitore facienteis. Horrida verò culturæ facies, quum in [d] centuriali fœcundoq; aruo videas grandiores glebas obiacentes, ac scamna quædā cruda nullo vomere iterata doctrinæ probabilis, quæ agricola remissius & prætuaricator trāsmisit insubacta. Eiusmodi esse scimus sacerdotes quosdā primarios omnium artium imperitos & rudes, nullo animi ornamento excultos, nulla crate rerum aduersarum aut molestarum aut laboris occatos & subactos, vt ad frugem aliquam bonam vitæ sanctioris peruenirēt, quales q; Homerico verbo [e] inertia terræ pōdera nos appellare possumus. Hic est enim ferme habitus, hæc similitudo quorūdam sacerdotum, de quibus nunc loquimur, qui in circunfluenti opulentia saginati, ocioq; ac securitate marcentes, & velut in cœno voluptariæ vitæ luxuq; redundantis obruti, vt inertes in aruo sulci qui limo obducti sunt, ne semen quidem sibi creditum reddunt, nedum fructum afferūt cum fœnore multiplici. Deus immortalis, cuiusmodi antistites eos esse, aut sacerdotes dicemus? quid animi habere, quid pensi & cogitationis credemus? quam æternorum bonorum segetem ipsi ex hac sui aliorumq; cultura demessum ire sperant? [f] Laudet ipsi vnum tantum harum rerum auctorem, eorum quidem qui [g] publica religione

a Statumina sūt adminicula vitium. hic pro sacerdotijs accipiuntur, quæ singulos palmites, id est sacerdotes alūt & sustentant.

b Restibile vinetum est vinea renouata: quæ hic, p constituta ecclesia & moribꝰ atque instituti reformata ponitur.

c Latifundiū fundus est latè patēs: hic pro sacerdotio copioso & opulento ponitur, & episcoparu latè patēti.

d Centuriale aruū fundus est centū iugerum: quo noīe grande sacerdotium significatur.

e Inertia terræ pondera. Iliad. 18. ἀλλ' ἴμαι πρὸς γυνὴ ἰτέον ἄχθος ἀρούρης.

f Laudare auctorem est citare & prodere, verbo iuris antiquo. g Publica religione consecrati sunt quos canonicos vocant.

A religione consecrati leguntur, & ego dabo manus. Inferorūm ne igitur supplicia plebeculæ terricula esse credūt, & ea quæ de æterna beatitudine scripta sunt, [a] argumenta theatrica? Quam spem autem tandem salutis habere possunt, qui cum sint principes sacerdotes, & in puppe gubernacula tenentes, meridie in scopulos impietatis impingunt? & quū splendore vitæ prælucere familiæ dominicæ debeant, erroris illi nobis & hallucinationis caliginem tetram ob oculos offundunt? Atqui in hac ætate quidquam à via veritatis deflectere, nihil aliud esse puto, quàm impingere in scopulum meri-
B die, id quod inquit [b] Esaias sacrorum vatum Homerus. Etenim per deum perq; veritatem ipsam, possūnt ne aliquo tempore mortales cognitam magis veritatem, amplius compertam atque comprehensam tenere, manibus etiam palpare, & ad manum contueri, quam nobis habere diuinitus contigit post omnium errorum præstigias explosas, post redditam religioni orthodoxę plenam tranquillitatem? Heu pietas, heu prisca fides. maiores illos nostros senatus & equitum populiq; consensu consecratos, & inter diuos relatos, certa & explorata veritatis persuasione dimouere nemo ne admo-
C tis quidem & exercitis cruciatibus potuit, quum tamē adhuc omnia errorum caligine permixta viderentur, nec ea [c] fide abducere, in quam semel [d] sacramento dicto venerant, cum omnia adhuc passim bellis intestinis arderent. Nos in [e] veritatis contubernio nati, vberibus sapientiæ lactati, in gremio (vt ita dicā) doctrinæ supernæ educati, sed deliciis secularibus coaliti & deprauati, ad solem conniuemus, oculos caliganteis ad nebulas detorquentes, quas è terra inferneq; exortas ipsi nō ignoramus. Qui si veritatem satis animaduerteremus, non ipsam modò mortalium cōtubernalem dum sacris operantur, sed quæ se totam nobis indulget hauriendam, in cordisq;
D recessus penitus admittendam [f] sanctifico illo crustulo quo animos humanos veritas ipsa Christus quotidie pigneratur & vendicat: superi boni quàm ex alta contemplationis specula fastum & opulentiā non iam [g] secularem, sed vix etiam lustralē contemneremus? Quàm ridiculos esse istos, quàm miseros iudicaremus, qui immaneis titulos suspicientes, [h] optimos propemodum maximos appellari sese gestiunt? Sed quis iam sacris operantium satis [i] hoc agere, satis inquam videtur? vt antiquo verbo sacrificali loquar. Equidem magnopere ipse admirari soleo, cum me in penetralia animaduersionum abstrusi, tantam humani animi acrimoniam tam vehemen-
E ter hebescere ad veritatem comprehendendam, & memoria tenēdam. Quū enim humanarum legum sanctiones vel minantes supplicia, vel spondentes præmia, ita vel hortando vel vetando imperii sui maiestatem retinere videamus, vt strenuissimus quisq;, vel æterni nominis cupidissimus, præ cupiditate referendi præmii vel palmaris vel compēdiarii, rationem propemo-

a Argumēta theatrica sunt fabulę comicę & tragicæ.

b Esaias sacrorū vatū Homerus. Esaię cap. 59. Impegimus meridie quasi i tenebris, in caligine sis quasi mortui.

c Abducere fide militē, est ita perpellere, vt in diuersa castra & diuersas partes trāseat.

d Sacramento dicere est nomen dare militię imperatoriq; Christi.

e Veritas contubernalis ē hominū, quādo corpus Christi in æde sacra situm est.

f Sanctificum crustulum est eucharistia, q̄ aīos sanctificat.

g Secularia dicuntur ea quæ ad corpus & vitæ tēpus pertinent, quibꝰ spiritalia opponuntur. Secularia igitur sunt quæ græcè βιωτικὰ vocantur. Seculare etiam dicitur quod centum annorum intercapedinem habet: lustrale, quod quinque annorum. Hic autem alludit ad vtranque significationem. secularis. nō enim secularis propriè (inquit) est factus qui sæpe ad quinquennium non protenditur, cum summi honores sæpissime breues sint. h Optimus maximus cognomentum est Iouis. i Hoc age, dicebat præco in sacris faciendis, quod significat, ad hoc solum animum aduerte. Auctor Plutarchus in Coriolano. Plautus in Persa, Hoc age, opūsne est hac tibi empta? Id est animaduerte, & intentus esto in hanc rem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum nullam temporariæ lucis habere existimetur: prudentissimus autem quisque,ac sui amantissimus,ita minacibus edictis obtemperet, vt non nisi vecordes homines,aut lucis tædio capti,in fraudem quoquo modo capitalem incidant: [a] quî fieri posse dicemus vt tot Christianę legis capita homines sanæ mentis pro nihilo penè ducant? Quippe cum humanæ leges, quæ quidem aliquid vetent, minaces tantummodo esse soleant siquid ecus dolo malo admissum sit: lex charitatis & innocentiæ, qua nemo non æquali sorte tenetur,non minis modò horrendis,& inauditis antea,sed etiã præmii & operęprecii centuplicata pollicitatione,atque adeò sexcentuplicata sancta est: & nihilo secius mens humana spiritalibus auribus capta,pollicitationes iuxtà atque interminationes diro stupore publicè priuatimq; transmittit. Videlicet sic natura comparatum est ob capitale principum parentum admissum,vt cordatissimi ad sensu percepta mortales, ad intelligibilia,atque in spe aut expectatione posita, excordibus similes sint. Quod futurum prouidens vates deo plenus, in funebri carmine, quas threnodias vocant, quũ funere elatam ecclesiæ maiestatem in vniuersum queribunda voce cecinit,tum sigillatim animæ cuiusque Christiano sacramẽto initiatæ,huiuscemodi mulctam lamentatus est. Ait enim ecclesiam,vel animam humanam,quæ quondam diuinæ disciplinæ tenax, templum domini dicebatur,& scamnum pedum eius (quippe cuius mores & instituta è veligio sequebatur)obrepẽte sensim rerum caducarum desiderio, [b] de cælo ita esse detractam, vt quæ prius in rerum æternarum contemplatione cælesti vita præsumpta,inter superos agere videbatur,& in imaginaria diuinitatis intelligentia acquiescere,nunc cælo delapsam, in caligine multiplici erraticorũ affectuum esse mersam,propemodum vt dominus in obliuionem sui sanctuarii venisse videatur: ac ne id quidem modò,sed etiam regnum hierarchicum, & principatus eius atq; ordines mirificè distinctos descriptósque euertisse,aut certè ipsa contaminasse:eorum etiam castella ac propugnacula disturbasse,cornu principatus cõfregisse,& brachium suum quod prius ei porrigebat ad hostem propulsandũ, retrorsus reduxisse, postremò in eo regno omnia vasta igni flammisq; reddidisse. Quibus verbis mysticè exauditis,quid aliud quàm Christum intelligimus, vt ecclesiæ, ita animæ sacris suis initiatæ sponsum,infensum eidem sponsæ, ex contubernio ipsam suo depulisse,id est ex innocentiæ & sanctitatis statu, atque adeò ex editissimo [c] theoriæ gradu ignominiosè deiecisse,quasi stupri compertam? atque eam ob rem illico factum esse,vt hostiles copiæ peruigiles excubias agẽtes,ecclesiæ vel animæ præsidia satellitio diuino vacua nactæ,pro arbitrio suo irrũperent,& præsidiaria manu in potestatem redacta,arce etiam religionis potirentur,vel animi principatu? Ita quum principes ordines hierarchiæ, & mentis atque intellectus humani principatum, aduersarii humanæ naturæ potentatus velut in deditionem acceperint, à quibus nunc res summæ vel ecclesiæ vel animæ magna ex parte regitur,quum subeunte rerum fluxarũ amore,pietas & ratio depulsę,rerum perdiderint habenas:quid supereſt,nisi vt ambitione & cupiditate & libidine omnia vtrobiq; ardere videantur? Qua

a In præceptorum Christi cõtemptores.

Threnodiæ.

b De cælo detracti dicunt qui è magna gloria exciderunt: sicut in cælo esse dicũtur, qui omniũ ore celebrantur. Hic autem appositè ea locutiõe Budæus vsus est.

c Theoria, staſ est animi auctorẽ suũ quęrentis, & cõtempta humilitate terrenarũ rerum, ad cęlestes semper suspicientis. Verbũ à Trismegisto inuentum, vt auctor est Lactãtius.

A Quas ob res Threnodus ille vates lamentabili carmine dolorem suum testatur, [a] multiplici tropo orationis inculcatum. Dolet enim atque mœret ipse salutem comploratam generis humani sibi videri,ob fractam ab clero huius ætatis [b] tesseram(vt ita dicam)hospitii atque amicitiæ,inter diuinam pridem humanámque naturam in ara cruciata Christi sanguine [c] confarreatæ,vnde adoream æternam sperare mortalibus, & in cælestium collegiũ cooptari licebat,si iure gentium stetissent quod Christus promulgarat. Ecquis est autem obsecro,qui si statum ecclesię, motum,flexum,habitum,affectiones denique corporis & animi,& [d] sessiones ipsas æstimet,quales nõ pridem vidimus,vllam rationem haberi oraculorum, aut omnino sacrorũ monumentorum iudicet?quasi verò non monodias veras in funus animarum entheus ille vates,sed planè nænias effatus sit. Non pontificiam iurisdictionem ita degenerasse cernimus ex charitate prisca, vt vbi æqui boniq; & benignitatis sinus solebat esse, ibi litium officina capturarumq; improbiorum nunc esse videatur? Inde illa [e] formularum aucupia, & rituũ pontificiorum cautiones ad circũscribendam familiam domini concinnatæ. Inde mulctarum compendia præsulibus enata, acceptorum paginas lucuC lenter augentia. Indidem sacrilegæ nundinę earum rerum quę in commercio humano sine piaculo esse non possunt. Mitto nunc [f] tesseras non modò veniales,sed etiam venales,impunitatem scelerum,& solutionem sacrarum legum sordida benignitate largiẽtes. Itaque sacrosanctos canones melioribus annis factos,vt iis velut regulis vita clericorum dirigeretur,& velut patrum præscriptis posteri formarentur,iam in amusseis plumbeas euasisse quis non videt? quales olim fuisse canones Lesbię structurę tradit Aristoteles. Namvt canones plumbei & molles non structuram operum tenore æD quabili dirigunt,sed ex structorum commodo & libidine flexiles,structuræ accommodantur:sic [g] canones pontificii ex vsu ecclesię antistitum flexibiles plumbei & cerei facti sunt, vt iãdiu instituta maiorum & sanctiones põtificiæ non moribus regendis vsui esse,sed(propemodum dixerim)argentariæ factitandæ auctoritatem accommodare videantur. Quotus enim quisque qui gratias factas annalium legum,& collidentium inter se sacerdotiorum æstimarit,vacationes istas legum, & non solutiones vocarit? nec istos non vna aut altera lege aut munere,digna aliqua de causa, sed planè sacramento solutos esse contenderit? Hæc cum finium Christianorum luculenE tis dispendiis expiata sæpe sciamus fuisse historiarum testimonio, numine non obscurè iram suam in suos distringente: mirum est sanè, atque vtinam non dirũ,quòd sacrosancti potentatus solutos se esse omni lege confidunt, propterea quòd institutis pontificiis principes sacris inaugurati,è cælo iura petunt,ne de maioribus quidem sceleribus capitis causam dicentes. Miseri ipsi quidem,si apud [h] supremum disceptatorem mitiore transigi conditione censent:scelesti & deplorati,si illic omnino non disceptari sperant.

a Multiplex tropus orationis est oratio multiplici schemate, id est significãs & repetens qđ meminisse omnes magnopere oportebat. b Tesseram. Moris fuit apud priscos, vt hospites, id est externi amici tesseras hospitij seruarent, vt ius hospitij etiã ad posteros trãsiret. tesseram enim secũ ferentes hospitũ liberi, agnoscẽdos se præbebant.cũ autẽ hospitiũ renunciare volebant, tesseras fiã gebant. c Confarreare est cõtrahere & sancire aliquid sacrificio intermedio. à farre verbũ ductũ,quo antiqui in sacris vtebantur. ad id autẽ alludit adorea verbũ, quæ gloriam significat, cum adoreum sit far. d Et sessiones ipsas. e Formularum aucupia. Rescripta cancellariæ Romanæ hic significari putem. f Tesseræ veniales sunt syngraphæ indulgẽtiarum. g Taxantur forsasse pontificij iuris libri captionum pleni, Sextus liber, & Clementinus. h Supremus disceptator est extremus & summus iudex Christus.

Sessio vocabulum est allusionẽ habens ad concilia huius ætatis,speciosiora scilicet quàm religiosiora.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui si aliquãdo recordari possent diuino tribunali apparere toruum illud F
satellitium Minois & Rhadamanthi,pœnas,furias, erinnyas & a alastoras,
eas ipsas animas captantes,quas in reatum impulerunt:certè quãuis animo
excæcati & væcordes,tamen toto corpore cohorrescerent. Solenne tamen
regibus Franciæ ferè fuit,rerum suarum summam iis hominibus credere,
b quorum secus vel consulta vel admissa ipsi vindicare nequeant. Nostra
ætas vidit vnum in rerum actu summo liberoq; præfectum,qui à vinea do-
mini procul agens,rationes imperii nostri ex sententia animi sui perputa-
bat,inscitè aut incommodè circuncidens: in quo actu aulicum omne mi- G
nisterium ei subseruiebat. Hic vir quidẽ haud improbus fuit, animiq; haud
degeneris, sed regendis fatis intentus, c anginarium pyrum vorauit: vnde
Franci propemodum strangulati,ne queri quidẽ aut expostulare sunt ausi,
quoad inter aulicos simul & viuos agere ille desiit : qui etiam ipse cum in
opulento fastu sese ingurgitauisset, haustum inde d calicem erroris patriæ
exitiabilis , nonnullis suorum amicorum successorumq; propinauit: cuius
vtinam manibus omniumq; supradictorum summus ille iudex secus ad-
missorum gratiam ad extremũ fecerit. Sedenim (quod dicere cœperamus) H
status ciuitatis orthodoxæ è sede seueritatis & disciplinæ conuulsus, mani-
quandam e Pæoniam poscit,vt aptè & placidè in eam reponatur, luxataq;
ecclesiæ membra in artus suos aliquando redeant:sic fiet vt principes eccle-
siæ non auro obryzo , non argentea supellectili , non opimis obuentioni-
bus,non numerosis titulis opum suarum magnitudinem metiantur, quæ
gazas regum prouocare,non diuitias priscorum antistitum æmulari viden
tur,sed bonis interioris hominis,sed copia doctrinæ, sed iis animæ Christo
desponsæ dotibus,quæ in cordis scriniolis tanquam in gazophylaciis my- I
stici fani conduntur. Etenim qui ad superos viam non modò affectare, sed
etiam aliis sternere muniréque volunt existimari, quíque id omni titulo o-
mníque functione munerum suorum profitentur:ii Christum diuinitatis
emissarium, ac salutis humanæ sponsionisq; magnificæ sequestrem, neces-
se est vt sequantur,qui eam viam primus secuit & aperuit: & sequantur,
non euestigio,vt maiorũ illi gentium pontifices olim fecerũt, at certè pro-
spectu quàm longissimo,modò ne obliquo, aut etiã diuersissimo. Hæc via
cum vnica sit(vna est enim tantum veritas) eam quoquo modo ingredien-
dum nobis est.nam & ipse præmonstrator supernè delapsus,non modò il-
lac ire,sed etiam venire eos iussit,quos in numeros æternos delectus fuis-
tulit. Nunc verò cum ab hac via principes nostri orbis ordines profani iu- K
xtà atque initiati diuersissimè expatientur,quid inde sequatur,nemo præter
eos non videt:qui & oculis & auribus capti sunt , nec oraculorum præ-
cta,nec concionatorum monita exaudientes. Quæ(malum)autem insania
est hanc errori publico indulgere patientiam? Egó ne vt credam fidem eos
bonam agnoscere, f qui sub exuuiis domini nostri, aram & sacra tenentes,
& ipsum denique dominum exosculantes, eiusdem ipsius placita & institu-
ta floccipendant , eísque è diametro oppositaq; pugnantia amplectantur?
Asseclæ & comites Christi dum inter homines agebat, quibus ille decedés
è prouincia,

a Alastoras hic intellige dæmones naturæ humanæ infensissimos , & assiduos captatores & reis & damnatis infestissimos. Alastores enim sunt pœnę & furię stygiæ.
b Hic epi & cardinales significãtur, qui pro rebus male gestis puniri à regibus sine piaculo nequeunt.
c Anginariũ pyrum hic significare puto summi apicis ambitũ, & peruicacẽ petitionẽ cũ certa spe potiũdi.
d Calix erroris hic significare videt opinionẽ pertinacẽ Italicarũ rerũ , vel cũ certa pernicie regni psequendarũ.
e Pęõ medicꝰ deorũ est : vnde Pæonia manus ,ꝑ certa & auxilij pręsentarij dicta est.
f In praauos Christi asseclas episcopos.

prouincia,velut compertæ fidei ministris prouincias detulit, quoad in il- A
lis fuerunt,nauicularia solicitam factitantes, & procellis agitati , nihil sui
habuisse,nihil vnquam sibi possedisse traduntur. Istos autem qui illorum
prouinciis successerunt, eadem cum illis potestate præditos (id quod ipsi
gloriabundè prædicant)proh superi,non pudet argentariam facere,opulen
tiamq; redundantem omni ope vendicare & cumulare. At ab huiuscemo-
di bonorum possessione illi inter diuos relati eorum ipsorum auctores cu-
pidè se abdicabant,disciplinam ipsi parentis sapientiæ & veritatis consertis B
(vt aiunt)digitis retinentes. Ecquid autem esse abhorrentius , & magis dis-
sentiens ab innocentia & simplicitate discipulorum Christi potest , quàm
sacerdotem ad altare sacra facere,& interim comitatũ eius sericatum , com
ptulum,calamistratum,versicoloribus insignem, machæra succinctum,al-
tera manu capulo ferri subnixum, altera accipitrem gestãtem, sanctuarium
dominicum stipare, & oberrare mensæ sacrę summoto clerico ministerio,
gesticulatione gaudentem proterua & profana? At huiuscemodi spectacu-
li indignitatem oculis sæpe detortis exorbere obmurmurãtes cogimur. Ita-
que eò iam indignitatis atque insolentiæ ventum esse populus vociferatur, C
vt quos hieronomos esse decebat, hoc est sacræ disciplinæ & institutionis
magistros & exactores,auctores ipsi fuerint dissoluendæ atque explodẽ-
dæ continentiæ. Vnum eius rei remedium præsentissimum esse certum est,
si in constituẽda aliquãdo re clerica & ecclesiastica, opimorum reddituum
circũfluentia ad certum quendam modum decentemq; circuncidatur, pro
captu & dignatione cuiusque, a isonomia quadam decenti & commoda
longo interuallo relata,ad rationem geometricam, qua ius optimatum re-
gitur. Hæc enim sentina degrauans exhaurienda est omnino primo quoq;
tempore,ne sacrosancta nauis pessum eat tandem,coorta quadam tempe- D
state maiore. Hoc autem Leonem decimum pontificum verticem,& sym-
phoniacorum domini b chorostatẽ,præstare,cum moribus eius & doctri-
næ,tum verò auspiciis initi ab eo pontificatus conuenit : vt & ipse & am-
plissimus purpuratorum patrum Senatus,tanquam in naui Apostolica iam
expeditiore sedentes , canere turbæ nauticæ c celeusma videantur . Absit
enim,absit inquã, vt quod de Iulio siue iure siue iniuria creditũ est,superis
eum & mortalibus fucum factitare cogitasse,& concilii obtentu frustrari
bonorum & sapientium expectationem piam,id de eo quoque suspicemur
pontifice maximo , qui difficillimo tempore, & rebus propemodũ perdi- E
tis & profligatis,omnium seniorũ suffragiis renunciatus esse dicitur, d prę-
rogatiua tribu doctrinæ suffragantium,& indoli magnæ spei atque pontifi-
ciæ, idque iis comitiis in quibus nec vitium vllum obuenisse fama est,nec
e obnunciationem vllam extitisse, aut f intercessionem cuiusquam , quæ
conspiranti patrum volũtati posset quoquo pacto incommodare. O præ-

Hieronomi.

a Isonomia est æqualis bonorum distributio.
b Chorostates est q chorũ symphoniacũ docet, moderaturq;.
c Celeusma , adhortatio est remigũ & nautarum,quod cani à symphoniacis seruis moris erat apud antiquos.
d Prærogatiua tribꝰ erat cui sorte obtigerat in co

mitiis Romanis,vt prima suffragia ferret in creandis magistratibus,& eam sæpe reliquę sequebantur assentiẽtes ei.
e Obnunciare dicebantur augures quando aliquid se vidisse malum ac fœuum,id est sinistrum renunciabãt, ob id- que vitiũ dissoluebantur comitia. & hæc obnunciatio vitiabat creationẽ magistratuum.hic autẽ metaphoricè ob- nunciatio ad famam transfertur quæ creationẽ Leonis secura est. f Intercessio erat tribunorum,qui intercedere po- terant ne comitia haberentur.est enim intercessio quam vulgo oppositionem vocant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentissimam vim numinis,quam suffragia ineuntes patres (vt vocantur)re-
uerendissimi,hausisse repentè credũtur. Verùm id præcipuè homines rum
stupebant, morem tanto interuallo relatum a seruandi de cælo: atque id
eo tempore, quum id minimè futurũ quiuis existimaret. Adde quòd eius
est,si cuiusquam, pontificii iuris constitutio, qui literarum studium quod
iamdiu à publica quidem beneficentia per pontificũ insciti am incuriamq;
frigebat,memorabili in omne æuum exemplo excitatum ire dictiratur.At-
qui ego hunc decimũ, claris olim rebus actis decumanũ fore spero: quan-
doquidem veteres omnia decumana,magna esse censuerunt. Is igitur cum
deo beneuolente labantem sacrosancti ordinis maiestatem confirmabit, &
priscum decus ac dignitatem clero populoq; restituet. Verumenimuero vt
redeam ad id quod dicere institueram, quum translatitii & penè vulgares
priscæ ætatis census,ingentes hodie & penè inusitati existimentur, mundo
iam vergente ad pauperiem,ego demissi animi & angustæ mentis esse arbi-
tror,toto(vt dicitur)pectore incumbere ad comparandas opes, quum ea in
re gloriam aut famam in posterum nemo possit assequi, ac ne voluptatem
quidem nisi per transennam sentire. Nam vt hians auaritia ingentia lucra
cum summa deuorat voluptate, sic raptim deuoratorum saliua nunquam
in os recursat: vt cibus etiam suauissimus in ingluuiem trãsmissus inexple-
bilem,nullo delectat edentem regustatu: quo fit vt auaritiam ferè intendi
videamus pro portione quęstus. Quare in literata innocẽtia,vt olim,ita ho
die,& verioris voluptatis & solidioris gloriæ maius & copiosius argumen
tum esse censeo. Siquidem homines ingenio mediocri præditi, in sapientia
inquirenda omnibus vestigiis monumentorum quæ maiores reliquerunt,
quum in dies maiora ea inueniant,atque impressiora,voluptate quoq; sen-
sim fruuntur acriore,etiam si inuentis illis haudquaquam acquiescat: qui
rerum humanarum captus implere auidam mentem intelligendi nequeat.
eademq; est ratio vnicuiq; in memoria ingenii sui atque industriæ proden-
da,qua nulla hodie nec eminentior nec diuturnior potest esse gloria. Aut
ris autem & quæstuariis quid aliud immodici quæstus faciunt, nisi curarũ
aceruum anxietatumq; exaggerant? adeò qui magnarum opum congeries
struunt, malorum quoque sibi & perturbationum(vt aiunt)iliadas pariũt.
Eant igitur [b] philopluti diuitiarum amore perditi, quos Christus vt Cras-
sianos non Christianos limine suo repulit: vitæ suæ institutum admirẽtur
si lubet vt beatum. Studium etiam literarum irrideant vt inane & ieiunum,
duntaxat non quæstuosum,quæ Philologia nuncupatur. Nos enim nobis
persuasimus,iis incrementorum gradibus quibus multi hodie ad summas
opes vel honores summos vngulis(vt dicitur) omnibus arrepentes euadũt,
ascensum in cælum non arduum esse, vt vulgò dictitatur, sed præcipitem
potius,ac vergentem deorsum. Mitto quòd Christus pauperum se vindicẽ
& assertorem, diuitum reiectorem frequenti concione professus est. Non
dico quòd [c] interpoli humanitate per Christi sacramentum, post eiuratũ mundi

a Seruare de cælo dicebãtur & nonnunquã obseruare augures, qui si quod vitiũ obtigisset, statim obnunciabãt, & comitia dirimebãt: vt docet Cicero de prouinciis consularibus. hic autem metaphoricè accipitur pro eo quod ẽ ratione habere eius quod Deo placitũ esse sciam": nec in creãdo pontifice ambitioni aut cupiditati seruire,sed sancto spiritui sese dedere.

b Philoplutus dicitur diuitiarum studiosus.

c Interpolis humanitas dicitur natura humana ex carie vetustæ ignorantiæ & sceleris inueterati renouata, & baptismali aqua nitescens: quo sacramento homines milites Christi fiunt,& mundo ac fastui seculari amicitiam renunciant, & mancipatu dæmonis eximuntur.

A mundi fastum in purifica perfusione lustralis eius aquæ qua natura humana sibi natalibúsque restituitur, alia prorsus studia hominum esse conuenit, quàm vt ad temporarium aliquod bonum spectare videantur. Ista non ad normam veritatis, non ad exemplum Christi,non ad canonem vitæ per innocentiam agendæ nunc exigimus:scimus hanc rationem licentia temporum ita explosam esse, vt aures iam non habeamus ferendæ veritati. Vt omnia hæc transmittam: nónne etiam sensus humani iudicio longè B videntur aberrare,qui titulosis nominibus aucti,& nomenculatura vel horum vel sacerdotiorum vel prædiorum feroces, quasi his cothurnis fortunæ in viros prægrandes euaserint,pusilli tamen esse quasiq; ridiculi grallatores vulgò intelliguntur, vtpote qui nullis aut paucis bonis suis atque animi locupletes esse noscantur? Atqui hoc ferè huius ætatis fert conditio in Francia præcipuè, vt homines singulari ignorantia præditi, sæpe etiam ingenti luxu perditi, summis ac multis honoribus præditi sint. Nam & illi ipsi si aut oculis aut mente quoquo modo cernere germanam huius vitæ beatitudinem possent, veráque diuitias,haud dubiè suam sortem deflerent vt inopem & egentem. Cuius rei inter prudenteis compertæ & confessæ, C auctorem tamen laudabo tum scriptorum omnium opiniosissimum, tum rerum humanarum æstimatorem callentissimum. Nam vt Tiresias olim Thebanus,qui vtrũque humanitatis sexum vicissim habuisse traditur, idoneus iudex esse visus est apud quem Iupiter & Iuno disceptarent vtrius sexus maior esset voluptas: sic Solomon, qui ditissimus idem sapientissimúsque fuisse elogii sacri auctoritate creditur,vnus est(vt opinor)omnium qui hoc possit rectissimè iudicare, & in cuius sententiam pedibus omnes ire debeamus. At is in eo libro qui auctore incerto(vt multi opinantur)in- D scribitur Sapientis sapientia Solomonis, ita de sapientia loquens cap.(vt opinor)septimo inducitur, Antiquiorem eam sceptris habui, ac solio regio:& diuitias nihil esse duxi cum ea comparatas. Et rursus,Venêre autem mihi bona omnia vnà cum illa, & innumerabilis opulentia in manibus eius.sic enim verti debuit ille locus: etiam si honestas pro opulentia eo in loco & alibi in eodem libro sæpenumero legatur. magis mirum est totum eum librum admirabili ac recondita doctrina plenum, ab ignaro interprete versum esse.quo apparet quantam ignominiam irrogarint diuo Hieronymo ii qui eam traductionem eius esse asserunt. Ignorantiæ autem in- E terpretis omnino hoc tempore, hac literarum claritate, hoc pontifice non ferendę,vnum aut alterum dare specimen satis erit. Primùm in eodem capite ita legitur. Φοπᾶν ἀλλαγὰς,καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλους, καὶ ἀστέρων θέσεις. Dedit(inquit)mihi deus vt scirem solstitiorum vicissitudines, & mutationes temporum,annorum orbes,& stellarum situs. In ea autem editione quam ignari literarum græcarum sacrosanctam esse contendunt, vt iure recepto comprobatam,ita legitur, Vicissitudinum permutationes,& consummationes temporum , & morum mutationes, diuisiones temporum, & anni cursus, & stellarum dispositiones. Ex quibus verbis nullus sensus

Natalibus restitui verbum iuris, hic pro innocẽtiæ & puritati primę restitui dictum est.

Solomon.

Interpretis lib. Sapientiæ errata.

D. Hieronymus Sapientiã Solomonis non vertit.

Vulgata editio bibliorum.

cohærens elici potest. quid enim morum mutationi cum temporum con-
summatione? Quis autem non percipit interpretem præter absurdam in-
terpretationem, & cæsurarum confusionem, etiam æquiuocatione de-
ceptum in verbo tropon, quod sola accentus distinctione solstitiorum &
morum significat? Apud Origenem 7. homilia in Leuiticum, quæ ab Hie-
ronymo versa esse dicitur, ita legitur, Permutationum vicissitudines, &
conuersiones temporum, anni circulos, & stellarum dispositiones. Sequi-
tur in eadem editione: Vim ventorum, & cogitationes hominum, ἀλλα-
γὰς ἀνθρώπων: quod ego sermocinationes vertissem, hoc est disputandi ra-
tiones. Quid? illud quale est capite secundo, vbi Epicureorum sententia re-
prehenditur, qui interitum animæ cum corpore asserebant: in qua sen-
tentia Plinius secundus fuit. ὅτι ἀυτοχειλίας ἐκνέφθημεν, καὶ μετὰ τοῦτο οὐκέτι
ὡς οὐκ ἐσόμεθα. ὅτι καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν, καὶ ὀλίγος λόγος ἐν κυκλίῳ καρδίας
ἡμῶν, ὃ ἐκταραχθέντος τέφρα ἐκβέσεται τὸ σῶμα, id est, quia temere geniti fumus,
& posthac erimus velut non existentes: quoniam fumus est spiritus in
naribus nostris, & modica scintilla in motu cordis nostri, qua extincta
corpus euadet in cinerem. Interpres noster vel ignorantia, vel supina emen-
dandi exemplaris inertia lapsus, ita transtulit, & eum secuti sacri interpre-
tes ita legunt: Quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scin-
tillæ ad commouendum cor nostrum, quia extinctus cinis erit corpus. Vi-
delicet quasi non ὀλίγος λογισμὸς, sed ὁ λόγος, auctor libri scripsisset. Illud non
minus ridiculum capite duodecimo, Deuoratores sanguinis, & auctores pa-
rentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti. Vbi auctores pro ob-
truncatores versum est ignorantia linguæ. καὶ ἀνθίντας ψυχῶν ἀξιωθέντων ἐλεη-
θῆναι ἀπολέσαι. & obtrũcatores animarum destitutarum perdere voluisti. Hoc
enim loco ἀνθίντης idem significat quod ἀντόχλη, licet aliquando auctorem
significet. Eodem capite. Tu autem dominator virtutis cum tranquillita-
te iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. σὺ κατέζων ἰσχύος, καὶ ἐλαφρὸς
κρίνεις. καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς οἰκονομεῖς ἡμᾶς. Sic verti vere potuit, Tu potentiæ im-
peritans, ex bono & æquo iudicas, & cũ multa indulgentia regis nos. Quis
enim vnquam epiiciam tranquillitatem vertit? Hæc obiter adnotata suffi-
ciunt ad id quod nunc agimus. Sed Solomon rursus de sapientia loquẽs ca-
pite viii. eiusdem libri, μύστης γάρ ἐστι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης, καὶ διώκτης τῶν ἔργων αὐτοῦ. id
est, Initiatrix est enim scientiæ Dei, & inuentrix operum eius. qui locus itidẽ
ostitanter ab interprete trãsactus est. Proinde si Solomon omnium rerum
humanarum diuinarumq; intelligentissimus, sapientiam initiatricem scien-
tiæ dei, operúmque eius inuestigatricem appellauit, & regiam opulentiam
præ sapientiæ possessione aspernabilem esse dixit, atque etiam cum sapien-
tia omnia bona sibi obuenisse quasi comitatum eius affirmat: quanto ma-
gis compendii studium posthabere debemus studio literarum? siquidem
hoc studium perducere nos ad intelligentiam sapientiæ potest. Intelligẽtia
autem admirationẽ ciere solet, & admiratio desideriũ eius inuestigandæ, ad
inuestigatio adeptionem parit, & adeptio (vt quidam vocant) fruitionem.
ita fructus

A ita fructus adeptionis beatos facit, in suprema sorte humani fastigii consti-
tutos, quam Democritus Euthymiam vocauit, quasi dicas felicem & re-
ctam animi constitutionem. cuius hanc summam maximè esse dico, vt res
omneis sensiles & caducas altissima mente calcemus, intelligibiles & æter-
nas semper animo volutemus. Id enim demum est humani sacramenti in-
telligentiam tenere, quum animum celsum & sublimem in rerum huma-
narum æstimatione, demissum & supplicem in æterni boni postulatione
seruamus. Hæc illa est humilitas, apud priscos posita ignominiæ loco, à
B Christo autem auctore manans: cuius propria est illa functio in animo, vt
quisque optimè sese noscat: quod dictum antiquitas veritatis imprudens,
auctori tamen deo consecrandum putauit. De hoc animi habitu cum in-
nocentia coniuncto dici illud verissimè potest,

Euthymia

Nosse se ipsum.

Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit.

Sperati porrò summi boni atque etiam promissi pignus hic nullum maius
habere possumus, quàm illam euthymiam, donum haud dubiè diuinum,
quo vitam illam cælestem quodammodo præsumunt quibus id diuinitus
datum est: qui orbis est ex omnibus numeris humanæ felicitatis aptus, in
C sese semper vergens, id est in bona & sua & animi, non in externa pronus:
aliud nec principium nec finem alium quærens in hoc sæculo quidem,
quàm in sese diuinitus positum. Hæc est in vita humana summi boni me-
dulla, quam veluti thesaurum in sacrario sapientiæ conditum, tot philoso-
phorum classes omnem lapidem molientes (vt est in prouerbio) inuenire
nequiuerunt. Existimabant enim non ex deo sed ex sese ita aptum sapien-
tem esse, vt in eo planè situm esset an ipse talis esset. Nos autem ex sacris
monumentis accepimus arbitrium tantum nostri iuris esse, rectam autem
D firmámque animi constitutionem muneris esse diuini, sed ita promiscui,
vt nulli rectè atque ordine id petenti negetur. Huius summi boni formam
habitúmque describens ille sapientum (vt ita dicam) Plato, in parabolis ita
inquit, Beatus homo qui inuenit sapientiam. Longitudo dierum in dexte-
ra eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Ex quibus verbis patet beatitu-
dinem huius seculi in inuentione sapientiæ à prudentibus positam esse. nec
immerito. Longitudo enim vitæ atque anni viuendi in dextera eius, & in
sinistra eiusdem opulentia & gloria. Quibus verbis Solomon significauit
sapientiam & bonorum æternorum conciliatricem esse, quam ipse vitam
appellat: & eorum bonorum quibus hæc vita censetur, quæ in sinistra sa-
E pientiæ eiusdémque dei esse dicuntur, vt auctor est Aretha in Apocalypsim
hunc locum enarrans. Atenim hæc de sapientia in confesso sunt apud o-
mneis qui se probatæ & veræ persuasionis tenaces videri volunt. quis enim
negare audeat quæ oracularum instar habent? Sed quę nos hodie studia li-
terarum vocamus, nihil eò pertinent. Quid enim literis priscis cum studio
sapientiæ, quæ à Christo genus ducit? Quare sapientiæ oracula in rem no-
stram vertere non possumus: quibus per Męandros multiplices secularium
scriptorum discendi curriculum auspicantibus, ad nullam vnquam metam
labor euasurus est, ac ne ad legitimam quidem aliquam aut frugiferam

Liberũ arbitrium.

Summum bonum.

Anthypophora illis respondẽs qui literarum secularium studiũ damnant, vt nihil pertinẽs ad veram philosophiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientiam peruenturus: quippe qui numerosæ aut disertæ orationis aucupio sensus omneis accommodãtes, in luto semper hæremus lectionis illecebrosæ & blandientis, ex eorum (vt arbitror) numero, quos grandiloquus ille vates Ezechiel cap. xxiii. Chaldæorum pigmentis & Babyloniorum lenociniis nimium captos esse testatur, earum rerum vsu animum polluisse vociferans, rebúsque diuinis commentandis atque animaduertendis ineptum reddidisse. Quo loco ego ascensores equorum appellatos ab eo esse suspicor, qui eloquentiam vel metricam vel numerosam atque oratoriam, figurísque distinctam, nimiopere concupiscunt, oratione prosa & pedestri non contenti sensa mentis & conceptus simpliciter indicare. Huic inertis segnitiæ patrocinio atque anthypophorę nunc vt obiter respondeam, symbolicum illum concionatorem excitabo, qui cap. vii. concionis suæ ita inquit: Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium. vel vt græcè legitur, Circuiui ego & cor meum vt cognoscerem & considerarem & quærerem sapientiam & calculum, & vt cognoscerem impii amentiam & molestiam, & erraticum circuitum. Dico igitur eos qui ad philosophiam hodie studium suum collaturi sunt, sapientius esse facturos, si non à rudimentis literarum statim ad eam trãsierint, sed velut gnaui ac strenui indagatores, per omnia omnísque disciplinæ monumenta sapientiam vestigauerint: non vt ii solent hodie, qui sapientiam quęstui habere instituentes, temporis compendia sequuntur doctrinæ dispendio, quæ numerosissima pars est studentium in omni genere disciplinæ. Vt enim aues in locum arduum subuolaturæ, non à solo protinus eum locum rectis lineis petunt, sed volatu verticoso eò commodius euadunt & facilius: sic animus humanus ad contemplationem sapientiæ melius per cochleam iustæ disciplinæ scandere & intelligentius potest, quàm si protinus ab infimo genere doctrinæ ad summum genus discendi compendio euaderet, scansilem disciplinarum seriem transiliens. Hoc modo Solomon encyclopædię gyro lustrasse se omnia ingeniorum monumenta significat, vt ego quidem interpretor: nósque hortari videtur, vt per omnia philosophiæ secularis & priscæ dogmata, vestigia sapientiæ siqua sunt (vt certè multa sunt) colligere non grauemur, ac lucum saltúmque opacum & abstrusum in quo ipsa stabulatur magistra, iusta & perpeti indagine accuratáque cingamus. sic fiet vt quum ad studia sanctiora & monumenta sacrosancta peruenerimus, & velut ad cubile veritatis & sapientiæ propius accesserimus, iacentem quidem illam, sed inuolutam, certius agnoscamus. Hac via & ratione cum & commodior est & certior sapientiæ indagatio, tum verò quum ad speculandam ipsam ex edito eualeris, vberior est multo constantiórque contemplatio: nec tam facilè de gradu intelligentiæ & persuasionis certæ deiicietur, qui molli ascensu & anfractuoso euaserit, quàm is qui rectà per arduum assiliit vel arrepsit. Etenim per deum immortalem, quid aut præstantius esse ad doctrinæ maiestatem putamus, aut ad compertæ veritatis fiduciam firmius & stabilius, quàm quum per

Quonam modo philosophi rationẽ studiorũ instituere debeant.

Solomon Encyclopędiã nouit.

A per infima mediáque studia ad culmen speculaminum subuectus sis, nosse vel angustas porticus, in quibus Stoici sessitando & soritas aceruando ærumnosas contriuerunt ætates: vel excipulas amœnas ab illo versuto animarum aucupe in hortis concinnatas, in quibus Epicureorum animi omni absterso religione, voluptate ad extremum vitæ deleniti sunt: vel erraticas & expatianteis ambulationes Peripateticorum, qui tantam vim disserendi in nugis consumpserunt: vel denique copiam vbertatémque dicendi in Academia illa à Platone nobilitata, odoranda tantum, non etiam tractanda aut propius aspicienda veritate profusam? vt nunc eos omittam qui nihil constituendo, & de omnibus addubitando, annos bonos perdiderũt, quasi in Labyrintho philosophiæ commentandum esse constituissent. Sed quandò harum rerum omnísque priscæ doctrinæ cognitio, vel oratione prosa vel metrica traditæ, sine Latinæ linguæ peritia comparari non potest, quæ etiam ipsa Græcæ linguæ adiunctione fit longè adminiculatior: hic discendi cursus certis mansionibus distinctus sit necesse est, quarum modum & rationem vel hominum propositum, vel ingenium, vel fortuna temperat. Quare qui hunc orbem doctrinæ quodam rectæ rationis circino ita circunscripserit, vt vel augere vel contrahere pro re nata, aut ingenii captu, aut vitæ denique instituendæ necessitate nouerit: is si intra eum orbem ita includat eloquentiam, vt per omneis eius partes æqualiter fusam teneat, quasi in corpore sanguinem: is demum mihi videbitur ad sapientiam inuestigandam vberrimum quoddam viaticum atque etiam amplissimum attulisse. Neque nunc de eloquentia illa mirifica loquor rerum omnium tractandarum arbitra, quam fusiorem esse ampliorémque volunt quàm vt vlla circuncurrente linea præstitui aut definiri possit. Hoc ego instrumentum philosophiæ ex opibus (vt ita dicam) Chaldæorum atque D Aegyptiorum coactum, præstantius esse arbitror ad vitam hanc etiam per voluptatem (honestam quidem & probabilem) transigendam, quàm diuitiarum cumulos quãlibet opulentos, non Stoicis ipsos [a] confectariis, sed aulicis (vt nouimus) auctariis aceruatos: adde etiam (si placet) & ad futuram vitam per gloriam illam adipiscendam: quæ mortuorum apud posteros memoriam in perpetuum renouat, cum in manibus hominum libri eorum semper versentur viuantq́; id est ingeniorum morúmque simulacra tempore non peritura. Contrà autem diuitiæ etiam Persicarum aut Lydiarum æmulæ, quum in vita vel auaris anxiam solicitudinem, vel profusis E ignominiam, liberalibus etiam interdum stultitiam ab assentatoribus pariant: quid post mortem conferunt, nisi si (quod rarum est) in pias largitiones erogationésque misericordiæ exhauriantur? Omnium (vt opinor) diuitũ, Crœsi & Midæ nomina multo decantatissima fuerũt: at ille calamitare & summo atque ignominioso vitæ discrimine magis quàm diuitiis inclaruit: hic auribus asininis non aureis insignibus innotuit. Ex eo enim in

Sectæ philosophorũ

Encyclopædia.

Eloquentia.

[a] Confectaria sunt argumenta Stoicorũ, quasi perfecta, efficaciérque conclusa, vt vult Nonius: quanquã & cõfectaria nõ minꝰ probabiliter dici possunt, à consecutione & serie partium argumenti

deinceps illatarum. Argumentatio est captiosa minutatim gradatimque id quod vult efficiens per interrogationes: quare à Græcis sorites quasi acervalis vel coaceruata dicitur: ad quod hic auctor alludit in verbo aceruatos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouerbium venit,quòd multos [a] otacustas,id est auricularios & emissa-
rios haberet,rumorum captatores,& sermonum delatores, cuiusmodi ha-
bere solent principes mali qui stimulante conscientia securi esse nequeunt.
Pythius Bithynius longè ditissimus hominum priuatorum fuisse memo-
ratur,de quo superius diximus:is tamen munificētia inusitata magis quàm
opibus celebratus est, qui platanum auream vitémque illam insignem Da-
rio Regi donauit: Xerxis copias,id est supra decies centena millia homi-
num epulo susceptit,& insuper frumentum & stipendium exercitui quin-
que mensium pollicitus est, vt maximo ex quinque filiis vacationem mili-
tiæ impetraret. Ob quam postulationem à Xerxe indignante hac pœna
barbarica mulctatus est, filium vt suum occisum in duas partes dissectum
aspiceret, cum inter ambas corporis partes ab vtraque viæ parte discedes
exercitus pertransiret:qua calamitate maximè Pythius fortasse nobilitatus
est. Quî igitur fieri potest vt diuitiæ felices in hac vita possessores sui fa-
ciant, aut nobiles in posterum? Mihi quidem diuitiæ nihil aliud quàm tra-
gicum [b] choragium videntur esse, ad vsum temporariæ scenæ à fortuna
accommodatum. Quid enim esse dicas aliud vitam administratiuam,& in
publico rerum actu positam, quàm scenam quandam hominum persona-
torum,operam suam & industriam populo ostentantium,ludos(vt ita di-
cam)edente diuina prouidentia? Hoc igitur choragio, [c] si rectè atq; ordi-
ne actum quisque suum peragant. sin secus eueniat, futurum esse dico vt
malè ac damnosè cum eis fortuna egisse videatur, quæ vt choragus teme-
rarius & præposterus,eam ipsis personam imposuit, vel impegit potius,
cui ferendæ non erant. Eorum igitur qui honestiores personas gerunt,cum
plurimos in actu suo conturbare videamus(vt apposito verbo vtar) eorum
tandem errata nedum reliquamenta præstent necesse est ii velut fortunæ
ac temeritatis [d] ministri, qui nulla publicæ charitatis ratione ducti,quum
eos promouerent, [e] fide sua etiam ipsos esse iusserunt. Sic enim fert ra-
tio supremi ac [f] posthumi ratiocinii, etiam si iure moribus constituto
fide eorum esse non solent apud homines. Tandem autem appello non
seculum vnum & alterum, sed lustrum vnum fortasse aut summùm tria.
Vita enim in potentatu diuturna esse non solet. Tandem igitur ratio cu-
iusque functionis & actus à Christo summo diuinitatis(vt ita dicam) institi-
tore,& generis humani creditore atque etiam fœneratore centesimario re-
poscetur. Etiam si Galliæ moribus (proh misera populi conditio) omnia
atriēsium errata, conturbamenta, reliqua,atque secus admissa,& quæcun-
que promi condi præmordent, suffurantur, compilant & interuertunt,
[g] mediastini luunt. Nam quum sint ipsi ad omnia mandata non modò
exposiți, sed etiam dicto audientes, quicquid actores vel vicarii, promi vel
suppromi non modò delirarint vel conturbarint, sed etiam quicquid ac-
ciderint, circunciderint, suppilauerint, tametsi respublica ab ipsis actori-
bus

a Otacustas) Crœsus & Midas otacustæ. Pythius Bithynius. Diuitias eleuat.

b Choragiū instrumētum est scenicis necessarium. hic p bonis fortuitis accipitur metaphoricè,cū fortuna p chorago.i. suppeditatore chori intelligat.

c Hic figura est q̄ Anantapodotō dicitur, oratio vno mēbro defecta, sed aliqd subintelligendum reliquit, vel ornamenti gratia, vel emphaseos.

d De magistratib⁹, & ijs qui indignos promouent.

e Fide mea esse iubeo, id est sponsor eius fio.verbum est Turisconsultorum priscorum. f Posthumæ rationes sunt quæ post mortem reddūtur in ratiocinio diuino. g Mediastini serui sunt quibus viliora ministeria per atrienses & actores imperantur, vt plebs pullata in Francia.

A bus idoneis & locupletibus suum seruare possit, tamen præstare solent. Et
si peculium non habent(o morem iniquissimum) [a] nexum statim ineunt.
sic magnis reis apud nos licet [b] ob noxam plebē dedere, & aliis super alias
pecuniis imperatis succidaneam culpæ suæ subdere. Expeditius enim id es-
se visum est,quàm aut reos istos cothurnatos,aut eorum fortunas pignera-
ri:qui si crimen fateri aut culpā agnoscere cogerentur,sacra vtique [c] oper-
B tanea in vulgus efferrētur,quibus nemo non initiatus esse solet eorum qui
nutu oculi summa quęque circūagunt,quique linguis fauere norunt in ar-
ticulo, aut diris obstrepere iis quibus collibuit. Quæ causa fuit vt nonnulli
aliquando inter reos recepti,patronos potentes inuenerint,à quibus impen
denti supplicio & penè præsenti erepti, [d] quæsitores etiam ipsos subinde
fortunis euerterunt. O magnam,o beatam, o memorabilem gloriam illius
[e] Briarei,qui non modò legibus reos,& populi votis,sed etiā Ioui & sum-
mæ curię raptim potuit excutere. Ob id(credo)facinus rectè manes eius cō
ditos existimare debemus. Is ille fuit cui nullum vnquam fortuna præter
summum & vltimum obsequium negauit,quem Quæstorum ærarii natio
vt deum [f] Aesculanum summa veneratione coluit. Eius enim præsentis-
C simo numine seruati sunt non pridem mancipes argentariam factitantium,
quum ob repentinas quorundā diuitias opulentissima factio inuidia sum-
ma flagraret. Vt autem luculentius potentiæ suæ specimen ederet, reis pri-
mùm ampliatis,mox codicillos veniales nouo exemplo inuito ac fremen-
ti principi extudisse dicitur, atque ita formulam temperasse, vt nec depre-
hensi rei crimen agnoscere cogerentur, & iudices rei compertæ & conui-
ctę,summi illius Curionis amicos,inter reos in posterum recipere vetaren-
D tur. [g] Quo velut euerriculo omnium delationum atque animaduersionū,
tantam impunitatis fiduciam feroci hominum generi instaurauit, vt legi-
bus hodie non teneri ea factio existimetur, cui princeps omnia concredi-
dit,vt pro qua sponsor semel & probitatis expromissor interuenit petasa-
tus ille Curio. Iure igitur moribus nostris constituto,nō modò magnis reis
sed etiā sceleratissimis licet [h] sordes suas in caput populi & in oculos or-
dinum excutere, atque eo amplius feras in plebem immittere,si earum fre-
mitum in cauea sustinere nequeant: quo nullum vnquam atrocius scelus
Nero dicitur excogitasse, nec tamen peregisse. Quid enim est aliud feras in
plebem immittere, quàm [i] Volones profligatissimos, nullo stipendio sed
E fide tantum auctoratos,per rura palanteis,bacchanteis,grassanteis,plebecu-
lam tributis exhaustam obterenteis, circumagere? nisi verò eos circūagere
non videntur,qui stipēdio fraudatis(o scelus ter capitale)liberū permittunt
diripiendi arbitrium. At verò iure [k] perpetui edicti,quo edicto ad summū
tribunal propediem ius dicetur,noxa caput sequetur.certè ordinū ductores

a Nexū ineunt plebeij si indictum tributum nō soluerint.i. in carcerē cōijciūtur.

b Ob noxam dedere,iuris verbum est: vt noxæ dedere,quod idem est.

c Operta-nea sacra procul ab oculis populi fiebāt, nō in aperto vt alia sacrificia.

d Quæsitores sunt illi qui criminalibus iudicijs p̄sunt, quasi inquirendi criminis p̄fides.

e Briareus aulicorū. Briareus ē gigas qui Hecatonchir à centū manib⁹ dictus est, habens capita quinquaginta, quasi tantū viribus pollēsquātū alij quinquaginta, vt auctor ē Homerus.

f Aesculanus de⁹ & Argētinus dicti sunt æris & argenti.i. locupleratorū honorum

minū potestatem habentes. g Quo velut euer.) Euerriculū (inquit Cicero) omniū malitiarum iudicium de dolo malo. Quo exemplo hic euerriculum delationum dictum. h Sordes dicuntur status reorum.antiqui enim rei crimium facti sordidam vestem induebant quoad absoluerentur.alludit igitur hic ad ambiguam sordiū significationem. i Volones sunt milites voluntarij,quos vulgo forruniperas vocant,nullo stipendio certo militantes.
k Perpetuum edictum lex diuina & immutabilis in eos qui indignos promouent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui causas rerum male gestarum haud ita pridem dederunt, non modò ad-
dicti fortasse, sed etiam vincti dabuntur stygiis lictoribus, Gordiiq; nodo
constricti, id est eo scelere quod ante diem extremum soluendum non cu-
rauerint. Hi sunt enim ipsi qui noxam luculentã nocuisse noscuntur, quos
nunc plebis suspirantis miserescere non subit. qui, si leges valerent in auli-
cos, actus vtique eorum quos potentiæ suæ ampliandæ præficiunt institoo-
res, aut quos transuersi ipsi acti propinquitatis amore promouent, noxis o-
mnibus solutos liberosq; præstare cogerentur. Nunc quum impune id fa-
ciunt, potentiæ suæ blandiuntur, nec quantũuis in rebus secularibus consi-
derati, videre hoc mentis oculis hebetibus & noctuinis queunt, versuram
se facere ingenti dispendio. Deus enim fortunatis hilaritatem sæpe, conscc-
leratis & impiis impunitatem sæpissime fœneratur. Hoc est cur gaudeant,
cur felicitate & potentia sua fruantur maximi curiones Franciæ, quamob-
rem sese sortemq; suam illam splendidam admirentur, & nos ciuili iure vi-
uenteis, atque in ordinem redactos, ex edito ipsi loco & legibus inaccesso
despiciant. Quidni enim sibi placeant, quibus diuinitus datum est vt boni
iuxtà ac mali meriti homines quos visum sit, in illas [a] Macarõ insulas euo-
cent quasi in coloniam suam, quas ipsi beatorum putant sedem esse perpe-
tuam? Insulas istas ego actus primarum & secundarum partium in rerum
publicarum administratione esse censeo, in salo & iactatione ambitionis &
cupiditatis sitas. Hac enim ratione tãtum hominum beatores esse possunt,
vt Fauonio inconsulti fauoris quos velint vel homines vel familias ex obs-
curis natalibus in locum illustrem sinuatis velis prouehant: contraq; quos
oderint, aut qui eorum placitis & institutis incõmodi esse videantur, aqui-
lone quodam transuerso procul ab emporio honorum disiiciant, aut o-
mni aura efferentis sese famæ suppressa, in vadis destitutos consenescere si-
nant: & verò si maior aliqua eos transuersos egerit offensio, insigni aliquo
naufragio fortunis omnibus vt euertant. Dictata sunt ista aulicæ iurisprv-
dentiæ, quam curia illa profitetur, non [b] summo iure, non ex æquo & bo-
no iudicans, sed [c] iure moribus illis constituto, atq; ciuili aduerso ex dia-
metro: cuius tamen interpretes sunt maximi curiones & coryphęi, ad quo-
rum mores & placita aulici quidam [d] recocti iuris illius consultissimi re-
sponsa sua temperãt. Huius curiæ illud esse institutum dicitur, vt de rebus
omnibus sacris, profanis, bellicis ac pacatis referatur, de paucis ex cõsilii sen-
tentia statuatur: vt in [e] maximorum curionum non modò sententiam, sed
etiam nutum ac voluntatem eatur: nec pedibus tantum transeatur, vt olim
fieri solebat in Romano Senatu, sed & manibus & vultu assensioni atque
etiã assentationi scitè asseruiatur. Illud sanè memorabile post aliquot hosce
annos contigisse dicunt, vt quum ferè omnia decreta per discessionem fa-
cta sint de rebus quidem arduis, nullum tamẽ per dissensionem aut diuisio-
nem sententiarum factum sit. vsqueadeo vel pedarii in sententiam principis
transilire didicerunt, vel ipsi potius sententiarum principes censendi animã
consultis præciderunt. Quo minus miremur tam claros exitus rerum no-
strarum extitisse, quas in superos & mortales mirificè suscepimus. Super-

a Macarõ id est beatorũ insulę (alludit autẽ ad Elysios campos) in qs aias boni meriti antiqui trãsire existimabant, & beatorũ ĩsulas esse dicebant, vt auctor ẽ Seruius.

b Sũmum ius est ius diuinum. summũ ius etiã est ius strictũ. hic autẽ allusio est ad vtrunq; significatũ.

c Ius aulæ moribꝰ constitutũ.

d Recoctos aulicos vocat in aula veteratores & cõsummatos. verbũ est Horatianum.

e In auctores cõcilij Gallici.

boni, quàm erit illustre, quàm splendidum, quàm memorabile ad posteri-
tatis opinionem, rebus bene consultis à quibusdam qui sese vtriusque ver-
tices iuris existimari volebant, factum esse, vt liberi parentem, inofficiosum
quidem, sed parentem tamen, & gens pietatis amantissima, summam arcẽ
sedemq; religionis inuaderent! ob idque piaculum maiestatem clarissimæ
prouinciæ, pristinosq; spiritus, subitò dei numine decidisse, vt Galli absler-
sa præsentis animi crista, lepores esse sibi galeati viderentur, plusq; in calca-
ribus spei quàm in ensibus ponerẽt! Equidem haud libens summum in re-
rum administratione locum mereri velim, si tantum ipse munus quoquo
modo obire possim, vt simile aliquod dedecus aut portẽtum auspiciis meis
accidisse aliquando proderetur. Præstare enim arbitror nomen viri probi
& honesti memorię prorsus eximi, quàm malè & incommodè posteris in-
notescere. En propter quod ciuilis vitæ tranquillitatem, studiorum amœ-
nitatem, & denique vitæ æternæ cõtemplationem posthabere debeas, vt in
oculis vel auribus vnius prouinciæ, per [a] theatrum aulicum, cum strepitu
comitũ clientũq; transuehare, aduersis sæpissime [b] cuneis, gradibus, & or-
chestra, tametsi vt maximè secundo populo te ostentes, tamen si transeun-
tis gloriæ spectes celeritatem, hoc quidnam est aliud, quàm veluti plausum
inanem per transennam mereri? Nam vt illud mittam, quòd grandi plerũ-
que ætate, quòd versatili scena, quòd lubrico ac præcipiti ferè proscenio
prodeunt, certè quum alii actores recenti gratia flagrantes subierunt, neces
se est exacti vetercs vt facessant in cuneos aut in ordines, aut inter theatricũ
ministerium turpiter vt subseruiant. At istis de cælo sic deturbatis, confe-
stim tartarus ipse bis patet in præceps tantum, tenditq; sub vmbras,

Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum.

Etenim quum latinè loquentium consuetudo eos olim [c] in cœlo esse di-
ceret, qui omnium ore celebrarentur prę potentia, vel rerum egregiè gesta-
rum gloria: ego quidem tragicos istos reges & temporarios, quum ex fla-
grantissimæ gratiæ præcipitio deciderunt, in tantum frigus delabi video, vt
penè exemptos ex memoria credas, è numerisq; expunctos hominum no-
minatorum. Ita fit vt in tartarum rigentissimum ruisse videãtur, cum ii qui
nullo iam famæ plausu excipiuntur, latinè frigere dicantur. Quanta est au-
tem eorum sublimitas, quanta eorum admiratio, quantusq; omnium suspe
ctus, quum velut fortuna succollante tolluntur: altero tanto maior est de-
orsum altitudo, quũ ab eadem ipsa destituti, insultãtium oculorum conie-
ctu (sic enim euenire iis assolet) velut quodam fascino exarescere videntur.
Tot enim miseros homines oculorum radiis lancinari necesse est, quot in
hominum ipsi aspectus obuiam incurrerint, dum quisq; ob pręteritam ob-
seruantiam non liberam sed obnoxiam, pœnas sibi deberi insolẽtiæ putat.
Sed fateamur sanè, vt sunt humana, eos esse felices: tantummodo hoc exi-
gamus, vt actus ipsi suos rectè ac decorè peragant, & quisque eorum videat
quid sui sit muneris, quam personam sustineat, quantum ab ea oneretur.
Nunc autem cum ita mores inclinatos esse videamus, partim vt ambitio &
cupiditas, partim dissoluta disciplina grauitatem & honestatem è medio

a De conditione in aula prætẽtium.

b Per cuneos populus, p gradus equites, per orchestrã Senatus intelligendus.

c In cælo esse, id est omniũ ore in aula celebrari.

Frigere in aula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fustulerint,quis eos felices existimare possit? Nam quomodo non miser est
se potest,qui [a] in cothurno vel prætexta vel comitis personam vel suppa-
rasitantis induit,vt latus cingere maximi curionis, & officiosus esse poten-
tibus videatur? At hoc factitari ab ornatissimo quoque videmus, vt qui id
non faciat,is aut absurdè verecundus esse,aut refractarius,aut aduersis pla-
citis prouidentiæ natus existimetur. [b] Quid qui in pontificio cultu,& sa-
crosanctæ dignationis habitu scurrileis actus imitantur, & velut in tragico
amictu [c] mimos & planipedes actitant? (nam id ita vsitatū est,vt qui paulo
modestiores sunt,& decori retinentes,ii & aliis inuisi sint, & magnam lau-
dem à nobis hac vna virtute mereantur) num etiam illos felices esse dice-
mus? Neq; verò alienam ipsi personam, ab illoq; suo fastigio abhorrentem
libentes & cupidi induunt, & eos sortis suæ ornatusq; non pudet: neque
non eos sortis suæ aut pœnitet aut pudet, & non sunt planè miseri. Et hi
sunt, quos hodie propemodum solos diuites esse diximus. Ita patet quid
sequatur,si paulo argutiores esse pergamus. [d] Linguis enim fauere necesse
est cum ad sacrosanctos ventū est. Quare multo mihi fortunatius esse eorū
institutum videtur, qui [e] literis se totos, quàm qui opibus dederunt com-
parandis,duntaxat quibus Solomonis voti liceat esse compotes, vt nec ma-
lesuada egestate eousque vrgeantur, quò secus de virtute atque honestate
iudicent: nec rursus diuitiis redundantibus in cogitationes vanescant erra-
ticas aut impias. Nam quum literarum peritia ad oblectationem frui, &
vitæ per virtutem ac decus agendæ tanquam instrumento vti solent: tum
eo amplius post huius vitæ cursum memoriam sui in æuum prorogare hac
eadem facultate possunt. Quanquam hæc fortasse naucifacienda ducerem,
nisi etiam præstantis doctrinæ adminiculis vti bonos & graueis viros ita
existimarem,vt contra temerarios casus celsi semper & recti esse pergerent,
& aduersus fortunæ infestioris impetus animo præsentiore confirmaren-
tur,sicut ad humanas iniquitates eosdem ita se compositos collectosq; te-
nere par est,vt quicquid obuenerit,velut decretum prouidentiæ æqui bo-
ni faciant. [f] Est autem is tenor studiorum mea sententia tenēdus, vt à car-
ceribus discendi per spatiosum illud stadium disciplinarum quæ liberales
dicuntur,ad metam secularium literarum perueniant, & in flexu ne com-
mittant,vt aut acquiescendum esse, aut diutius hærendum putent, sed quò
curriculum totum peragāt,rursus à meta ad carceres & ad emissarium,de-
nuo aliud spatium non currant,sed ingrediantur & incedant: quod pronū
iam ipsum est,& spei bonæ plenum,salubrisq; voluptatis. etenim cum in eo
est spatio exhausti iam laboris orbicularis fructus præsentarius, quum ve-
lut [g] indagine cinctam veritatem tenebunt, tum etiam multo maius præ-
mium futurum æternúmque speratur. Est enim ea demum vera ratio philo-
sophandi,non fallacem studiorum amœnitatem, non inane nomen bea-
titudinis persequens,sed recta & honesta via veram & solidam gloriā haud
inauspicatò petessens. Hanc viam quærendæ doctrinæ summum illud par
amicitiæ

a In cothurno, id est in tragica persona,omnia grauia ac sublimia decēt. cothurn⁹ hic ꝓ primaria dignitate ponit. semper enī perstat in ea metaphora quā initio suscepit persequēdam de chorāgio & scena loquēs.

b De aulicis antistitibus qui decorū dignitatis nō seruant.

c Mimi & planipedes genera fuit comœdiarū in quib⁹ personæ viles,& act⁹ ipsi īdecori sunt, & scurriliter lasciui.

d Linguis fauere est silentiū tenere.

e De ijs q se torosstudijs literarum dederunt.

f Quis tenor studiorū tenendus sit.

g Indagine cinctæ feræ dicuntur quę intra seriem arrectarū plagarum incluse sūt. alludit autem ad indagationem veritatis per vestigia Christi,& monumenta sacrorum scriptorum.

A amicitiæ Gregorius & Basilius Græci, & eorum ætati suppares Hieronymus & Augustinus cū tenuissent,& ante eos omnes Cyprianus & Lactantius,& deinde Hilarius,aliiq; multi antesignani partium Christianarū, maiorumq; gentium theologi, quorum hodie responsis ad interpretationem diuini iuris vtimur,ad extremum iudicio iam solido ad sacrosanctum ipsi studium sapientiæ, quasi ad buleæ Themidis oracula venerunt, quam consiliatricem latinè appellare possumus. Scire enim auebant homines ingenioſi quo modo viam inire possent ad propositum finem,quasi in patriam
B ferentem,quam ciuitatem amplissimam esse constat nomine Vranopolin, superis hominibusq; communem,duntaxat qui nihil in se impiè aut perfidè admiserint. In ea porrò regiam esse sapientiæ, quam prouidentiam antiqui Latini,vt Græci pronœam vocitare voluerunt: in qua numeris omnibus scientiæ atque intelligentię beatissimę animi humani simul cum omni
C ministerio & stipatu diuinitatis fruuntur, cum ordinibus illis scilicet cælestibus inenarrabili ratione descriptis. Hos Esaias prophetiæ decus, argentū & aurum suum ad Christi obsequium cultumq; testatur attulisse: quo verbo tum rerum intelligētiam nullo errore concretam, sed ad puritatem exco&tam,tum eloquentiæ nitorē splendoremq; significat. Has enim illi prisci opulentas facultates in scribendis eloquendisq; rerum diuinarum enarrationibus consumpserunt. Verùm hoc iis probare nō possumus, qui ignorantiæ patrocinantes,eloquentiam vt curiosam,à sacrisq; studiis alienā, recusant, ob id semper inuisam inertiæ, quòd forulis omnibus antiquæ bibliothecæ excutiendis,ac diu multumq; discendo, nullum ad quæstum ab ingenuis comparatur. At nos philosophiam argētea supellectili sacris operantem,augustius & amplius sapientiæ litare contendimus, quàm si famiis
D ctilibus vasis aut stanneis vsus est,quum idem ipse argēteo instrumento nō careret? Illud verò rursus summopere videndum,ne quod sanctuario dominī vsui esse potest,id in simulacra impietatis confletur,aut in vsus voluptatis,aut alioqui ne inquinetur. Quocirca ego miserabilem eorū esse sortē contenderim,qui quum magnam iam partem laboris exantlauerint, vel in flexu acquiescunt,vt diximus,quasi pensum encyclopædię confecerint: vel diutius adhæresc unt in humanioribus literis animo,iam senescente, nimio vtique venustatis eloquentiæ,ac leporis amore capti & irretiti,eorum pla-
E nè similes,qui apud Homerum in diuerticulo viæ ad patriam ferentis, aut Lotophagorū sodalitate, aut Sirenum cantu deleniti, patrię meminisse nō possunt. Nam quid est aliud socios nauim in patriam tendentem egressos, Vlyxis in patriam festinantis,& viæ peragendæ semper instantis, reminisci noluisse,quàm in vita huius seculi voluptatem illectricem saluti prætulisse? Vlyxes autem nobis quidam fuerunt,ii quos ante diximus, orthodoxæ persuasionis,id est collimantis philosophiæ vindices,non palliati illi quidē Vlyxes,sed pastophori,qui multa & varia eruditione,vt temporibus quisq; suis,imbuti,quum omnia penè genera philosophandi partim pererrassent, partim præteriissent, salutem suam tandem anxiè sociorúmque perquire-

Basilius & Nazianzenus & alij Christiana rū partium antesignani.

Bulea Themis.

Vranopolis, cælestis ciuitas interpretat. Prouidētia eadē & sapiētia dicit quā Græci pronœam & sophiā appellauerunt.

Eloquētia ignaris tm̄ inuisa.

Samijs vasis non litandum.

Ad Lotophagos hęrere.

Vlyxes.

Pastophori sunt sacerdotes sacris gestaminibus iduti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant: quæ nihil est aliud quàm aditus in patriam. Talis enim statim Vlyxes f
ille decantatus describitur à poeta. Atque vt ille vir heroici spiritus, & po-
Polytropʳ. lytropus ab eodem Homero dictus, id est multifaria ingenii dote, multipli
ci morum cognitione, versatiliq; solertia præditus, inferos adiisse dicitur:
sic qui in cœlum mente scandere, ad plenamq; contemplationem diuina-
rum rerum euadere cogitat, commodius mihi facturus esse videtur si ve-
nienteis annos in rerum humanarum intelligentia bona ex parte contriue-
rit, & maturo iam sacris disciplinis ingenio, ad veram philosophiam se cũ
omni commentandi apparatu contulerit. Quod mihi perinde esse videtur, ꝙ
atque si quis ex Floralium spectaculo ad Eleusinia mysteria transeat, & ve-
luti immigret. Quicquid enim à vetustate sacrorum nostrorum exorte di-
scimus, id ego prægredientem ac præcurrentem disciplinam esse iudico, ad
Propędeumata. veram & theologicam philosophiam nos deducentem. Et eam ob rem à
Græcis propędeumata dicta, id est ea documenta quæ præscisce re nos o-
portet priusquam accedamus ad rerum grandiorum arcanarumq; cogni-
Lectio sacrosancta. tionem. Hoc porrò labore exhausto, velut cõfecto sex dierum labore, tum
demum sabbatismum domino dicare moribus Christianis conuenit, & san
ctuarium sapientiæ iam feriatos adire. Ibi videre est historiam mirificam, H
euentus varios, carmina plusquam heroica & cothurnata, conciones pa-
negyricas, orationem figuratam ac versicolorem, tropis distinctam, & for-
mis sententiarum, omninóque locutionem humano captu augustiorem at-
que sublimiorẽ. Adde symbola Pythagoricis multo argutiora, dicteria sen-
a Scotina scripta, Heraclitidicta sunt, q̃si tenebrosa, & intellectu difficillima. Huiusmodi autẽ sunt ,pphetarũ oracula, & Solomonis symbola magna ex parte. Symbola autẽ sunt dicta mystica.
tentiosa a scotinis inuolucris sensuum implicata, vt profanas aures fu-
giant, ambagesq; omne genus multipliciter inuolutas. Quid dicam omnem
rerum naturam non humano sed diuino ingenio indicatam & apertam?
omneis hominum mores, omneis sensus humanos brutosq; explicitos? res
omnino capaces præstantissimarum mentium, dignasq; quibus non modò
toto (vt dicitur) pectore incumbere, sed etiam quibus illiquescere toto cor-
pore atque intabescere debeamus. Huius vltimæ & summæ commẽtatio-
nis maiestati, poëtica & oratoria oratio, copiaq; omnis disserẽdi, eloquen-
Memorabilis locᵘ b Minores magistratus Romę maioribᵘ obuiã procedentes, fasces suos summittebant.
diq; ratio, concedat necesse est, vt humani captus altitudo ingenii fasces
diuinis summittat monumẽtis & oraculis. Et quidem ita se fecisse vir sum-
mæ doctrinæ Gregorius Nazianzenus clara voce testatur: cuius auctoris
exemplum imitari percupidè debemus, ne literarum cognitione secularium
quasi bacillo arundineo nixi, in veritatis cognitione & viæ philosophicæ
progressu grauiter cõcidamus. Sed citetur testimonium locupletissimi au-K
ctoris veritatis, & in literis secularibus in primis eruditi: qui velut in literis
diu multumq; negociatus & feliciter, inuento tandem vnione, & summi
boni tessera, peragrandi finem facere constituit, eumq; liceri fluxarum re-
rum contemptu, atque in eo vno postea acquiescere. Sic autem ille ait,

Μῶνον ἐμοὶ φίλον ἔσκε λόπων κλέος, οὓς σαώσειεν
Αὐτολίκου δύσεις τε καὶ ἑλλάδος ὄμβρος ἀέλλας.
Τοῖς ἔπι πολλὸν ἐμόησε πολὺν χρόνον, ἀλλὰ καὶ αὖτως
Ῥηϊδίως σὺ δαπίλῳ χρισὸ περιφράσσειεν ἕκαστα.

A Εἷς ἔστω μεγάλοιο θεοῦ λόγῳ, ὅς ῥα καλύπτει
πάντα φρενὸς βροτέης ἐρεπτὸν πολυειδέα μῦθον.
Sola fuit cordi nobis facundia, quantam
Orbis eoa manus simul, occiduúsque coegit
Tractus, & illustres Græcorum gloria Athenæ:
Sed simul ac tandem multo peperisse labore
Contigit, ante pedes Christi afflictam ipse reliqui.
Cedit enim summi sermoni numinis omne
B Humanæ mentis varium ac versatile verbum.
Quibus verbis intelligimus virum illum summo ingenio præditum, summè studio literarum deditum, multam ac diuturnam operam eloquentiæ & poëticæ dedisse: ad quarum rerum amorem tota mente ferebatur: sed quum tandem venisset ad studium sacræ philosophiæ, & sacramentum salutis humanæ intelligere cœpisset, cuius fuit vnus Christus interpres & antistes, illico ipsum illa omnia literarum ornamenta in conspectum domini abiecisse, videlicet agnoscentẽ & animaduertentem, quicquid in literis grę-
C cę philosophiæ ac philologiæ vidisset, longè id abesse à diuinis oraculis, atque à sermone ipsius diuinæ sapiẽtiæ. Sacra enim scripta omnem haud du- De sacrosanctis scriptis.
biè elocutionem mentis humanæ vincere intellexit, quálibétque figuris di-
stinctam orationem, ac multiplici eloquio elaboratam, tamen præ diuini
sermonis vi ac fulgore obscurari atque elanguescere. Ego quidem certè in
ea sum opinione, vt existimem tropos oratorios multo sublimiores efficacioresq; in sacra lectione inueniri, quàm in priscorum Græcorum Latinorúmve monumentis: possęq; oratoriam phrasim fieri ea lectione multo locupletiorem. Sed id persuaderi iis vix potest, qui humanorum scriptorum
D lepõre ac suauitate capti, horridi statim & refractarii styli lectione deterren tur. Neque verò concinnitatem eloquentiæ in sacrosanctis libris requirere, sed vim sublimitatémque sententiarum consectari debemus: etiamsi hausros inde sensus, in scripta venustiora transferre, & pigmentis externis reddere floridiores, nec ius nec fas prohibet. Præstantissimæ enim gemmæ, ar- Quare verborũ phucũ respuãt res sacræ.
gento potius crassiusculo quàm auro includuntur obryzo, ne thecæ nitentis aspectus, quoquo modo pertinere aut accedere ad æstimationẽ tam pre-
cioſæ rei videatur. Et alioqui deus arcere profanos voluit ab oraculis suis,
E qui orationis pigmenta, & elegantiæ lenocinia, non sensus arcani & mysti-
ci nucleum eliciendum putant. Hic autem existit illa Theophrasti querela de breuitate vitæ, quæ velut in tyrocinio philosophiæ sanctioris flagrantes animos destituit. Iamprimum Talthybius ille cœlestis Esaias præconio vr- Esaias.
bano & eleganti, ac figuris illuminato, aduentantis sapientiæ & veritatis sacramentum vociferans, sacrisq; (vt ita dicam) leporibus diuinisque salibus conditus & iucũdus, à quo tandem satis explicari per totam vitam potest? Hieremias
Hunc sequitur (vt ita appellem) Idæus, Troiæ captiuitatem fatidico præco-
nio atque lamentabili municipibus suis pronuncians: cuius explicatio mi-
rificam quandam enarrationem commẽtationémque poscit. Hos duos se-
quitur numerosa turba vatum (quos salutigeros propriè appellare possu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus)res cœlestes entheis rapsodiis effata humano captu omnino maiori-
bus. Horum enim vocibus altiloquis quidem & canoris, sed parum in hoc
mundi strepitu exauditis, humanæ conditionis sacramentum prouidentia
in omne ævum deprædicauit. In vniversum autem sacros illos vates camœ-
nas quasdam altiores esse dixerim, arcana cælestia per satyram cantitantes,
corúmque vaticinia eodem pertinentia, citharam quandam augustam esse
& cælestem, paracleti plectro varios in modos numerósque pulsatam, cu-
ius psalmata percipere eorum est demum, qui aures à cantu profano feria-
tas, quod rarum est, sacrisq; carminibus initiatas habent atque dicatas. Iam
verò ipse trismegistus (sic Solomonem voco) antistes sapientiæ, germanæq;
philosophiæ parens, nonne tribus libris cum eo qui sapientia Solomonis
inscribitur, omnia philosophiæ placita figuratè complexus est? Ita philo-
sophum ab incunabulis instituens, vt affectibus ad obsequiū redactis, men-
tem tandem in arce Mineruæ, & in ipsius (vt ita dicam) contubernio sapien-
tiæ iam sese indulgentis benignius collocet. Id est autem summum boni,
quod annos plus mille humana philosophia omnibus indagās naturæ ve-
stigiis, non antè, quàm sese indicante sapientia & prodente, inuenire potuit.
Sed parentem eius penè omisi lyricum illum vatem omni quamliber he-
roico vate longè sublimiorem: cuius poëmata humanarum diuinarumq;
rerum descriptione argumentosa, ipsum (vt ita dicam) Mercurium inter-
pretem postulant: quem ego Christum interuentorem diuinæ atque hu-
manæ naturę propriè esse censeo, cœlitus ipsum ad genus hoc mortale de-
lapsum, mandataq; cælestia deferentē humanitatis habitu. Hic est enim ser-
mo, hoc verbum, hæc ratio, quibus diuinitatis principium summum, arca-
na sacramenta mortalibus enarrauit: quo etiam ipso antè vsus erat idem pa-
ter vniversi architecto, naturæq; conditore: ob idq; à summo Euangelista
logos Græco verbo vocatus est. Ecce tibi in sermone (vt aiunt) ipsa sapien-
tia, quæ genus humanum næuo illo primæuo inustum, [a] purifico rore ve-
lut aquula smectica, id est emaculatoria, lauit, atque è conditione obnoxia, Orciq; adeo longo nexu & [b] mancipio exemptum, natalibus restituit.
Hæc libris quatuor didascalicis (quæ Euangelia vocantur) bona ex parte fi-
guratis, philosophiam quam olim Socrates è cœlo in terram deuocarat, è
terra rursus in cœlum supraq; cœlos omneis erigit. Etenim quæ ille symbo-
licus concionator ambagiosè & allegoricè de sapientia dixerat, ipsa de sese
sapientia proloquitur apertè & luculenter, tametsi griphos illa quidem in-
terim ex cœlesti symposio allatos mortalibus proposuit, cæterùm nectar &
ambrosiamq; magnopere redolentes. Atque vt olim Prometheus ignem
æthereum è cœlo Mineruæ vsus consilio rapuisse dicitur, hominibusq; de-
disse: sic dei sapientia ignem æternum charitatis humano generi commu-
nicauit, cuius scintillas quasdam [c] pseudophilosophia in disputationum
suarum fomitibus asseruabat, è Iudæa vtique quasi è ciuitate cœlesti quo-
quo modo petitas. Hunc ignem æternum nostra ætas extinctum atque etiā
oppressum penè vidit, ædituorum sanctuarii non tantum negligentia, sed
etiam vecordia. Christus autem, id est veritas & sapientia, velut Ianus quidā
geminus,

Quid sit p Sarytā dicere, ex Festo intelligi potest.

Solomon trismegist⁹.

Mercurius est Christ⁹.

Logos, filius dei.

a Baptisma significat, quo nota originalis eluit.

b Mancipiū nō tm hominem seruū, sed etiam mācipatum & possessionē significat.

c Pseudophilosophia est gētilium sapientia.

Christ⁹ Ian⁹ gemin⁹.

A geminus, vtriusque naturæ particeps, vtrunque testamentum diuinitatis,
instrumentumq; vtrunque indagandi summi boni coniunxit, finem æui
prisci cum principio renouati mundi connectens, dierumq; ipse antiquorū
instaurator, innocentiæ ferme priscę mortales restituit. Iam verò sapiētiam
sequitur è vestigio suus ille [a] hypophetes Paulus, vir ad vnguem diuinæ
manus factus, atque inter omnes veritatis emissarios lectissimus, eius fani
sapientiæ architectus, [b] cuius formā symbolica [c] graphide antistes ille sa-
pientiæ Solomon quondam delinearat. Idemq; sacra sapientiæ iis gentibus
B impertiuit, quæ antiquissimo decreto mysteriis arcebantur vt indignæ ac
profanæ. Hic est qui classico prædicandæ veritatis edictum alterius natalis
in Asia & Græcia tam strenuè & sublimiter, quàm clarè atque exaudibili-
ter promulgauit, vt qui mundi aut dæmonis mancipio hæreditario tene-
bantur, velut altero matris enixu ingenui nascerentur, priscaq; noxa soluti.
Quid ille liber vnus Euangelii Iohannis? nonne sacrarium penè totum ve-
ritatis continet? Hic est ille seruus domini [d] receptitius, qui sapientiæ ipsi
super cœnam incumbens, haustam diuino numine sapientiam, inenarrabi-
li libello posteritati tradidit. Eiusdem Apocalypsin, id est annales rerū nō-
C dum gestarum, quid aliud quàm Parcarum commentaria esse censeas? Illic
enim effusa vaticinia omnem seriem fatorum, omnia prouidentiæ calenda-
ria in posterum continent, etiam si Oedipo (vt aiunt) coniectore indigent.
Iob autem alumnus ille sapientiæ, institutionem sacrorum continet athle-
tarum: qui liber vnus dramaticus veluti spectaculum quoddam visendum
est, philosophus consummatus & absolutus edens specimen sui. In eo for-
tuna plagis multiplicibus sæuiens, æquanimitas nusquam instanti vrgenti-
que aduersariæ manus dans ac succumbens, velut in campo tolerantiæ &
aduersitatis, infestissimę committuntur. Quo ex agone tandem æquus ani-
D mus velut hieronices, certaminis victor verè sacri, agonothetæ dei iudicio
meruisse præmium pronunciatur. Iam libri quinque Mosis (vt rem à capi-
te, quod dicitur, arcessamus) cum sapientiæ architecturam, atque opificis
naturæ primordia, temporis incunabula, vitæ tyrocinium continent, rursus
lustrationem orbis, sacrorum cerimoniarumq; ritus, religionisq; natales &
pietatis mirificè descriptos: iuris etiam gentium elementa, legumq; funda-
menta complectuntur, quibus humani mores diuinitus conformati sunt:
tum verò in illis prouidentiam planè est agnoscere, ex altissimo sinu diui-
nitatis se proferentem, summi etiam boni adipiscendi rationem humano
E generi indulgentissimè exordientem. Certè quidem Geneseos liber histo-
riam quandam admirabilem refert, & ænigmaticam pollicitationem pro-
uidentiæ, augustioris cuiusdam fastigii natalem hominibus, immortalita-
temq; beatissimam mortalibus parturientis. In his autem libris res arcanæ, à
profanisq; mētibus abhorrentes, ita proditæ sunt diuina solertia, vt ad pro-
sopopœiarum varietatem, figurarum nouitatem, affectuum mirificam ex-
pressionem, accederet sublimitas sententiarum atque sensuum gemina ter-
geminaque, diuinis ingeniis interpretum enucleanda. Super omnia verò est
beatę iamiam futuræ vitæ, si sapimus, securitatisque sempiternę, & summo

a Hypophetę dicebantur qui ꝓphetis & fanorū antistitibus subseruiebant, eorū interpretes quæ antistites dixerāt.

b Templū à Solomone conditū typus fuit ecclesię cōstituendæ.

c Graphis lineamenta formarum significat.

d Receptitius seruus est quē mulier ido tē accedere noluit, sed sibi recepit, & retinuit ne marito subesset. alludit aūt hic ad id qđ domin⁹ de Ioh. euāg. dixit velle se illū manere ad reditū suum, quasi à fato cōmuni receptum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bono acquieturæ æstimatio,mirificè illa quidem in iisdem multifariamq; sed è medio sumpto sermone adumbrata. Tanta spe interim animos támque certa perfundens ac pignerans, duntaxat fide bona lectitantium, res omneis vt temporarias calcare tantisper despicereq; cogat. His aliisq; sacrosanctæ disciplinæ monumẽtis(nonnulla enim prętereo prudens)videre est per nebulam captus humani ingenii,quæ præmia eos maneant,qui calcatis fortunis temporariis & caducis,in expectationẽ summi boni spes omneis rationésque contulerunt. Sed quum tot ansas certissimę doctrinæ nobis dederit prouidentia,mirum est quòd sapientiam tenere quasi lubricam,fluxam,euanidam,non possumus. Quid igitur in causa esse dicamus? vtrum quòd spes præferuida in diem longiorem sibi stipulari nequit, at sapientia labores & molestias repræsentans,præmia & lætitiam in futurum pollicetur?an potius quòd acreis sensus ad sensu percepta & concreta, hebetes ad intelligibilia & abstracta nobis natura dedit? Primum hoc dico, studii sapientiæ fructum etiam non aspernandum in hac vita repræsentari. Deinde summi boni expectationi non magis annos quàm annum, nec dies quàm diem,nec horas quàm horam cedere, vt viceuersa(o præcipitem & abruptum vitæ situm)summi mali timori atque horrori. Semper etiam nos excubare ipsa sapientia iussit,& ad omne momentum diei & noctis,accersentis nos fati præstolari [a] vadimonium. Vt autem his copiis doctrinæ sacræ in corde hominis instructis,& tanquam in procinctu stantibus, non regna, non potestates,non diuitiæ comparantur aut administrãtur: sic omnes animi sensus suapte natura petulantes & contumaces, ita ad obsequium rationis rediguntur, vt homo pacem & constantiam secum seruare possit. quod summum ipsum esse bonum,quum philosophia prisca in vniuersum censuit,tum verò Christus sapientiæ auctor,parens & constitutor,extremi elogiũ condens,legati loco quamamplissimi comitatui suo reliquit. Quanta igitur animi alacritate,quàm strenuè, quàm constanter incumbere ad supradictorum librorum lectionem debemus,& eo amplius ad eorum philosophorum,qui amplis suis disertísque commẽtationibus,res figurarum involucris conditas,in lucem eruere piis enarrationibus scriptionibusq; contenderunt? Nam quicquid laboris in literis & studiis secularibus consumpserimus,eius laboris largissimum fructum in illa lectione demetemus, si quidem defecato(vt dicitur)ingenio, si perpurgata mente, si lotis denique pedibus ad id studium accesserimus. Illud enim literarum studium,vt rudimentum discendi existimare debemus, hoc vt progressum & fastigium. Et quidem ex hoc scientiæ fonte perenni atque inexhausto,quanuis magnifica,quanuis copiosa,quãlibet sublimis manare potest oratio, si modò nobis [b] stipendia quidem implere in vtroque eorum studio contigerit, in hoc verò demum præmia sperare operę nauatæ & emeritæ. Quid autem gentilitia scripta ad intelligentiam sacrosanctæ doctrinæ conferãt, malo quum aliis,tum diuo Hieronymo credi ad magnum tunc oratorem Romanum scribenti,quàm mihi hoc arrogare,vt demonstrare nitar. Tum primum autem peruenisse nos ad illam euthymiam,philosophiæ antiquę vt decantatis

a Vadimonii fati est mors, cum fatum hominẽ vadatur.i.ad certũ diẽ adstringit, q̃ se sistat ad iudiciũ diuinum.

Trãquillitas animi.

b Implere stipẽdia est tot annos in aliquo studio pstare,quot opus est ad doctrinam assequendam.

sic incognitam sentiemus,animos (vt ipsi aiebant) humanos beata vndique securitate imbuẽtem, quum fiducia compertæ veritatis,laborum omnium rationem constare nobis intelligemus. Hanc euthymiam Esaias vates eleganti metaphora fiduciæ contubernium appellauit, in quo animus humanus à rerum humanarum lectione & commentatione emeritus,rerum cælestium & æternarum contemplatione pascitur,delectatur,fruitur. Sed scilicet tot tantásque res non capiunt angustiæ cordis humani, nisi curis turbulentis vacui, nec [a] alias res agentis. Quantum est autem in ea meditatione intelligere, philosophiam ante Christi aduentum velut planum quendam fuisse,vel præstigiatorem ingeniis humanis variè illudentem, cuius Dædalea commenta [b] atheos & voluptarios, aliáque portenta sectarum excitauerunt! id quod Paulus ille [c] vranognomon assertórque orthodoxiæ, testatus est ad Colossenses scribens. Nos igitur germanam philosophiam religiosè adire venerabundíque debemus, vt quum à lectione gentilitiorum scriptorum quasi à voluptariis fabularum argumentis ad sapientiæ & veritatis fanum semel accesserimus, veluti studio iam serioso vernantes, senectutem priscæ ignorantiæ paulatim exuamus, ac nouum quendam & instauratitium hominem libentes induamus. Hæc enim vna est disciplina humanæ naturæ magistra, quæ hominis gubernacula exculpere stolidis sensibus potest, & intellectui ac menti tenenda porrigere & moderanda, etiam si naturæ vi atque imperio appetitus est [d] proreta. Quare homines qui non bonis tantum externis, sed etiam æternis studeant, hoc videre etiam atque etiam oportet, vt quod nautæ prudentiores facere dicuntur, vt sacram quandam ancoram ad extremum salutis subsidium habeant: hoc ipsi imitari contendant, contráque turbidiorum affectuum æstus,& iactationes fortunæ, lectione sacra velut ancora passim ac semper vtantur. Hoc enim retinaculo, ac rationis subsidio, sæuiente tempestate ita nos firmare conuenit, ne transuersi in scopulos noxiæ alicuius offensæ, aut in vada curarum externarum vento quodam cupiditatis repentè rapiamur. Proh deus immortalis, ést ne aliquis tam aduersis placitis prouidentiæ natus, duntaxat eorum qui Palladis [e] sacramento bona fide dixere, qui quum hæc animo accuratè reputauerit, desultoriámque fortunæ vicissitudinem perpenderit, ac vitæ humanæ breuitatem:non Crœsi & Midæ diuitias, Tantalique(vt aiunt) talenta pro nihilo ducenda præ solida philosophantium felicitate iudicet? & eos qui opum externarum possessione in medio posita, quasique inter homines cupiditate & auaritia præditos controuersa, ad vltimum vitæ diem fortuna disceptante contendunt, non dico de precaria possessione rerum, atque in fortunæ mancipio ditionéque posita, sed de asini (quod Græci dicunt) vmbra, vel litigare vel laborare, vel sese miserè affligere? Ego verò etiam (id quod iidem Græci in prouerbio dicunt) omnes istos thesauros non in cellulis cordis, sed in promptuariis Fortisfortunæ & temeritatis conditos, carbones tandem rectè existimanti visum iri contenderim. In quibus enim bonis maximè mens humana nimia

Euthymia. Vide Esaiam ca. 32.

a Alias res agere significat nõ satis attẽtũ esse.

b Athei philosophi quidã dicti sunt q̃ omnino esse deũ negabant.

c Vranognomon dicitur qui rerũ cælestiũ cognitionẽ habet,vt Paulus in cælũ raptus habuit.

d Proreta est qui in prora nauis regit.i. in primore parte nauis, vt gubernator i puppi clauum tenet.

e Dicere sacramẽto est in militiã astringi. De contẽnẽdis diuitijs præ studio sapientiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui diffidentia imbuta, iure gentium & ciuili cõtra naturam recepto, parare sibi præsidium subsidiúmque consueuit, eorum bonorum affluentium ope non tam adiuuari diuites plerũque, quàm aduri quis non videt? Num quis hoc nescire potest, quosdam aliquando væsana stimulante cupiditate per fas nefasq; census suos auxisse? cuius ordinis esse dicuntur, quos exenteratores reipublicæ vocant: & eos ipsos tamen, vt fuit aliquando reipublicæ nostræ constitutio, religiosè adiri oportebat, si quid æqui bonique à principe (o summam indignitatem) impetrandum haberes. Hoc genus exagitat hiantis auaritiæ peruigil & inquies cogitatio quæsitis iam semper aliquid acquirendi: ob quod eam prisci poëtæ [a] Alecto vocauerunt, nomine haud apposito & congruenti, furiarum vnam esse dictitantes, quas inter minillerium Orci dedicauerunt. & ego beatos eos putem, quos conscelleratis animis ditatos esse sciam? Sed sint vel fuerint tam hominum felicissimi, quàm omnium fortunatissimi atque opulentissimi esse vel fuisse noscuntur: num ideo eorum illi sortem suspicere & æmulari debent, qui à philosophia dicerint, iis tandem cum Orco rationem esse habendã? Mitto nunc [b] spintrias aulicos (vt ita appellem) improbè ingeniosos, ex genere [c] æruscatorum: qui rerum noxiarum inuentores, acuti & solertes videri populari paperie non verentur, dummodo in aula innotescant, nihil pensi habentes. Iam verò [d] Sisyphidas illos quàm beatos esse dicemus, qui ethelodulię mancipati (sic enim appellatur spontanea seruitus) saxum illud ambitionis irrequieto labore subuoluunt, non modò humeris & ceruice, sed etiam præcordiis & vertice? Saxum inquam illud prægraue & asperum, quod interdum ab aulæ summo gradu in medium relabitur, & nonnunquam ad vltimum, tam præpostera plerunque fortunæ improbitate, vt in illa scholastica ima summis ingenia non modò permixta videamus, sed etiam superposita. Miseram vitæ sortem, atque vt cætera suauem esse fateare, eo quidem certè grauem ingenuis animis, & propemodum enecantem, quod ambientium natio, quasi ex histrionio genere oriunda, semper personata videtur & gesticulatrix esse. Hæc autem molestia ambitus comes, sensus etiam degeneres & obnoxii, actúsque per omnia illiberalissimi, introspicienti patent: iis qui primore rerum aspectu acquiescunt, non item patent. Siquidem vt aulicæ potentiæ strepitus & fastu & comitatu frequenti beatus, vibranti quodam fulgore oculos contuenteis præstringit, & præ admiratione sui coronas circunfusas summouere specie luculenta videtur: sic si trans splendorem inanis [e] tectorii perspicere possis, vel liberos eorum actus intra scenam populo iam non seruientes videre, ibi tum ibi tristia omnia, ac lurida anxietate scatentia apparent, prorsus vt tetri [f] ergastuli speciem illic videas ingenuis & candidis moribus inaccessi. Verùm (o lubricum ambitionis errorem) quid illud esse dicam, quod cordati alioquin viri, nec cupiditate transuersi, quum id quod diximus, & dicant

a Alecto quasi irrequieta & nunquam desinẽs interpretari potest.
b Spintriq; sunt inuentores rerũ nouarũ & iniquarũ.
c Aeruscatores sũt cogendarũ vndiq; pecuniarũ artifices.
d Sisyphidę sunt homines honores ambientes, à Sisypho q apud inferos lapidẽ vrgere in mõtis verticem dicitur, q idẽtidem ipse in imũ reuoluitur. q allegoria ambitio significatur.
e Tectorii op⁹, vt ex Vitruuio & Plinio nouimus, parietũ erat expolitio di recturas arenati & marmorati cõtinẽs, & super id colores inducebantur. cuius operis ratio tempore nostro omnino exoleuit, & pro eo tantum albariũ remansit in vsu. accipitur autem metaphoricè pro splendore rerum superficiario, vt apud Iuuenalem pro fucamento.
f Ergastulum locus est in quo mancipia vincta opus faciunt: quod hic ad aulam appositè transfertur.

A dicant & sentiant, vinculaq; ergastuli excipuloſa prouideãt: fit tamẽ, si propius adire detur, in ea se scientes prudenteſq; vt induant, quum tamẽ id ipsi maximè fugitare videantur? Vtrum quòd immemores in re præsenti fiut? an potius insinuantes in locum illecebrosum, oculis & sensibus & mente capiuntur? vtrum stulta fiducia freti, quasi exuendi nexus rationem teneãt, periculum facere incognitæ rei volunt? & eas plagas inire, quæ mihi tenaciores Vulcaniis illis videtur, quæ Martis Veneriſq; stuprum irretiuisse dicuntur? quas Homerus in [a] Odyssea tradidit nec oculis perceptas, nec so-
B lutiles, nec vi quãtalibet fuisse eluctabiles. Scilicet ille est error æternus mẽtis humanæ, quæ [b] carceres ambitionis transiliens, non percipit ita pronũ esse id stadium ad medium vsq; spatium, & inde ad metam sensim arduũ, vt illic nullo [c] sufflamine procurrentes bigæ contineri, hic vrgeri ad metam nulla contentione possint. tum demum aurigans altior iam spiritus sera intelligentia docetur nullum modum aut finem ambitionis esse, quum semel rationis frenos momorderunt cupiditas & elatio præceps, quasi
C [d] Aethon & Podargus equi duo iugales. His enim bigis Genius ille lucifugus (quem appositissimo, nisi fallor, nomine [e] Laoplanum appello, quasi mundi totius popularem impostorem) sapientes multos huius seculi per theatrum Reipublicæ administrandæ plausibili specie transuehit, & sæpe transuersos rapit. Sed vt apud Homerum Vulcanus Martem & Venerem irretitos, omnium deorum oculis subiecisse narratur, vt de iis quisque supercũm sententiam ludicram & cauillatoriam ferret, illiq; in rebus Veneris deprehensi, pœnas stupri penderent, in cõplexu obscœno & pudendo omniũ
D dieacibus oribus expositi: sic in cęcis illis interdũ laqueis videmus homines antea existimatissimos, nõ modo [f] Satyriscorum iocis ludibrio haberi, sed etiam bonorum grauiumq; virorum calculum atrum mereri. Etenim qui ad honores assumpti, quos obnixè ambiuisse noscuntur, nihil iam pensi habere manifestò reuincuntur, quàm sibi constanter factisq; suis congruenter loquantur: aut ita se in plerisq; rebus agendis gerunt, nihil vt quicquam laborare videantur, quàm conuenienter pristinæ vitæ degant, qua magnopere antea probabantur: quid aliud quàm fateri atque etiam profiteri videntur, se quæ olim rectè, quæ grauiter, quæ constanter egerunt, non virtuti & probitati, sed ambitioni, perditæ & cupiditati dedisse? An etiam fortasse secundæ res acrioribus (vt ita dicam) [g] specillis explorant mẽtes hominum,
E & inde ortum illud dictum, Magistratus ostendet virum, vt inquit Aristoteles? O sensus inops plerunque humana prudentia, quum eo se abundare maximè arbitretur! Visendum verò spectaculum, [h] pseudocatones irretitos videre vel [i] Roscios aulicos aduerso omnium cuneorum graduúmq; rumore se in dies magis ac magis in maculas implicanteis, quum interim tristeis frontes atterẽtes dictitent summopere iis plagis extricare se cupere,

a Vide Homerũ in octauo Odysseę.
b Carceres sunt repagula. i. principiũ curriculi, vnde cursores prodeũt signo dato: vel Circensib⁹ ludis aurigæ, quibus Prætor signum dabat.
c Sufflamen lignũ erat quod per rotas traiectũ in locis decliuibus inhibebat currus ne incitati⁹ voluerentur quàm op⁹ esset.
d Aethon, ardens: Podargus autem à pernicitate dictus est: q duo, quibus bigas suas iungit Hector apud Homerũ, hic metaphoricè pro cupiditate ſtagrante, & celeritate præcipiti ponuntur.
e Laoplanus dæmon, id est popularis impostor.
f Satyriscus diminutiue à Saryro deriuatur.
g Specilla sunt quibus medici explorant vlcera sinuosa.
h Pseudocatones vulgo hypocritæ vocantur.
i Roscii sunt artifices aulicæ simulationis. Roscius enim summus fuit histrio: cuius generis artificium simulatione constat, & alienæ personæ in theatro imitatione. Sic isti qui taxantur, simulatione vultuum bonos & comes sese ostendunt, cum re vera alij sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

planis illis triualibus omnino improbiores humi decumbentibus, qui quiritatu subdolo viatores ludificari solent, fidem hominum implorantes vt manum sibi porrigant. Itaque illud iam priscum nūc omnium ore in istos vsurpatur, [a] Tollat eum qui non nouit. Ego quidem certè in [b] ergastulo piratico [c] ad scalmum alligatus esse malim, quàm in illis plagis deprehensus, omnium ordinum probra impudenter obaudire. Sed præclarum illud, quòd ibidē vidimus, [d] Cynicos & Momos triduo Harpocrates factos. tanta vis est medicati calicis quem [e] Circe illa Dædala curionum magistra, jis aliquando propinat, quos ad sacra sua opertanea intromittendos censuit. At verò modesti & graues, vt apes exarmatæ, aspernabiles, virtute tantum & probitate macti hactenus iussi sunt esse. Itaque valeant isti: omnésque in Aristippea schola philosophantes, quos ego non philosophos, sed [f] sophophilos voco, non amorem aut morum aut sapientiæ, sed scitam quandam vafrámque amicitiam profitentes: quorum est illa [g] cyria (vt dicitur) doxa, id est placitum in primis ratum approbatúmque, amicitiam citra aduersam fortunam vltra aras colendam esse, qualem illam fuisse Theseiam fabulantur ad inferos vsque cum fortuna sequacem. Docti enim & probi istorum vitam offensatricem esse intelligentes, execrari & auersari debent: alioquin philosophiæ fructum quónam modo sperare possunt, qui grauitam sibi operam & statariam poscit? Qui autem in castris ambitionis & cupiditatis indecorè stipendia æráque merent, non statiuis illi mansionibus, sed [h] Nomadum moribus gaudent. Quomodo autem tranquillitate animi gaudere, aut omnino rationem quandam certam & probabilem sequi possunt, id est humanam vitam agere, quos immodicis affectibus obsequentes, nunquam secum (vt dicitur) viuere, nunquam apud se esse nouimus? Age quando eorum sensus vacare rationis postulatis credemus, eiúsque monitis auscultare, qui in ea officina opificium exercent, in qua festo profestóque, noctu & interdiu non cessatur? Nuncubi autem securi & alacres animo sunt, qui nullum portum tutum, atque à iactatione & tempestate curarum remotum respiciunt? Hoc quum in omneis valeat ambitione perditos, tum verò exitiabile propè est iis quorum vitæ institutum secessum ac secretum sibi poscit, quales sunt qui aris adscripti, ab aula non abnoctant. Iam primùm aulicæ ambitionis comites sunt, necessitas colendi eorum qui primos curionum ordines ducunt, & studium sese illis venditandi per omnia obsequia. Has sequitur timor offendendi eorum qui gradu aut statu dimouere ac deiicere possunt, aut ad maiora sensim aspirantes deturbare & percellere. At hæ sunt [i] remoræ quædam tenacissimæ omnium actionum à seueritate atque integritate proficiscentium. Eadémque officii fingendi auocamenta in eos quoq; valent, qui [k] procul ab aula ciuileis ordines regentes, fauonio quodam aulico impleri actionum suarum vela & processuum cupiunt: id quod nullo non tempore factitari à solertissimo

a Ex Horatio sumptū. Nec semel irrisus triuijs attollere curat Fracto crure planum. epist. lib. 1.

b Ergastulū piraticū est triremis in qua vincti remiges sunt.

c Ad scalmū alligari sunt ijs dicūt in triremi vinctos esse.

d Per Cynicos & Momos hoies palim obtrectantes significātur, ppemodū cōuiciū ijs facientes q rerū potiūtur. p Harpocrates ij intelliguntur qui obmutuerūt. Harpocrates enī silentij erat index in sacris.

e Circe Dædala. i. aulica cutia.

f Sophophilus est q sapienter amat: nō q sapiētiā amat, vt Philosophus.

g Cyriædoxæ Epicuri apud Ciceronē i Finibus est mentio.

h Nomades certas sedes non habent, pastoritiā vitam semper agentes.

i Remora piscis est echeneis Græce dictus, qui carinis nauium hærens, earum cursum retinere creditur: quasi remora pro impedimento ac retinaculo ponitur.

k Hoc dictum est in magistratus vrbanos qui aulicis se venditant.

à solertissimo quoque ambientium constat, ex quo sordere cœperunt & fastidiri mores planè ciuiles & vrbici. Hoc genus iam olim seueritatis aciem obtudit in omni parte administrandarum rerum, atque in omni ordine ferè maiestatem integritatis imminuit. Neque enim aliter incorruptus honos integritatis & officii vnicuique vel cutiæ vel ordini constabit, quàm si inter hos & illos erunt cōmercia direpta. O venefica beneficia, quæ à præpotētibus manāt! adeò nōnullos videas pridie ferociter probos, mādataq; potentiæ aulicæ ingenuè abnuenteis, postridie ita in obsequium compositos, vt [a] in nassam curionum beneficentiæ, ceruices prius inflexas inseruisse non dubiè iudices. Certè nulli crimini virtus adumbrata minus inficiando esse potest. Quis enim non intelligat eos inter metum ab illis, & pudorem ab his atque ab honestate, versare sententias, & in omneis partes vacillabundè torquere, ne in alteram partem magis vergant, quàm vel ambitioni institutæ vel honestati conuenit? Soléne est autem rerum potientibus, cuiusque ordinis decus vel aulici vel ciuilis, vno vel altero auctoramento ita sibi obstringere, vt in omni parte Reip. virtus libero motu vel habitu versare se nequeat: [b] vsqueadeo administratiuę vitæ & [c] prætextatæ ratio, moribus hominum iniquè cōparata est, nisi virtus sibi semper instans, aduersus insidias ciuscemodi excubet. Ita fit, vt toga ciuilis in vniuersum, modum suū vel classem supergressa, & alienæ culpæ contagione vel imbuta vel aspersa, maiestatem retinere sui honoris vix putetur. Hæc causa viros cætera egregios, in offensionem sæpe iudicii popularis primorúmque impegit. Hi autem & huiuscemodi errores sunt eorum hominum, qui Mineruam sapientiæ præsidem potentemque, nō [d] in Athenæo (vt ita dicam) sed in Larario venerantur & colunt. Nam Athenæum, id est ædem Mineruæ, ego instrumentum vtrunque fidei nostræ esse puto, in quo nos sapientiam quærere oportet, & venerari repertam: nō vt ii homines faciunt, qui sensu humano freti, omnia sibi consulta domi, id est in suopte sensu esse cōfidunt, quos erroris luculenti freno se & alios sæpe rexisse compertum est. Vt igitur viris prudentibus & doctis ad rerum publicarum administrationem accedere, & honores magistratúsque gerere ac petere interdum laudabile est & magnificum, contraq;, hæc omnino repudiare & auersari, inertis fortasse aut ignaui animi iure existimetur esse (id enim fert omnino ratio disciplinarū ciuilium) sic toto (quod aiunt) cœlo (vt appositè loquar) errare mihi videntur, qui se ambitioni vecordi quasi equo effreni furentiq; vehendos permisere. ii sunt autem qui nullo certo vitæ degendæ atque instituendæ consilio feruntur, sed quò eos cunque impetus tulit, & quà fortunæ temeritas aditum præbuit & transitum, inconsulto feruore rapiūtur. Atqui huiuscemodi nubigenas illos fuisse credierim, quos poëticæ fabulæ Centauros nominauerunt, homines quosdam semiferos, in equos desinenteis. Quo figmento quid aliud quàm eos homines significari putemus, qui ex humanis ac compositis sensibus in ferociam tandem equinam degenerāt? cuiusmodi illos esse videmus, qui rebus secundis insolescentes, mox è potestate rationis exeunt sensibus moderātis. Tum ciuilitatis ac pristinę sortis obliti,

a In nassam ingressi pisces retrocedere nequeunt. Sic hoies probi beneficijs aulicorū inescati, & semel auctorati, vltrà sui iurisnō sunt, sed obsequijs cogūtur à quibus ornati sunt & adiuti.

b Arduū est hodie integritatē seruare in administratiua vita.

c Prætexta insigne est magistratuum: quare prætextati pro magistratibus exaudiuntur.

d Mineruā i Athenęo non in Larario colenda.

Centauri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos qui in suo ordine sese continent, aut qui moribus municipalibus æquo animo viuunt, & eo acquiescunt quod sors ciuilis tulit, & natalium modus, aspernantur, & velut à se propulsant ferino calcitratu. Hos stimulat nó cal car æmulæ virtutis ad decus aliquod eximiũ secundo rumore comparandum (quod incitamentũ esse solet generosis mentibus ad publica munera capessenda, aut ad suscipienda magna egregiaq; facinora) sed inanis quædã aura vel popularis vel aulica, qua processus sui vela sinuari futiles homines gaudent atque triumphant: ob id fortasse Centauri appellati, quasi inani aura instincti, nec solidam ipsi nec verã gloriam consectantes. Quin & ipsis parentem esse aiunt euanidam quandam nubem, eorum (vt interpretor) indicem vanitatis, ipsam pro Iunone Ixioni eorum genitori suppositam ludibrio memorabili. Est enim Iuno dea præses (vt antiqui voluerunt) legitimi veriq; potentatus atque honoris. Proinde valeant isti [a] Ixionidæ literarum studii & philosophiæ derisores, & in amplexus se effundant vitæ sibi deamatæ. Nos enim literarum amore præoccupati, [b] riuales eorum esse nequimus, vt imaginario rerum secundarũ fructu certissima bona mutemus, quæ à philosophiæ amœnissimo studio manare didicimus. Vt autem hederam procerissimam quãque arborem complexa, nó antè eam dimittit, quàm sensim exutam & viuido humore exhaustam ad tabem necemq; perduxit nexu tenacissimo: sic ingenia præclarissima quæ sese prorsus ambitioni dederunt, non antè, quàm aliquid eis secus accidit, ab eius contubernio lento tenaciq; explicantur. Id adeò facile est ex cuentu iudicare. Quem enim vnquam istorum vrbana officia reducem habuerunt libero vltro citróque commeatu? Quisnam autem vestibulo istius ambitionis aliquo casu exactus, ita postliminio in ciuilem vitam rediisse visus est vnquam, vt non exulare magis in vrbe, quàm aulica prouincia decessisse vulgò existimaretur? Solenne tamen illis esse constat, qui mordicus postes aulæ, fibulasque prætorii omni ope retentant, vota clara identidem [c] Laribus in reditum nuncupare, quasi vrbanæ vitæ desiderium vltrà ferre non possint. Scilicet hic regibus labor est, aut ea voluntariorum comitum inopia premuntur, vt inuitos istos promissis ingentibus aut precibus retentent? Videlicet Gallia tam inops est virorum, aut reges nostri non habent vnde præmia sequacibus sui persoluant, vt vnus & alter muneris obeundi in sanctiore consilio aut in senatu castrensi & viatorio necessitate teneantur? O vanissima semper ambitio, in mendaciis tam apertis fidem tuam labefactas? Ecquis est hodie tam in rebus aulicis peregrinus, aut omnino in moribus hominum iudicandis tam minimè malus, tam hebes, tam corydon, tam stupidus, quin statim querulis istorum verbis illud prouerbiale reclamet, [d] Quære peregrinum? Est enim clarior istorum [e] Callipidarum frustratio, quàm vt quenquam non rusticum fallere queat, aut quo pacto latere. Num eos quotidie pedatim discedentes inde videmus, quo

Iuno.
a Ixionidæ Cẽtaurorũ germani & similes.
b Riuales sunt q eandem rem amant.
Ambitionis tenacissimus amplexus.
c Lar dẽ est domesticus: itaq; peregre redeuntes larem familiarem statim salutare solebãt.
d Sũptũ ex Horatio, Quære peregrinũ vicinia rauca reclamat. i. ẽre peregrinos nõ vicinos quib⁹ fidẽ facias. nos em̃ fidẽ tibi non habemus, vt qui te probè nouimus esse planũ & impostorẽ, mendacemq;. Vide Horatiũ ad Sceuã lib. 1. Epistolarum.
b Callipidæ in aula vasa semp colligẽtes, sed nunquã abeuntes. Callipides histrio fuit tragicus, vt auctor est Plutar. in apophtheg. laconicis: cuius meminit Tranquil. in Tyberio, & Cicero ad Atticum prouerbialiter, vt hic.

A quò singultim ipsos festinare videramus? Quòd si per detrectationem stationibus suis vel sacris vel profanis non absunt, quî conuenit, quum quotidie commeatum flagitare se dictitent, nunquam impetrare eos posse? vel quum in dies ampliora munera sibi suisq; impetrare noscãtur, non summa eos animi æquitate muneribus aulicis asseruire? De iis, vt arbitror, silendum est (ne sacrosanctam existimationem lædamus) qui augustam illam [a] causiam non vitæ sanctitate, non illæsæ famæ commendatione, non probabili
B aliquo consilio mereri, sed aulici ambitus decennali seruitute, sed amplissimi honoris sugillata reuerẽtia, sed fastus & insolentiæ spiritu instigante aliquando visi sunt. O rem præclaram, & Christianis institutis congruentem, honorem sacrificum aulicis officiis mereri. Absit autem vt id aut dicam aut sentiam, quod quidam incommodè faceti cauillãtur, aulam solere Gallicam [b] scurras albatos rasosq; circunferre, qui etiam ludibrio haberi se nec ignorent, nec ægrè ferant. Illud certè præterire nequeo, quod vidimus, nódum planè comploratis pontificibus [c] epitaphios illis agonas in aula quasi parentalia certamina ab istis excitari, non ludicros, sed capitales, tam adC uerso rumore, vt puderet nos audire. Vtinam autem huius culpæ rei arcessferentur, qui in omni vitæ parte vitium aut peccandi licentiam profitẽtur. Sed quid illis futurum est, qui frontem præ seueritate obducere non desinunt, & turpium facinorum exempla prodere non erubescunt? & post hæc etiam simulatio fallere nos sperabit? [d] Mitto nunc [e] sectoriam eorum improbitatem, qui exuuias sacras non modò viuentium sed etiam stantium ambulantiumq; petũt, quandoquidé magnorum virorum auctoritas huic crimini vt aliis obtenditur. Reuertar ad illos purpuræ candidatos, qui obD scuris sæpe natalibus orti, & nullo ingenii ornamento præditi, regibus æquales videri, eorumq; amici maximi vocitari cupiũt. Quid enim est quod tantopere iam admiremur beatulas illas [f] causias, quæ sordere in Francia præ multitudine gestantium, eorumq; leuitate videtur, qui ne in sacrosanctis quidem & visendis gestaminibus augusti vel venerãdi esse possunt? Pridem id decus, vt eximium & opimum, [g] regalibus tantum extis promitti videbatur, vt decebat: nunc minorum etiam honorum auspiciis & pleE beiæ fortunæ nõ negari videtur, ex quo [h] inauratis cornibus hostiæ passim litare cœperunt. Quis enim hos iam magnopere suspiciat, qui haud ita pridem vnum viderit [i] dibapha purpura ferocem æmula candoris beatissimi, quum cohortem ipse purpuratam quocũque post se traheret, inter eos tam eminens, quàm inter galeritas vpupa? Species igitur nunc eadem & dignatio, auctoritas ad populum non eadem. Neque verò in vniuersum horibus auctoritas sua restituetur & maiestas, priusquam sordidis aut pusillis ingeniis summæ decora virtutis petere fas esse desierit, & sacrosanctos

a Causia gestamẽ capitis regiũ solis calorẽ arcẽs: & plerunque purpurea erat. hic ,p galero put purco ponitur.
b Albatos scurras appellari puto episcopos q scurrilẽ leuitatẽ in verbis & gestu p̃ferunt. Albati enim sunt candida toga induti.
c In cõpetitores sacerdotiorũ factiose dimicãtes. Agones epitaphij dicebanf certamina nouendialia quæ in honorẽ exequiarum in funeribus fiebant: qđ hic trãsfertur ad cõpetitorum ambitũ, & quandam quasi dimicationem eorum qui exuuias sacras petũt.
d In eos qui sacras sibi ,puin- vt iamiam
cias petunt ante tempus decessionis. e Sectores hic appellãtur metaphoricè ij qui sacerdotia viuentiũ vt iamiam morituror̃ ambiũt. sectores enim sunt ,ppriè hodie qui cõfiscationib⁹ ditescũt, quasi prædã sequẽtes. f De galeris purpureis. g Sacrificantes olim exta aspiciebãt, ex quibus ij qui extispices dicebãtur, futura sacrificanti prædicebãt. Regalia autem exta dicebantur, ex quibus regnum portẽdebatur: ad quem morem nunc alludit. h Victimas inauratas significare puto precium tanti honoris cum venalis esse cœpit. i Purpura dibapha dicitur quæ bis tincta est vt eius intensior ac flagrantior sit color, quæ hic galerum cum legatione significare potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amplissimoſq; ordines rerum nostrarū ſumma nundinari, capitale esse cœ- f
perit: quod vtrunque nobis videre vtinam mox contingat. Summa autem
disputationis eò pertinet, vt intelligatur eorum gloriam qui ſummum bo-
num in loculis conditum esse putant, vel fascibus aut infulis * maiorum
auſpiciorum adhærere, mortuis illis superstitem esse nō posse, iisdemq; fæ-
pe morientibus, aut gradu potentiæ deiectis (quod mortis instar ciuilis pu-
tatur esse) pro sperata gloria infamiam agnasci, aut certè perpetuam igno-
miniam. Eius rei quum innumera sunt antiquitatis documenta, tum ve- g
rò recentia proferre nunc exempla possemus, si id ad rem pertineret. Quo-
tum enim quemq; vidimus aut meminimus istorum integra persona atque
b integro statu decessisse (vt iuris verbo loquar) qui nihil non viuentes ho-
nori tribuerunt? Porrò autem vt fugacissimus semper splendor est gloriæ
pigmentis adumbratæ: sic veræ, eminentis & expressæ claritas, nulla carie,
nullo situ vetustatis exolescit. Et est eiusmodi gloria non in æs aut in auro
incisa, vt illorū: sed stylo exacuto & splendēti impressa cedrinis in tabulis,
quæ carie non intereunt, & quæ restibili traducum natura prodantur in o-
mne æuum. Atqui huiusmodi est gloria, non opum congestarum, nō vitæ
per summos honores indecorè transactæ, sed rerum egregiè vel gestarū vel pl
scriptarum, quæ in alios aliósque traduces propaganda, æternitati dedicata
quodammodo videtur. Porrò autem vt sine aqua & igni sacrificium aut
consecratio non rite peragitur: sic sine stylo & eloquentia, nullius aut prin-
cipis aut populi gesta ad posteros inclarescere possunt, æternæq; memoriæ
commendari & consecrari. Proinde etsi antehac memoria nostra quidam
homines, officinæ magistratuū honorumq; præfecti, cupidè fecisse noscun-
tur, vt viri tum studiosi & literati, tum innocentia modestiaq; præditi, parū
plausibile nomen in adytis aulicis habuerint, quasi ab actu rerum reiecta- I
nei: contraq; imperiti & procaces, & in tenebris perspicaces, vel earum re-
rum emaces quæ in commercio proborum pudentiumq; nunquam fue-
runt, pleraſq; Reipub. partes nominū suorum fama, læta, tristi, ancipiti, cua-
riante replerent: non ideo relanguescere studiosorum hominum ingenua
contentio debet, aut philosophantium. Est enim, est abunde philosophis,
geminos illos fructus sperare, Euthymiam & Euthanasiam, res duas quam-
maxime mortali expetendas. Illam scilicet beatam & constantem numeris
omnibus securitatem, duntaxat quod ad bona corporis & fortunæ perti-
net: hanc hilarem animi, ac spe bona perfusam in morte æquitatem. Illis au
tem c perditè ambitiosis, quódnam esse maius supplicium potest in vita &
per aulicam gesticulationem agenda, quàm hominem in corde conditum,
qui non nisi veritati seruire potest, ab homine externo conspicuóque dissi-
dere, qui scenæ tantum ipse ac populo se ostētat, ad oculósque theatri qua-
si ad speculum non afformat, sed affingit? Quis enim istos d Chamæleon-
tes ignorat, reconcinnantes sese identidem ad mores aulicæ potentiæ, vt ta-
bulas olim suas clarissimus ille pictor Apelles reformare solebat ad vulgi
iudicium? Est autem id natura comparatum, mentem malè sibi conſciam,
cum homine externo ac vultuoso dissidere, hominémque etiam hominis
pudere,

a Auspicia maiora, maiores honores & magistratus significāt. nullus ēm magistratus inauspicatò creabatur.

b Integri status non decedit, cui post mortē crimina obijciuntur.

Vera gloria & expressa.

Eloquentia publicè necessaria.

c Contra simulationem aulicam.

d Chamæleon, p homine subinde mutabili ponit, quia chamæleō paucissimū aīal idētidē colorē mutat & formā, vt auctor est Arist. i. iiij. de hist. aīalium: & sic ipse vtitur in primo Ethicorū, & in 4. de partib. aīalium. Plin. lib. 28.

A pudere, quum vi veritatis cæca intus tormenta admouentis, fateri quisque
cogitur apud acta rogitantis conscientiæ suæ, se non eum esse hominem,
quem vultus profitetur. Atqui isti quos solertes aulicos & veteratores ap-
pellari videmus, quum per omneis vitæ actus personati ludiorū more vi-
deantur, non intelligo quidnam affirmare possint seriò se in Repub. aut bo
na fide egisse. Certè in iis quæ ad verum fiunt, locus præstigiis nullus est: &
vt bona fides se ad manum aspiciēdam & contrectandam præbet, ita simu-
latio se vultuum inuolucris multiplicibus occulit, & versicoloribus. Pròh
B superi immortales, quid est, si hæc impostura & fallacia non est? Si enim
compositi istorum vultus cum cordis motu turbulento dissident, quónam
tandem modo insontes esse possunt? Atqui hoc poscit veritas, quam nobis
Christus non modò in terris agens præiuit, sed etiam lege promulgata præ-
scripsit, vt quandò natura sympathiam esse inter mentem & frontem eius
iudicem censuisset, summopere id videremus, ne homo qui in fronte emi-
net, & toto se promit aspectu: simul * is sermo qui in ore versatur, & in au
res se insinuat: ab eo homine eoq; sermone dissiderent, qui extra præcordia
C caput non exerentes, interiores vocantur. Quid autem totos dies precamur
& à deo petimus, nisi vt fiat voluntas eius in cœlo & in terra? At id quid
aliud significat, nisi nos docet & hortatur, vt corpus cum animo congruat?
materia à forma non discrepet? homo ipse interior & exterior idē sit? Quid
igitur iis hominibus facias, quid cum iis differas, qui aulicarum cerimonia-
rum antistites esse volunt, & simul probitatis opinionem atque etiam san-
ctitatis aucupari? Proinde qui vtilitatis aut potentiæ assequendæ nimium
studiosi, ad istorū mores se afformare cōtendūt, vt summis curionibus indu
stria suam probent: ii nō modò literis & honestati salutem, sed etiā Christo
& veritati vt dicant necesse est. Ita sequitur, si Stoicis confectariis eos vrge-
D re pergas, vt hanc ab inuitis confessionem exprimas, ad gloriam se & beatā
vitam comparandam non supernate via, ærumnosa quidem ipsa & confra-
gosa, sed infernate plaustraria & militari progredi. Et hanc autem & illam
ineuntibus viam, vadimonium tandem ad summum tribunal obeundum
est, quod in incertū diem cōstitutum, nullis nec opibus nec fascibus b cō-
perendinari potest. Quando igitur tandem ipsi aliud semper agentes (vt di
citur) causam sibi dicendam meditari videntur? qui aduentante sæpe sum-
mi & vltimi imperii viatore, & interdum lictore, diem vel perendinum vel
E cras tinum iamiam dicturo, consilia de ineundis (o cæca mens hominū) ho-
noribus nouis agitant? En cur disciplinarum cultum, cur literarum elegan-
tiam, humanitatem, lepōrem, amœnitatē homines abiicere debeant, & phi-
losophiam denique ipsam floccipendere, rerum humanarum diuinarumq;
interpretem, tranquillitatis ac securitatis parentem, quod summum in hac
vita bonum est: ex qua non opes vulgares & aspernabiles sperare & parare,
sed velut ex cornu Amaltheæ summa omnia possunt haurire & copiosa.
Quid enim non inuenias in pandectis illis germanæ philosophiæ? Sed sci-
licet hæc homines in terram in eiusq; viscera cernui & intenti, c Alcinoi
(vt dicitur) apologum esse credunt, aut d Arimaspea carmina, res illa quidē

a Sermo interior & exterior ponit ab Aristotele.

b Cōperendinari vadimonium dicebatur, cum dies iudicio cōstitutus, in perendinū diē id est tertiū reiiciebat.

c Alcinoi apologus apud Homerum.

d Arimaspea carmina. Aristeas Proconesius poeta antiquior Homero, vt auctor est Eusebius in decimo de præparatiōe euāgelica, scripsit historiā carmine de Arimaspis hyperboreis ad ās nemo accessit: sed eius animā creditum est è corpore exire vagatiōq; solitā, & vicibus in corpus redire: qd ex Herodoro videtur sumptū lib. 4. qui Melpomene dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Phęaces hic ,p credulis & stultis ponũtur. Alcinoo eñ Corcyræ Regi & eius populis phęacib⁹ Vlyxes Lestrigonas & Cyclopas & alia mõstra à se conficta narrabat, & ijs oia vera eẽ persuadebat. vnde Iuuenalis, Tã vacui capitis populũ Phęaca putauit. b Axiomata aulicacademiæ. Axiomata dicũtur ,propositiones maximẽ rarę,q̃ ita certę sint, vt demõstrari nequeant: sed ex ijs demõstrentur alię. Hę ,propositiones principia disciplinarũ sunt, & latinẽ postulata & prolo quia dicũtur, vulgò maximę appellantur. c Plutacademica ,ploqa. Pluros græce opulẽtiam significat. ide plutacademicã appellat philosophiã, cuius fines sint bonorũ & malorum diuitię & pauperras. à Pluto autem, id est diuitijs, Pluto deus dictus est, vt latine dis. alludit igitur ad Plutonis fanum, vt significet illius philosophiæ dogmata ad orcum tandem tendere. d Memorabile dictum Esaiæ, Esaiæ cap. 65. e Philosophiam homini esse necessariam.

visendas, sed à nullo visas enarrantia: eosq; * Phęacas esse putant, qui animi bonis capti, eò spes omneis suas referãt, quò nemo viuus accessit, & vnde nemo rediit. Sic plagiarius ille dæmonarches lucifugis emissariis animos humanos solicitãs, à doctrina philosophiæ abducit, & velut ex Iouis quõdam liberatoris præsidiis, sic à præceptis Christi deductos & abstractos, aulico nexu adstringit, vt omni religione liberet. Inde illa præclara b axiomata aulicacademiæ, In eos semper mores vergere, in quos aula prona sit. Corpore & anima aulicæ potentiæ asseruiendum esse ei quidem, qui aliquo in numero esse velit. Fortunatos magis quàm probos obseruandos aque colendos esse. Eum demum rectè in officina aulica perpolitũ esse, qui omneis numeros simulationis teneat. Impudẽtiam & dissimulationẽ prę sentissima duo numina viris acribus & industriis esse. Odia & simultates in loco ponendas esse, vicissimq; resumendas. Nunquam offensionem condonandam nisi fortunatis esse. Inimicos in articulo oppressos ad internecionem proculcare. Tum illa c plutacademica in æde Plutonis inter oracula cõsecrata, Qui rem facere velint, diuinis præceptis aliquantisper obaudiẽdum esse. Tanti esse vnumquẽque, quantum possidere videatur. Qui pauperiem fugere per fas nefasq; nesciant, iis superos non dubiè iratos atque aduersos esse. Malè de se hæredibusq; mereri, qui religiosè rem ampliat. Strenuissimi cuiusque hominis atque ingeniosissimi esse, penates suæ gentis architectari vel promouere quàm potest amplissimè, in eisq; rem augere q̃ cumulatissimẽ. Qui in hac vita inter armentarios censi sint, in futura etiam subulcos fore. Primarum enim classium homines in altissimo quoque ordine cælitũ pro portione beatos ac diuos fore credunt. His & huiuscemodi prologuijs & enunciationibus homines in Plutonis porticu philosophantes, dogmata mirifica adstruunt, in quorum assiduis commentationibus ego nullam erroris intercapedinem & vacationem esse puto. Etenim quum timor domini auctor nobis esse debeat omnium rerum expetendarum atque fugiendarum (nam absq; eo digitum tantum exere, & peccabis, vt inquit ille) quõnam modo rationis habenis regũtur, qui plus fortunæ & temeritati cæcæ quàm veritati atque pietati tribuunt? in quos inuehens d Esaias sacrorum vatum facilè princeps, fortunæ eos mensam appositurum esse testatur, ac super eã libasse. Aut quî conuenit eam vitam hallucinatricem nõ esse atque offensatricem, quæ per densissimã caliginem rerum humanarum ingredientes (quã vitam aulicam esse dico) nulla prælucente face sapientiæ nec doctrinæ lubris, rapidè promouetur? Atqui sapientiæ præcepta & monita nemo sanctis sine oraculis nouit: & eorum oraculorum antistes est philosophia. Ita patet e sine philosophis aut sine philosophia vitã rectè institui ac commodè non posse. Quum enim mens humana, quæ principatum animæ teneat, iudicium rerum facere sine sensibus corporeis emissariis suis nequeat: illi autẽ partim suapte stoliditate hallucinantes, partim ab noxio genio, circumlatore

A latore ipso & * archiplano solertissimo, circunuenti, rerum sensilium species falsò ad eundem principatum deferãt: fit vt mens in arce humani corporis sedens, nec cauendas res nec admittendas iudicare probè, sciteq; possit agnoscere. Accedit, quòd prouidentia, quos in b album illud suum atq; æternum retulit, eos fortunis interdum euersos, alioqui quoque malè mulctatos exercet, & per tolerãtiam insontem & inculpatam ex sententia sua probat: istos autem fortunatos, & temeritatis alumnos, arbitrio suo ipsorũ
B & prudentiæ permittit, cui nimium ipsi confidunt. Quos genius ille impostor excipiens, præstigiisq; allectos sibi mancipans, ideo quietos à molestiis, & sarctos (vt dicitur) & tectos ab omnibus tuetur incommodis, incautiores vt eos securitate inoffensa in dies efficiat. Scit enim in huiuscemodi homines liberam sibi cum volet manuum iniectionem fore. Inde ille stupor humani iudicii euentus rerum admirantis, atque in errorem sæpe eorũ reuoluti & implicati, qui negant prouidentiam. Superi, vestram c fidem: adeó ne erroris perpetui nebula nos offudit tenebrarum ille præses, veritatem rerum vt cernere ne sole quidem illustrissimo possimus? Adeó ne Geryones ille tergeminus, d superbia cupiditas & voluptas (tres aduersarię po
C testates è terra & inferis enatæ) infestus est ætati nostræ, vt sapientiæ præcepta toties inculcata, memoria fideli complecti, & compressis (vt dicitur) manibus retinere nequeamus? Nonne omnia quæ videmus, à deo prædicta sunt? An alterum tandem Herculem expectamus post e Christum Alexicacum, qui monstra hæc è terra atque ab inferis ad hominum perniciem emissa, conficiat? An vt iterum ad Troiam magnus mittatur Achilles? & iterum Christus humanitatis decus redeat, oculisq; nostris conspicuus occurrat? f O cæli & terræ omniumq; animorum conditor optime ac maxi-
D me, omnium seculorum illustrator & insignitor, omnium errorum explosor, & morum emendator: qui regnis & prouinciis præstites genios & consiliatores, eorumq; rectoribus prouidè statuisti, quiq; principum mentes freno cuæ prouidentiæ regens, flexanimo sæpe numine à studio rerum noxiarum & exitiabilium, ad honestissimũ quodq; propositum saluberrimumq; detorques: erit ne seculo nostro tempus, quãdo homines suo magis ac proprio censu, & dotibus à te profectis, quàm fortuita possessione rerũ fluxaq;
E publicè censebuntur? Neque enim ante id tempus futurum videtur vt solidæ germanæq; virtutes in Francia eluceścant, quam tu in deliciis habere existimaris. Atqui antehac raras prodeunteis in publicum videre nobis licuit: etiam si in vmbraculis secessus & priuatæ vitæ latuisse credimus. vnde factum hisce paucis annis, vt per omneis ordines illa quæ dicuntur catorthomata, apud nos requirerentur, id est præclara quædam virtutis exempla, numeris omnibus officii publici absoluta, quasi officia in administranda Repub. ad amussim virtutis directa & emendata. Nam cum in paucis faciis seminarium beatorum haberemus atque copiosorum, quid mirum est si inuisa publicè virtus, ab iisq; è proscenio exacta, qui g choragium nostrũ

per enim perstat in metaphora superius suscepta.

a Archiplanus dicit dęmon planorum omniũ impostorũq; caput. b Relati ĩ albũ æternæ prouidentię, prędestinati. c Fides auxiliũ significat, vt, dijs vestrã fidẽ, apud comicos. fides etiam persuasio ẽ certa de aliqua re, vt fides catholica. Hic autem alludit ad fidem, id est pietatẽ diuorum. d Ex epistola Iohãnis cap. 2. Omne qd est in mundo, &c. e Christus verè fuit Hercules Alexicacus. f Exclamatio cõtra iniquitatem temporum. g Choragiũ, instrumentũ scenicum. hic autem metaphoricè pro magistratib⁹ regni ponitur. sine enim magistratib⁹ homines in mediũ quasi in proscenijũ prodire nequeũt & documentũ sui dare. sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in potestate sua improbè tenuerunt,post scenam latere voluit:aut [a] in cuneos se stipare promiscuè sessitantium? quandò nec ei [b] stare in medio licebat per temporum iniquitatem,nec [c] in ordinibus sedere promptũ erat per sordes omnia nundinantium.Falsò igitur literarum studiosos nonnulli criminantur vt vmbratili vita marcentes,vt in luce atque celebritate torpentes,vt rebus gerendis honoribusq; inutiles. Nam qui in solem prodire, & aulam interuisere sine contemptu sui literarumq; suggillatione nequibant,non inuiti faciebant fortasse, vt in exhedras & porticus, & in omnia virtutis & philologiæ diuersoria se conferrent, quasi in præsidia quædam philosophiæ amœnissima.Neque enim tum innocenter actuosum esse,nec gratuitò licebat,integraq; existimatione in publicũ prodire, vt quidem erat hominum opinio.At verò iidem ipsi si mox fortasse edictũ principis exierit(paulisper enim ariolari iuuat) vt homines iam non prædiis, non supellectili, non aliis pignoribus obnoxiis fortunæ,sed cultu atque ornamento ingenii,& mundo(vt ita dicam)non muliebri, sed virili censeantur, in quibus nihil licet fortunæ pignerari:iidem inquam ipsi caput illico prolatum sunt non abiectum,non abditum, non demissum, sed aduersus fortunæ & temporum iniquitatem vt conditum,sic erectum,quos nonnulli opinione falsa ducti,gaudere nunc putant [d] blattarum contubernio:& qui tum non nescii eorum improbitatis qui fatorum vim modumq; in Francia temperabant,boni tamen consulebant studio se literarum,auocamento Reipub. amœnissimo,distineri:ii si aditus publicos patere virtuti senserint in posterum,ad professionem sui non inter [e] proletarios, sed inter mente cordeq; censos continuò coibunt,omniq; instrumento vitæ ciuilis per virtutẽ agenda:tumq; illi classici fortasse ludibrio habebuntur,qui nullum testem locupletem aut fide dignum esse credunt,qui non idem copiosus sit,opibusque circunfluens. Neque verò philosophia lucifuga est, neque iners,neque ocii gaudens veterno, neque desidiosè sellularia, vt multi criminantur: neq; non ipsa [f] rebus gerendis vacare potest,& forẽsia induere, prætextatáq; videri,cum tempus ita tulit,& decus eam ad id prouocat:sed dissimulationẽ, sed fœdam assentationem,sed [g] desultorias amicitias,anniuersariasq; mora mutationes auersatur: nec sub comico vultu tragicas simultates occultis: quibus rebus nostro tempore in aula maximè quæsita est auctoritas,& retenta. Quemadmodum autem Socrates olim philosophiam è cœlo in vrbes deuocauit,& coëgit de rebus ad ciuilitatem pertinentibus disputare,sic philosophos quosdam rebus gerendis idoneos, in forum ingredi aliquando & in publicum prodire decet, industriamq; suã approbare in Repub.egregiè ac strenuè administranda. Quòd si interdum studiosi homines in celebritatem vel ciuilem vel aulicam non prodeunt, non ob id delitescunt,sed velut ex [h] conspicilio honesti secessus iactationes atque æstus ambitionis obseruant

a In cuneos se stipare,priuatæ vitæ se reddere.
b In medio stare, i actu rerũ esse inter aulicos.
c In ordinib⁹ sedere,i magistratu esse municipali & munere aliq; fungi.
d Blattarũ contubernio, tenebrosa loca sunt,& nulla luce illustrata.propter quod Vergil. eas lucifugas appellauit.
e Proletarij dicebãtur hoĩes inopes, & nullo cẽsu i classes redacti.hic p trãslationẽ dicunt ,proletarij qui nulla dote aĩ,nulla ingenij ac ciuilis prudẽtiq; facultate cẽsẽnt, & cõmẽdabiles sunt.
f Philosophi reipu. administrãdę nõ inepti,& gerẽdis magistratib⁹ accõmodati.
g Desultoria amicitia dicit nec vera nec cõstãs sed tẽporiũ seruiẽs, & ex vsu & cõpẽdio amãtis institura,ob idq; mutabilis & varia ,p cõditione tẽporũ. h Cõspicilũ nõ tm oculus subsidiũ significat,sed etiã fenestrã clarratã & minutis cãcellis obtectã vnde ĩ vias ,pspiciũt hoĩes q sese e via videri nolũt:qũ obseruatoriã fenestrã.Hic autẽ metaphoricè pro priuata vita ponitur in secessu acta, vnde homo ignotus vel in publicũ raro ,pdiẽs velut ex occulto res gestas eorũ inquirit & adnotat q administrationi rerũ præfecti sum

A obseruant, & in eos homines perspicaci æstimatione inquirunt, quos fortuna famaq; omnium oculis auribusq; exposuit.Quis enim eo tempore libens in rerum actu versaretur,cum quidam [a] ob redundãteis opes, nec innocẽter quæsitas, nec sine publica calamitate,beati & primarii homines atque etiam summæ sortis haberentur:qui si nunc ad calculum seuerè reuocarentur, talentum vnum auri [b] puri, probi, sui(vt fuit olim in sermone) demonstrare nequirent?quũ viri ingeniosi,& cultu doctrinæ elegantis perpoliti,aut quacunque eximia facultate cõmendabiles, à comitiis aulicis exB ploси,& tanquam sexagenarii de ponte deiecti esse dicerentur?quum fœcũda virorum bonorum doctrina fugeretur, totoq; orbe accerseretur quod priuatim fructuosum,in vniuersum luctuosum esse ab omnibus cernebatur?quum re nulla magis homines crescere, quàm cothurnatis facinoribus tragicisq; ausis cœpissent, non legum constitutionumq; conniuentia (quas multas sanè & præclaras habemus)sed præpotentium hominum coitione, qui omnia præsidia reip.constituendę occupauerant?quum in sinus priuatos & exiguos amplissima respublica clarissimáque cessisset, quæ in capite C [c] redimito, grandi quidem illo & augusto,sed infirmo,iamq; nutanti,sedere non poterat?quum inopes repentè facti diuites, mutationem fortunæ fastu & improbitate sermonis profiterentur? quum ii ferè soli opima decora ab optimo principe ferrent,quos nobis malorum omnium sementem fecisse nobilitas nõ obscurè ferebat,& populus obmurmurabat? quum summæ cupiditatis & licentiæ omni lege pudoreq; solutæ virus, lenta contagione manans,omneis penè bonos mores & honestos paulatim imbuisset?deniq; cum in ea quæ à cura rerum humanarum diuinarumq; curia(vt opinor)appellata est,ita sibi quisque gẽtilibusq; curaret, & solicitus esset, vt maximus quisque curio maxima incuria maiestatis publicæ ac diuinę teneri credereD tur?iiq; maximè negocia reipublicæ populoq; facesserẽt,quos caput & fortunas opponere pro populo decebat, ac vitæ etiam discrimine intercedere ne quid grauius aut turpius in remp.decerneretur? Hæc enim omnia cum nostra ætas & meminit & vidit,tum verò aliàs plerunque imperii nostri felicitati incommoda fuerunt. Cumulus autẽ indignitatis fuit,quum [d] iam eò ventum esset, vt [e] nauclerus tantæ nauis fatali incuria,vel fiducia potius inconsulta,nec in prora,nec in puppi sederet:ac ne impendente quidẽ tempestate nautarum officia viceq; recognosceret: nec qui ad clauum sedebãt, rerum communium iacturam ad se pertinere magnopere arbitrarentur, doE cti iam olim ex naufragio fragmentum arripere: certumq; etiam nauclero ipsi esset extremam potius necessitatẽ expectare,q̃ nouo supplemento protelare,hiante maximè auaritia, ardente inuidia & simultate, languente pietate, exolescente sceptrorum pristina maiestate,iam nec superi nec mortales extrema deformitatis exempla ferre possent. Hæc & huiusmodi alia ideo frequentius in hoc opere meminisse mihi subiit,quòd homines ipse queribũdos idẽtidem memineram,eas res ætate nostra Franciæ contigisse, quæ gentem bello paceq; clarissimam, in ordinem degenerum socordiumq; popu

a Insignis indignitas ĩ aulicis rerũ actibus.
b Purum probũ suũ aurũ dicebant quod sacrorũ cã cõferebat. Purũ erat quod spurco actu quæsitum non fuerat. Probum, quod obryzum:suũ quòd propriũ conferentis esset, nõ alieno admixtum.
c Redimitũ hic diadematũ ĩtelligendũ puto.
d Nouissima tẽpora regis Ludouici significãtur.
e Nauclerꝰ nauis, latine nauicularia dicitur.i.nauis dñs,cuius periculo nauis agit̃,& cuia est summa potestas. Hoc in regẽ Ludouicũ dictũ, qui in demortuorũ magistratuũ locum plerũq; nullos sufficiebat, nec in eos regia seueritate ĩquirebat, quos summo rerum actui præfecerat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum coegisse videbantur: siue id culpa vnius contigit, siue fatali inclinatione rerum. Atqui maior esse nulla potuit indignitas, q̃ summa nobilitate & doctrina à gubernaculis inclytę gẽtis deiectis, quasi flosculis regiæ coronæ decussis, homines haud clara sorte natalium ortos, summa infima & media in potestate habere, qui nec ius nec fas nec æquũ bonũq; nossent, nec bonis æquisq; omnino bene cuperent, triaq; tantum illa verba fari possent, do, dico, addico: quum regni opulentissimi bona, quibus collibitum esset ita dilargirentur, vt sibi necessitudinibusq; suis bellissimum quicque reciperent, reliqua præcerperent. Vnde contigisse videmus, vt in gurgustiis quidã nati educatiq;, domos ac stirpes architectati sint grandiorum penatium æmulas: quæ triduo excitatæ, publicoq; dispẽdio expolitę, haud scio an moxcollapsuræ sint, si summus tandem Iupiter in membranas cælestes respexerit, vt est in Græcorum prouerbio, id est, si merita cuiusque ex actis diuinitatis & commentariis supernis recognouerit. Nuper autem quum res nostræ in eo ferè statu essent, proh suprema prouidentia, quódnam nobis documentum tuæ potẽtiæ, fluxæq; felicitatis dedisti? Nam quum hæc postrema simul scriberentur à nobis, simul liber sub pręlis impressorum supra dimidiam partem exactus esset, ecce calendis Ianuariis [a] sublato rege Ludouico (cuius vtinam cum manibus deus gratiosẽ & clementer egerit) tanta vno die mutatio rerum facta, vt qui prius digito cœlũ attingere posse sperabant, protinus humi serpere, demissoq; animo viderentur, nec funebribus lachrymis (vt assolet) sed veris & intus obortis lugere & deplorare vsque adeo occasus ille multis salubris (vt quidem nunc spes est vniuersorũ) paucis esse maleficus & noxius visus est. [b] sideratos esse diceres, qui ante triduũ omnia ad se cum fortuna trahebãt, vt ferè est solẽne in vicissitudine huiusmodi rerum. In vniuersum autem is erat habitus animorum & vultuum, diuturnas vt sordes reip. excussas esse crederes, vt in luctu [c] hilaria sanè festiua celebrare videremur. Secutus est vnus & alter dies per munificẽtiam & benignitatem trãsacti iam diu desuetas, quum rex nouus idem primusq; [d] Franciscus, sed regere iam diu eruditus, ac populo charissimus, tyrocinium regni faciens, ingenii sui specimẽ ordinibus præberet salutatũ coëuntibus. In quo sceptrorum auspicatu, quum ipse intẽtissimè obseruaré, verba multa audiui feliciter ominosa, signaq; adnotaui: quæ si ratum nobis auspiciũ non faciant ad id quod publica vice optamus & speramus, non video quid posthac mentes humanæ augurari debeant, aut quando nobiscum prouidentia in gratiam reditura sit. Certè in funere [e] tripudium solistimum fuit. & festa frons reipub. quicquid inde pręsagiendum fuit. Nam & ante triduum [f] fulmen læuum per totam propè Frãciam extiterat, quod antè nemo meminerat eo tempore ne in vno quidẽ loco accidisse: omninoq; ea tunc hominum cõstans erat opinio, hactenus expiata nostra esse peccata, Francisci regni maiestatem suo genio restitutã. Post id prodigium vna & altera non

Iuppiter ĩ membranas suas respicit.

a Mors regis Ludouici duodecimi.

b Siderati dicuntur q velut astro aliquo percussi repentè exarescunt, vt arbores quæ vento noxio afflatæ retorrescũt

c Hilaria festũ diem significant nõ absimilẽ illi quẽ pridie quadragenarij ieiunij ineuntis vulgus celebrat.

d Franciscus rex.

e Tripudium solistimum auspiciũ erat Içrum, quo stati à pullarijs nunciato Consules aciẽ instruere solebant, vt videre est apud Liuium libro decimo. significat & lætitiam populi pedibus supplodentis, veluti saltantis. tripudium enim à terra pausenda, id est ferienda dicitur.

f Prodigiosum fulmen.

A interceſſerat: venit ad me homo mihi & affinitate coniunctus, & amicitia ſumma deuinctus, [a] Franciſcus Deloinus, regius cõſiliator in prima & honoratiſſima decuria curiæ centenariæ, inter primos Iuriſconſultorum his & literis & ſtudiis maximè & fauens & incumbens. Is quum me in hoc opere valde intẽtum offendiſſet, cuius finem vrgebam, ne impreſſores opus accelerantes mihi anteuerterent, inſtitit mecum hac de re contendere, non tam quòd à me ea de re diſſentiret, vt poſtea intellexi, quàm vt mecum diſferendo, ab nimia me auocaret ſcribendi contentione. incaluerat enim mihi animus præſentiũ tunc rerum indignitate meditanda. tum velut [b] proB ludens, quum ponè ſtans vidiſſet quæ ſcribebam, Ohe (inquit) odioſè facis atque refractariè, qui tempori & fortunæ animum accommodare non labores. Quid enim tantopere ſtudium hoc ſapientiæ aut liberalis omnino doctrinæ exoſculare, quod frigere nunc in aula tu quereris, ignorantiæ patrona? Inania enim nunc nomina videmus doctrinæ & virtutis algere, & ſtudia literarum damnoſa amãtibus ſui eſſe. Quid mirum? inquam, quum & ea quæ de ſuperis inferiſq; traduntur, quæq; tot ſacris monumentis, tot oraculis, tot ſanctarum animarum elogiis conteſtata ſunt, vix tertius quiſq; C iſtorum non argumẽta tantum dramatica eſſe putet, ſi quidem hominum mentes ex habitu geſtuq; ſerioſo, non ex ſermone tantum ſpecioſo æſtimẽtur: tantum abeſt vt huius temporis aula doctrinæ & virtutis amore teneatur. Tum ille, Quin igitur Budæe vtilitati conſulis? eorumq; exemplis admoneris, qui magno ætatis oleiq; diſpendio ingenium atque animum literarum ſtudio excolendũ cenſuerũt? præſertim quum tu ipſe clamites Gallica ingenia ſtare in hac ſcena non poſſe, niſi alios hellanodicas (ſic enim, vt arbitror, appellatis ingeniorum iudices) Frãcia noſtra nacta ſit. An tu aliter cenſes, inquam, qui ſcias quoſdam rerum arbitros, noſtratium hominũ inD genia [c] laudare non ſolere niſi more faſcinantium? â quibus cum beneficii loco peteretur vt [d] linguis tantum fauerent, vt quondam ſolebat in ſacris Harpocrates: non ſatis illi quidem habuerunt, quos meritos non neſcirent, teſtimonio ſuo fraudaſſe, niſi etiam eos premerent apertiſſimé. Quando igitur (inquit) inanis ſtudiorum meſſis hactenus ferè decoxit in Francia, & nunc maximè ingeniorum [e] flos eſſe tibi frugiperdus videtur, quin aliud interim conſilium ipſe capis è re nata? & à ſtudiorum cultu damnoſaque obſeruantia ad colendos mores huic ætati placenteis contentionem iſtam animi cum omni inſtrumento atque ornamento eius tranſfers? Sanè E verò, inquam, quaſi liberum ſit & integrum animo Mineruę auctorato iam quinque & viginti ſtipendiis, abrupto nunc mentis impetu, & penè præcipiti, ad Iunonis tranſire præſidia, poſitáque doctrinæ & philologorum candida, in candida protinus ambitus & petitorum videri: hócne eſt decori & honeſtatis rationem habere? etiam ſi eo cultu permultos omni arte ac facultate liberali defectos, ad horrea vſque ſumma videmus copioſos eſſe factos. Quid ni eſt? inquit ille, Serò Phryges ſapiunt:

Omnis Ariſtippum decuit ſtatus, & color, & res.

Valeant, inquam, iſta inter eos qui ad rem faciendam attentiores eſſe ſolẽt,

a Franciſcꝰ Deloinus.

b Proludere eſt pludiũ certaminis alĩ cuius facere, & certamẽ auſpicari.

Hellanodicæ.

c Laudare more faſcinantium. i. animo maleſico & venefica lingua.

d Linguis fauere, eſt ſilere.

e Flos frugiperdus.

interceſſerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

magisq; quàm nos, solertes: ego Aristippeos istos versicolores non probo. Quotus enim quisque honestatis & constantiæ studiosorum faceret, vt in quibus partibus consectandis militareis annos, & venientē vitæ partem vigentemq; cōtriuisset, earum postea partium causam, hominum aut temporum iniquitate damnaret? Quid si igitur in his statiuis diuinum numē vetsari libentius atque præsentius existimaret, num etiam tum ille cum fortuna in diuersa præsidia transiret? Atenim Forsfortuna humanarum rerum arbitra, maiora illic supplementa & vberiores commeatus suggerit: & suggerat sanè, num ideo tu malis, aut quiuis bonorum & grauium, inter [a] Autolycos illos centuriari, qui comitum turba clientumq; lautorū stipatu nos summouent, q̄ inter destitutos Aristides censeri, qui composita & insontifortuna acquiescunt? Equidem quod ad me attinet, nec Aristippeum placitum versabilis philosophiæ probo, vt aliū atque alium vtilitatis causa subinde me faciam, nisi si salua tueri id modestia possim & constantia: quoquemadmodum fieri possit, non video: nec Pythagoricam illam [b] metempsychosin agnosco, vt repentè alium me quàm literarum amantem esse velim: aut nunc [c] anthropolatres esse possim, qui prius [d] phileleutherus fuerim. Nec enim Vertūno tam benigno natus sum, vt ab hoc vitæ instituto, quod certa ratione ac meditata probaui, ad aliud ab eo diuersissimum transeam: nec si maximè cupiam, liberum esse id mihi sinent ii qui sciunt summis illis Aristippeis Democritum Gelasinum me semper esse voluisse. Sed vide (inquit) vt ita rationem istam tuam subducas retinendi literarum amoris, ne ad manticam (quod aiunt) res tibi reditura sit. Ad manticam autem? An putas prouidentiam tantum de philosophia permisisse fortunæ, quam vitæ instituendæ atque degendæ magistram nobis dedit, vt ad inopiam subsidiorū vitę redigere eam possit? Nihil agis mi Francisce, etiā si magna tua apud omneis auctoritas, apud me maxima semper fuit. Neq; enim quod tibi in consiliis grauissimi viri iidemq; doctissimi factitāt, vt in tuam sæpe sententiam transeant, doctrinæ id eximiæ & existimationi tribuentes, id ego nunc imitabor in hac controuersia, quę in meo magis foro quàm in tuo disceptatur. Iamprimum non semper iisdem præcentoribus [e] hortamenta canentur in Francia, vt omnem spem in posterum [f] vectores abiicere debeant, aut iacturam studiosi facere exanclati iam laboris. adest tempus fortasse, quod multi non prouident, quum in studia literarum incubuisse laudis summæ loco ponetur. quare etsi aura fauoris istorum [g] Aeolorum nos prorsus destituit, non continuò est cur vela processus huius literarii subnamus ipsi reflacescere, quę Fauonio spei bonę in portum quendam certū & hospitalem consilii fixi ac meditati feruntur: deinde (id quod rei caput est) cum omneis opes nostras, omneis spes & copias non in [h] ædem Saturni, sed in arcem Mineruæ congessisse nos meminerimus, quid est quamobrem magnopere angamur ne in dispendium tandem locularium studiorū cursus exeat? mirum verò quin in compendium quęstumq; luculentū. Atqui ego præclarum esse puto, ne strigmenta quidem clarissimi certaminis seruare voluisse, nedum oleum & operam nos doleā in eo perdidisse: tantū abest

a Autolyci solertes.
b Metempsychosis ē animarū in alia atq; alia corpora trāsitus.
c Anthropolatres, hominib⁹ honorē diuinū exhibēs interpretatur.
d Phileleutherus sui iuris retinentissimus, & libertatis amans.
e Hortamēta sunt celeusmata nautarū à symphoniacis canioli solita.
f Vectores sunt priuati & populares q̄ officia i naui regenda nō obeūt.
g Aeoli i aula.
h Aedes Saturni, gratiū erat Romę, q̄re hic metaphoricè, p lucro & stipendio publico accipitur.

A abest vt loculariā ista commoda respiciam, & est diuina benignitate vnde studiosam ætatem tolerare possimus, non modò ex horto, sed etiam è macello. Sed fac esse improbiorem fortunam, quid tum? subsidiū rei familiaris â parsimonia nō sordida aut pudenda, sed honesta & liberali petemus. hoc enim præstabilius esse putamus, q̄ vt fortunatorum fastui philosophię nūc alumni lenocinari sustineant. Equidem ex literarum studio didici philosophiam suffugium esse tutissimum atque amœnissimū inter optimam conscientiam destitutis, & iniquissimam fortunam. habet enim, habet inquam
B illa tolerantiam æquanimitate conditam pro [a] anodyno calamitatum. Hic amor, hæc amœna nobis mansio, hoc studium iucundissimum, quàm prudenter à nobis susceptum, nunc non disputo, quandò istis lucripetis approbare id nequeo, constanter quidem certè & obnixè retentum. Mirum verò (vt nunc ex æquo tecum procul ab arbitris & familiariter agam) nisi tu ali quo ambitionis illicio captus es, qui hoc mihi consilium serum & indecorum afferas, quanquam aliud fert fortasse vitæ tuæ ratio, quæ in celebritate summorum virorum versans, & ostentationi necessariò subseruiens, libera prorsus esse & intacta ab ambitione non potest: ad quam alioquin quoq;
C procliuū esse te animaduertisse videor, natura magis q̄ iudicio. quare mea quidem causa licet de hoc negocio in vtranque (vt aiunt) vt conquiescas: facilior autem hac de re ratio est cum iis qui doctrinam & literarum peritiam quæstui passim habendam esse censent. nam ego à studio philosophię honorarium fortasse esse petendum, non idem operæprecium duco, si tamen ipsa per sese non satis putatur esse. Est enim, est huiusce modi philoso-
D phia, multa vt in ea plerunque desiderentur, sed pauca flagitentur. In quo vitæ instituto, minimo iure fortunæ bona nostra possidemus, & decessionis diem cessisse è prouincia à deo nobis iniuncta nūquam non existimamus: æquitas autem animi, & mens paucis contenta, reliquiq; affectus animi comites philosophiæ, in quo alio vitæ genere æquè inueniuntur? Super omnia est obfirmata semper ratio aduersus supremam necessitatem, animiq; præsentia excubans ad obeundum æquanimiter vadimoniū mortis. [b] Philosophiam semper vocamus non vanam, non tumidam, non disputationibus rerum naturalium elatam commentatricem, non mantica & squallore
E insignem, ac sese populo venditantem: sed sapientiæ illum amorem quem Græci [c] vranoscopum dicunt, quasi in cœlum semper arrectum, earum rerum indagatorem, quæ non persuasione gentium à maioribus tradita, non commentis & speculaminibus humanarum mentium cōstant, sed quæ elogiis diuinis & oraculis testata sunt, humanum captum excedentibus. Vt autem qui peregre proficiscuntur, quum ad vrbes aliquas sermone hominum celebratas venerunt, eos quos appellant [d] xenagogos adhibent, qui eos ad loca vrbium earum memorabilia deducāt, resq; visendas cuiusque loci demonstrent, quo modo hodie Venetiis vrbe inclyta factitari videmus (quotus enim quisq; id non facit eorum peregrinorum qui cognitionis cupidi, succisiuas horas rebus agendis detrahunt?) sic homines in hac vita peregrinanteis, studio literarum vti decet quasi quodam xenagogo, si iis quidem

a Anodyna medicamenta, q̄ doloris sensum auferunt.
b Philosophia proprię appellata.
c Vranoscopus amor sapiētiæ. Memorabilis locus.
d Xenagogus est peregrinorum deductor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi natalibus orti sint,aut aliàs idonei qui eas res visant & speculentur,quę cognitu quãmaximè dignæ existimantur. Quanquam huiusmodi institutio,quam antiqui [a] liberalem ideo appellauerunt, quòd & ciues ciuiliores,& homines humaniores facit,ad vitam istam valet quasi peregre transigendam hilarius & commodius. [b] philosophia autem illa sublimi pera(quã ob id docti & pii viri vranophrontem vocauerunt) nõ modò xenagogos, sed etiam eo amplius psychagogos Christianis esse solet. eius enim studium animas à cogitatione rerum sub sensum cadentium concretarumq; abductas,ad sublimium & cælestium rerum speculationem subuehit, mirificisq; eius studii illectamentis eò tandem perducit, quò animæ suapte natura & conditione vergunt. Hoc vnum studium soli deo se probat, nec vt alia studia literarum,populo se venditat. Agedum Francisce,compone nunc cum hac tranquillitate vitæ aulicam turbulentiam,istorumq; beatorum obnoxiam obseruantiam,ad quam tu me hortaris:& aude quauis argutus & disertus,vnum vltrà verbum addere. Iamprimum (quãdoquidem tu mihi, vt dicitur,bilem concalefecisti)in illa [c] conuenarum ciuitate, vel apolidum potius,qui sine lare,sine sedibus viuunt: quónam tandem pacto rectè vita institui potest? Nisi verò componi rite penates possunt, & vitæ ratio rectè atque ordine in eo loco constitui,vbi colluuies ambitionis, cupiditatis, simulationis, impostura, curiositatis delatoriæ, fraudis veteratoriæ, inuidiæ fascinatoriæ,superbiæ titanicæ, fastus deniq; & impotentissimæ insolentię diuersorium habet,& commune conuenticulum: vbi nunquam supremis curis locus est,nunquam rebus vltimis consulere vacat,in æternumq; prospicere. Visendus verò conuentus, in quo stropharum opifices, noxiarum rerum(vt vocantur)spintriæ,nec dicendi censendiq; artifices,nec iusti iniustique prudentes, primas sæpe & secundas summa indignitate ferunt. Hic est enim aulicarum rerum status, aut certè fuit memoria nostra, vt est opinio constans inter prudentiores: qui quãdiu futurus sit, in manu est prouidentiæ. Ecquis est autem honestatis amans,& compositæ vitæ,qui non modò sine molestia,sed etiam sine rubore possit in eo comitatu videri, in quo omniũ sententijs iri moris est in potentiorum laudem,dignorum iuxtà indignorumq;? in quo rumorum aucupes, criminum consarcinatores, auræ temerariæ captatores,assentandi artifices,blanditiarum magis q̃ eloquentię gnari,in omnem obsequendi necessitatem sese industriamq; suam potentię venditantes,diuini cultus vel nescii vel negligentes, hominũ viuentium interdiuos relatores: officiosi & comes, atque etiam elegantes acrescq; esse dicuntur: veritatis autem tenaces,curam honestatis atq; integritatis antiquissimam habentes,liberalioris institutionis retinentes, pudori in primis consulendum esse atque existimationi ducẽtes, aut rustici aut tardi aut socordes iudicantur? Quis enim aut edictorum cœlestium prudens, aut interdictorum metuẽs,non prorsus ineptire inter aulicos semper visus est,aut etiã delirare? Quare in eo licentiæ & erroris gurgite demersi,nec in cœlũ postea suspiciunt,nec vnquã inde ita existunt,vt emersisse videantur. id quod clarissimis quotidie exemplis innotescit. Prorsus quidem (inquit ille) si ita in ambitum

a Liberales artes cur dictæ sint.
b Philosophia vranophron psychagogosq; vranophron dicit nihil nisi cœleste meditans, psychagogos quasi deductor animæ dicit. significat etiam flexanimum. fuit etiã olim epitheton Mercurij animas ad inferos deducentis.
c Conuenæ & Apolides in aula. Apolides nulli ciuitati sunt.
Elogium vitæ aulicæ.
Crimina aulici conuentus.

A ambitum & fastum sese ingurgitarint, vt regressus ipsis ad vitam ciuilem postea liber non sit, aut sui obliti sint: cuiusmodi nonnullos helluones honoris & pecuniæ nouimus, quorum hians perditáque cupiditas quærendo intenditur. At verò liberaliter homines instituti, & literarum studio perpoliti,certos cuiusque rei numeros esse sciunt, intra quos tantum moueri modestia dictante didicerunt. Tibi verò Gulielme eo facilius ansam cupiditatis atque ambitionis porrigo, quòd te in re ferè nulla immodicum animaduerti, præterquam in literarum studio, à quo nec rei vnquam
B familiaris iactura reuocari, nec valetudinis incommodæ tædio potuisti. Vidi enim te & misertus sum annos plus septem ita infirma valetudine, vt velut Dioscuri alternis viuus mortuúsque viderere. Itaque libentius te in eum(vt ita dicam) campum immitto, in quo te longius latiúsque non exspatiaturum scio, ídq; maximè vt istam Philologiam amicam tuam & sedulam contubernalem crimine magno liberes. Scio enim medicos amicósque mulctam sæpe tibi capitalem interminatos, nisi eius amore propè dixerim insano, interdiceres tibi primo quoque tempore, qui te lenta tabe exugere exesseque compertus est. Quandiu enim quæso hanc fœminæ
C mihi affinis & dilectæ pellicem in thalamo & geniali interdum lecto retines? Quam vsqueadeo deperire videris o coniugum omnium virorúmque ingratissime atque inuenustissime,vt non vxoris blanditiis,non suauiis eam vnquam posthabueris: etsi tot te illa pignoribus perquam tibi charis vinctum tenet & obstrictum, quippe quæ bis trium te liberorum iure decennio reddiderit & auctum & ornatum, cum etiam alioqui tibi sit ê sententia. Illi verò tibi sæpe commentanti aures obtundunt iucundo quiritatu, vnica cum sorore lusitantes, puerilitérque supplosítantes tripudio quodam veluti solistimo. Quid si igitur (inquam)moderationis frenos in illa
D vitæ licentia momorderim,atque inter indomitos illos hominum affectus, philosophiæ iugum proteruè excusserim, num tu præstò eris auriga cum voles,qui mihi moderere? Sed fac me tecum sentire, & in hac re quoque auctore te,vt in plerisque aliis, vti velle: quî fieri tandem id posse putas,vt qui moribus municipalibus non modò imbutus est,sed etiam in iis ita callum obduxit,adeò contraxit habitum, planè vt fingi denuo aut reformari non possit,qui etiam,vt in prouerbio est vernaculo, iam maduit, & contractus est: is vt ad aulicos ritus nunc afformare sese, aut certè assimulare
E ementirique aulicum hominem possit? Hoc enim perinde esse puto,atque si me natura verecundum, iubeas exuto statim pudore frontem acriter perfricare ad summam impudentiam. quod quemadmodum tueri possis,ipse certè non video, præsertim qui me à teneris (quod aiunt) vnguiculis noueris. Verùm esto, frontem quoquo modo perfricare potero: etiám ne sermonem ita affingere, vt fronti iam duriori sermo quoque adulterinus commentitiúsque subseruiat? Hæc aliis quàm prona sint nescio, mihi certè habitus illos gestúsque & flexus corporis sermoníque non tenenti, nec alioquin etiam gnaro figuratæ istius aulicæq; vrbanitatis, siquando inter illos Logodædalos loquor aut flexiloquos, identidem solœcismum

Dioscuri Castor & Pollux.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admittere contingit,etiam si lepidus esse aut disertus loquitando mediter. non enim numeros assequi possum aulicæ istius elegantiæ,quæ suam quam dam palæstram habet,anniuersaria mutatione menstruáque euariantem: sine cuius peritia moueri, aut proloqui nemo non inconcinnè potest, sumque(vt opinor)in circulis ciere. Iam verò vestem illam ancipitem,aulico vtique homini penula magis necessariam, an tu habilem esse censes philosophiæ alumnis? Quid? cothurnis illis aulicis quemadmodum pares esse possumus? Theramenes illos à te intelligi volo, qui ita temperare officia,ita iura amicitiæ interpretari nouerunt, vt inter simultates exercenteis ipsi vtrinque gratiam summam ineant, quum neutris plenum germanúmque officium exhibeant. Hæc & alia permulta eius institutionis documenta,quum nec tenere satis possim, ingenii fortasse refractarioli vitio, nec in ore sedeant Romanæ affecto mancipatoq; facundiæ,per me licet vt alii natura sciti & elegantes, illustreis se & beatos faciant in vita tenebricosa: me verò lubentem curia illa nunquam tenebit, quum etiam si maximè cupiam,ne longo quidem vsu suum facere & perpetuum possit. Quin & vt imperare mihi possim istos Fortisfortunæ conciliatores colere, stipare, & eorum fastidia perpeti (neque enim aut turpe esse credo eos homines obseruare,quibus apud principem gratia flagrare splenderéque contigit, si nó eosdem ad populum & ordines infamia atque inuidia flagrare videamus: nec ita me hebeti ingenio esse puto,vt nó id efficiam,si velim, quod omnibus obuium est & pronum)vt igitur istos beatores hominum liberali quadam obseruantia prosequi possim, non tamen eorum riualis esse velim, eam quoque vitam adamem, quam ipsi consertis(vt dicitur) manibus amplexantur. siquidem vt est hodie & plerunque aulicarum rerum status & facies, vix tertius quisque hominum rationem habere futuræ vitæ atque æternæ videtur. Vsqueadeo væsanus ille amor honorum & diuitiarum,excordes homines immemoresq; reddit. Prorsus certè(inquit ille) si quidem est nimius.tibi enim hac de re assentior,vt meministi sæpe me tecum disputare solitum.etenim cum in corde hominis religioni nostræ auspicatò initiati, persidere amor rerum diuinarum debeat, atque etiam deus ipse humanæ animæ sponsus quasi in thalamo sic in corde cum pacta sibi anima acquiescere (hoc enim poscit Christiani hominis sacramentum in prima lustratiòne susceptum) is certè cor habere non videtur,qui mentem ad captū rerum cœlestium natam, ac dei consortium, ad commoda fortunæ & externa ita transfert,vt nunquam apud deum, ac ne apud hominem quidem ipsum homo esse videatur,id est sua negocia & propria æternaq; curare,sed alias res agere,de externis vt antiquioribus præcipuè laborare. Etenim scelerati illi spiritus, Orci emissarii, earum sæpe rerum sequestres(vt videtur) atque interuentores,quæ in aula transiguntur,ambitionis & cupiditatis astectibus velut vncinis cardiulcis corda hominum etiam doctissimorū è sede sua euellūt,vt exemplis luculentis post memoriā tuam meamq; cognitum est.adiiciunt enim subdoli instinctores suauitatem quærendi, & voluptatē honores assequendi,cum quibus velut catapotiis,quæ anodyna vocāt me-

Cothurn⁹ vtriq; pedi aptus est: ob id ad hominem transfertur qui se ancipitem inter duas factiones p̄bet: q̄ nomine Theramenes Atheniensis dictus est.propter eandē causam Theramenes aulici qui & cothurni dicūtur.

Curia aulica excordes homines facit.

Cardiulc⁹ cor euellens.

Anodyna catapotia.

A dici, hamus ille cardiulcus, id est eximendo cordi aptus, nullo sensu voratur. At verò philosophia vitæ instituendæ magistra, cordatos homines reddit, humani etiam ipsa alioquin animi excitatrix ad virtutem capessendam. Istos autem aulicæ disciplinæ alumnos, hamo iam deuorato, & pernicie intus grassante, videmus futuri æui securos, malis suis indormire somnum Epimenidis:nec antè,quàm [a] vadante in crastinum viatore mortis,quicquam summæ & vltimæ curæ animo agitare: tunc trepidos illos videas, vel verius stupidos, disiecta vasa sua velut in tumultu colligenteis:
B & vt ferò fortasse quoquo modo resipiscenteis,sic nondum [b] Adrastiæ legis formulam intelligenteis, qua formula causam ipsi ad summum tribunal dicturi sunt. Hæc est enim iustitiæ summæ seueritas, ex bono illa quidem atque æquo iudicans, sed nequaquam ex [c] iure gentium nato, non ex humani sensus placitis, non è principum ordinum huius seculi responsis. Cuius interpretationem deus idem & homo sacris quatuor voluminibus eorúmque appendicibus enarrauit, iis quidem qui aures non audiendæ tantum, sed exaudiendæ etiam & hauriendæ æquitati sortiti sunt. Philosophia verò è contemplationis specula aduentantem mortem prouiC dens, cuius [d] diem cessisse homini iam inde ab auspicatu viuendi spirandique intelligit,vix vnquam opprimi aut occupari morte necopinata potest. Compositos enim penates illa suos seruans, in procinctu semper excubat, quasi nunquam non illo imminente tumultu,quem in horam incertam prædixit is imperator, qui pro vigiliarum tessera Herculis ærumnas militibus suis dedit. Ipse enim Christus [e] verus fuit Hercules, qui per vitam ærumnosam omnia monstra superauit & edomuit. Hæc & alia huiusce modi philosophiæ dictata mihi excidisse putas, qui me inescatum illiciis aulicorum cauillaris? Cuius rei suspicionem ita à me abesse velim,
D vt tamen hanc esse sententiam meam intelligas, aulicam vitam sapienti non statim vt Sphingem quandam exitialiter ambagiosam, præsumpta in vniuersum atque in omne tempus opinione,fugiendam esse aut auersandam: sed eam instituendæ vitæ rationem vel ætate hominis, vel sorte oblata, vel necessitate temporis temperari, vel commoditate debere. Atque vt tanquam obsignatis iam literis tecum agam, qui modò philosophiam nec inertem ad res gerendas esse dicebas, nec solifugam: nunc ipse pedem efferre eam extra pomœria vetas, atque adeò propemodum
E extra limen ædium priuatarum, videlicet quasi ad solem & puluerem caligaturam, aut quasi conuenarum illum sermonem aspectúmque non laturam. Vide igitur vt constanter hæc tibi & congruenter dixeris. Mihi quidem multa ferre videtur ciuilis & humanioris institutionis ratio, multa temporum conditio, multa ingenium cuiúsque & captus, & naturæ dexterioris aptitudo ad hoc ad illud genus vitæ versatilis, quum res hoc familiaris postulauerit. quæ omnia obseruare debent(vt opinor) literarum studiosi, ne studium ipsi ignauum, animi tantum & voluptatis instituissequum Cato, cum Brutus ille Ciceroni probatus, cum Seneca, cum alii

Philosophia ordatos facit.

a Vadari qd sit, docuit Budæ⁹ in Annotationib⁹.

b Adrastiæ legis meminit Plato in Phædro, & Plutarch⁹ ἐν τῷ περὶ εἱμαρμένης lex est ineuitabilis.

c Ius gentiū est qd ī sensum cōmunē cadit, ex quo cōmercia manauerūt & impostūræ.

d Vigilate, inqt dominū, quia nescitis diē neq; horā.

e Christus verus Hercules ait, Qui vult post me venire, & reliqua.

Philosophia loco & tempore ad res gerendas prodire ex vmbraculis debet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

permulti literarum eruditione præditi factitarunt, vt à studiorum secessu f
ad celebritatem rerum administrandarum transirent: tum etiam publica-
rum hodie rerum interest magnopere: quin & ad priuatarum imaginum
claritatem, & nominis cuiusque gentilitii illustrationem, id ipsum suapte
vi maximè valere solet: etiam si nunc friget temporum iniquitate, vt tu an-
tea questus es ipse. Proinde vt Crassus orator ille nobilitatus elogiis Cice-
ronis, in eiusdem auctoris dialogis inquit, se quum honores antiquo mo-
re prehensandi singulorum peteret (sic enim tum ferebat ambiendi ratio) G
solitum esse à se Scæuolam socerum suum iurisconsultum grauissimum
dimittere, cum ei ita diceret, se aliquantisper esse velle ineptum: sic si olim
aut propediem tempus existat, quum viri doctrina eleganti perpoliti, in-
ter aulicos agere honestè ac commodè possint, cur non etiam libentes fa-
ciant vt quod moribus ciuilibus conuenit, pace philosophiæ ad aliquot
annos verecundè suscipiant, ad aliúdque institutum vitæ non migrent, sed
commeent? id quod si fieri per occasionem oblatam bona philosophiæ
venia nequit, quid causæ est tandem quin literarum studiosi, vt caudices
marcidi, tantum in tenebris fulgeant? Enimuero Budæe, vt philosophiæ
studiosi circunferre philosophiam mansionatim nequeunt: sic ab litera- H
rum ipsi amore quasi quodam Lysania comite nunquam derelinquuntur,
qui molestias omneis insuetæ vitæ discutit. Peractis autem stipendiis hone-
stæ ambitionis, quæ nullo ipsa certo numero prę finiũtur, sed alia quadam
ratione modum suum sortiuntur: tum demum philosophia receptui ca-
nens, iterum sibi reddit homines, quasique natalibus, sic ingenio restituit,
quos aut ambitio ciuilis, aut cupiditas non improbata in claris ingeniis, li-
berali seruituti ac temporariæ mancipauerant. Quòd si refractaria illa vi-
taq; infensa philosophia viri gaudentes studiosi, inexpiabili odio diffidere I
cum ratione ciuili aulicâque perseuerarint, quid aliud quàm in mantica
Cratetis (vt aiunt) extremum fati vadimonium expectare dicentur? Hæc est
mea hac de tota disputatione sententia, quam tu fusius ipse (vt opinor) atq;
eloquentius dixisses: ego censentis more & deliberantis, vt in curia summa
solemus, non exornantis more dixi. Quasi verò (inquam) tu leuiter hanc ar-
tem dicendi attigeris, in qua tibi iam par esse non possum, vt video: vt nisi
te studiũ istud iuris nimiopere teneret, in quo tu matutinas horas pomeri-
dianasq; collocas (nec immeritò, ferè enim primarii viri eo studio inclaue-
runt) scribendi nobis occasionem facilè prærepturus fueris. Vnus tu autem K
à regno hoc condito inuentus es, qui modum in ea re tenere possis, quæ
modum nullũ nouit, annos & dies vt præstituas stipendiis cupiditatis æra
in comitatu principali merentis: & rursus cum emeritã ipsam quoquo mo
do senseris, velut causariæ aut veteranæ missionem à ratione vt imperatri-
ce postules. Quis verò post hominum memoriam missionem antè ab aula
postulauit, q̃ vno ipse aut altero stipendio ære dirutus fuit? quasi verò ratio
ambitionẽ & cupiditatem exauctorare possit, quas liberum arbitriũ sacra-
mento ita obstrinxit, vt nõ milites illæ quidem, sed deuotæ potius dici de-
beant. Cedo nunc vnum igitur quem vel in præcipiti canitie missionẽ im-
petrasse

Lysanias comes, tristitiæ discussor.

In mantica Cratetis philosophari.

Contra aulicos q̃ rationem & honestatẽ receptui canentẽ non audiunt.

A petrasse fateamur: nam multos numeris expunctos ipsi nouimus, qui nunc falsò inter causarios voluntariósque profitentur, periti autem rerum no-
uerunt missionẽ eos detrectanteis exauctoratos esse, quibus frustra fucum
ipsi factitare nituntur. Proinde Deloine aut tu ex sententia animi non lo-
queris, aut parum nosse videre naturam & pellaciam eius belluæ, quam
vulgus hominum Curiam, perspicaciores autem Androsphingem voci-
rant, cuius ambages dissoluere si aulicarum rerum homines consultissimi
nequeunt (quotus enim quisque, vt dixi, explicare semel ab eis se potuit?)
B quo modo temerarium non est eam rem arbitrii nostri futuram existima-
re? Mitto nunc quòd si eius vitæ dies atros ac candidos numeres, multis
partibus maiorem illorum numerum inuenies, etiam si eos tantum spe-
ctes, qui potentiæ successu obseruantiam omnium ad se trahunt, nedum
si vnum è multis consideres, quibus angustè & incommodè tentorium
habere in castris tumultuariis illis non statiuis necesse est, in quorum ma-
nipulis similes nostri si sacramento adacti sint, centuriari solent. Atqui (in-
quit) sic existimo, virum literarum verè studiosum, honestatis amantem,
& dei metuentem, nunquam ita deprehẽsum, ita indagine quamliber apta,
C nexa, arctáque cinctum esse, quin liberum arbitrium à philosophia vindi-
ce hominum & assertrice, commonefactum & excitatum, eas plagas (vt
aiunt) ipsi summissurum sit, quibus nonnulli perditè ambitiosi circun-
clusos esse se fingunt, nullo interlapsu exitúque relicto. Hic etiam tu au-
tem delicias facies, & fortuita hospitia angustáque causabere, homo cre-
do vitæ vagæ & peregrinæ insolens? ceu verò nesciam Italiam te & vr-
bem Romam non semel adiisse difficillimo tempore, partim animi causa,
partim cum potestate, cum tu liberam legationem suscepisse dicerere vi-
sendæ Italiæ gratia, quam tu admirabare: tum in ipso etiam aulæ Franci-
D cæ comitatu pridem munia obiuisse. Sed rursus quòd me illicio aliquo
inescatum esse dicebas, qui soles omnia concitatius in huiuscemodi elo-
qui, num tandem tibi videor aut grauitatem magistratus mei imminuis-
se, aut anteactæ vitæ opinionem, qualis est cunque de me, cuiuis homi-
ni aut causæ aduerso rumore addixisse? Addidisti etiam, me tibi esse vi-
sum ad ambitionem pronum, non tam proposito quàm ingenio. Nam etsi
ambitionem honestam claris ferè ingeniis aut cognatam esse video, aut
agnatam, gestientis tamen ambitionis culpam, quam turpem semper esse
E censui, haud libenter agnoscam: & tamen ioculari hac tua reprehensione
admonitus, vereor ne quid imprudens in ea re admiserim, vt est huma-
na conditio, aut ex statu constantiæ & grauitatis alicubi exciderim, vt
imminuisse aut maiestatem aut dignitatem huius magistratus atq; ordinis
videar. Amabo te mi Budæe, si quid in me tale animaduertisti, obiurgato
me strenuè, ac pro ea amicitia quã iam tot annos colimus. nosti enim me
nihil vnquam antiquius bonorum & grauium existimatione habuisse, dũ-
taxat secundum rectam conscientiam, cuius deus vnus & solus explorator
est. Cum autem iudiciũ tuum nunquam aspernatus sim: tum verò maximè
intelligo tibi me notum esse, vtpote cui in vsu familiarissimo indicare me

Androsphinx.

Liberũ arbitrium.

Agnatum est, quod post natũ est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locus animaduertẽdus.

quàm simplicissimè soleam. simul illud memini, sæpe te mecum ita esse collocutum, nihil vt commodius esse posse diceres viro in magistratu constituto, ad magnósque honores aspiranti, quàm si amicum sibi vnum delectum ac probatum, adhiberet castigatorem, aut certè emissarium & subauscultatorem, qui ad se velut iure suo referret cuiusmodi esset populi de moribus eius actibúsque iudicium: quæ actio eius motúsque, cuneorum plausum frigúsve, quæ aduersum rumorem ordinum, quæ bonorum & grauium calculum mereri videretur. sic enim futurum esse vt iure improbari non posset, qui omnium propè arbitratu sese emendauisset. Hoc autem cum pauci animaduerterent, hactenus factum esse vt egregii sæpe viri

Offendere ad populũ Ciceroni ẽ nõ populariter agere, nec populi plausum mereri.

summos statim honores adepti, ad populũ (vt dicitur) & ordines offenderent, suarum scilicet ipsi inconcinnitatum ignari, quæ per ora tot hominum magno strepitu peruulgantur. Quod verò ad me attinet: vt ambitionis suspicione vindicare me non admodum laboro, sic hoc deprecari peruelim, ne me cupiditas transuersum egisse, aut extra numeros probitatis & honestatis extulisse videatur. Nec enim mei obliuisci ipse possum, nec personæ quam mihi cum literarum studium flagrantissimum, tum verò collegium grauissimum amplissimúmque imposuit, in quod non pœnitendis (vt opinor) auspiciis ipse adoptatus sum. Sed quid ego hæc tecum nequiquam? qui me propemodum ab incunabulis & crepundiis nouisti, & cui me iam tot annos explorandum bona fide ad manúmque aspiciendum præbui: vt notiores animi mei sensus omnes ei sacerdoti esse non possint quem à confessionibus religiosis habeo, quàm tibi Budæ mens mea pernotuit. Ibi tum ego renidens, Equidem (inquam) Deloine videor te non leuiter commouisse: cuius rei indices sunt malæ istæ tuæ pleniores, insolito rubore suffusæ: id quod nisi vt facerem, in mentem mihi venisset, nunquam isti facundiæ vtique par esse potuissem. Etenim quis tibi hoc concedat, vt mihi te semper Scæuolam, & quum voles etiam, vt subinde Crassum præbeas? Vt enim si quid in foro tuo possim (tuum autem voco, in quo primaria esse auctoritate te dicunt homines doctissimi) sed vt siquid ad intelligentiam enarrationémque iuris vestri ciuilis comminisci aliquando & afferre in medium possim, quod ex ea penu prompserim quæ vobis iurisprudentibus vsualis esse non solet (cuiusmodi nonnulla in Annotationibus nostris scripsimus in Pandectas editis, & iterum fortasse scribemus, si quando eò animum retulerimus) id totum iudicio tuo tuique similium submitto: sic te vicissim decebat amicitiæ saltem iure, doctrinæ mihi fasces in ea re summittere, qua in re non ætatulam quidem (quod vehementer doleo) sed ætatis bonam partem te stimulante contriui, etiam si vi maiore ingenii tu in eadem ipsa re nos superare videare. quippe ius hoc poscere amicitiæ nosti, vt inter disserendum simulata interim & affectata vel infantia vel insciti a, ab amico vinci te patiare: cum si nihil de contentione remittas, possis animum eius ægritudine non leuiter sauciare. Itaque quandò renihil mihi (vt videbam) condonaturum, vincere alia ratione non poteram, nõ inuitus ipse feci vt acriore altercandi velitatione te è statu peruicacis facun-

diæ depellerem: quæ copiosius ipsa mihi semper videtur atque compositius verba vobis iurisconsultis non vsitata fundere, quàm vt è libris tantum iuris haustam esse quis eam credat. Quanquam haud admodum lubens facio vt eam tibi facultatem tantam concedam, homini in aliis studiis occupatissimo, quam omnium difficillimè artium comparari cõtendere tecum soleo. Sedenim id penè muto quod nuper de te affirmaueram. Ambitiosum esse te natura dicebam, non proposito: nunc natura ab ambitione abhorrere te, vel verius ab ambitu, dico, non item fortasse proposito. Nemo est enim omnium quos noui ingenio & doctrina præditos, qui minus te prehensare homines, aut colere potentes, & omnino numeros implere ambitus iusti atque efficacis aptus sit. siquidem oportet eos qui hoc scitè facere volunt, quo iure quáque iniuria morigeros se spondere postulantibus, ad festiuósque vultus semper esse fictos & compositos, etiam si probi viri esse animo obfirmauerint. Alioquin frustrari nemo potest aut deuorare molestiam adeuntium, æqua, iniqua, expedita, perplexa, improbè postulantium, quorum in odium & iurgium etiam incidas necesse est, quasique in campo & inter comitia offendas atque impingas si quid æqui bonique non obsequiose dixeris. Ita qui ritus eius disciplinæ tenere velit, hunc necesse est duplicem quam vocant philosophiam & ancipitem nosse, vt exotericus ipse sit & esotericus, necidem intestinus homo sit & externus. Sermone tantum speciosus & vrbanus, ac vultus blandus & festiuus inter se non discrepent. Ad hanc autem disciplinam, & alias quas homines ambituros percallere oportet, cum parum te docilem semper animaduerterim, miror cur tibi in mentem venerit Aristippi meminisse, quem omnis (vt inquis ipse) decuit status & color & res: quasi versabile mihi sit, & tibi cum voles futurum sit ad ista ingenium. Quo modo autem tu non ineptam sententiam hanc tueris contra tuum institutum, qui quum non ignores illic hominum iudicia atque etiam proposita ferè esse corruptissima, eis tamen suadeas in eo conuentu esse viuendum, qui in simplicitate & candore morum spes omnes suas repositas habeant? Neque enim mihi ludibundi sunt oculi, quibus in occursu & in circulis isti venustuli gratiosi esse didicerunt: nec lepôres illos vrbanitatis aulicæ noui, quibus pro illecebris logodædali ad aucupandam famam scitæ comitatis & emerendam vtuntur. Quum ille rursus sermonem excepisset, egóque non defuturus sententiæ meæ mihi viderer, amicóque in eo non cessurus: ecce tibi nuncius regię mortis, qui disputationem nostram abrupit consternatione subita. Post aliquot autem dies cum eum domi offendissem ociosum (interuisere enim sæpe inuicem solebamus) continuò vt assedimus, Ecquid (inquit) Budæe aliud tibi in mẽtem venit de disputatione nostra? an in sententia permanes? Vides enim triduo eam mutationem rerum factam, vt iam alius omnino sensus publicę mentis existat, diuersíq; mores esse inolituri putentur, vt ferè omnia circumagit & plurima inuertit regni noui exortus. Certè vox famæ publicæ iucundissima ad aures omnium ferme ordinum venit natali huius regni. Atqui eò (inquam) penè euasimus, vt non facundia tantũ tibi huius dispu-

Alludit ad exotericã disciplinã & acroamaticã cuius meminit Cicero in quinto de Finib*, & Gel. lib. vndeuicesimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationis palmam, sed etiam rerum euentus fortasse daturus sit. nam si festis
huius principatus auspiciis,rerum gerendarum progressus respondeRit, erit
vtique cur virtus & doctrina exeant ex vmbraculis, & ferre solem, vt dici-
tur,puluerémque non renuant. Id adeò licet ex præteriti & præsentis tem-
poris contentione æstimare. Quum enim antè orba respublica summis ma
gistratibus esset, maximáque munia partim vicariis operis obirentur, par-
tim omnino nõ obirétur,primùm nihil nec rectè satis nec ordine (id quod
necesse erat euenire)fiebat,deinde velut abdicatis vel abrogatis magistrati-
bus,informis ac destituta Respub.iniuriis intestinis externisq; exposita &
obuia iacebat. Cuius indignitatis causam nunc magnopere non inquiro.
id tantum dicam quod fama circunfert, in duas ipsa sententias diuisa: Par-
tim hominum culpam à vertice ipso arcessebant, qui bona magis voluntа-
te,quàm strenua & cordata solertia fuisse à multis existimatur. Partim ad
actores ipsos rerum, dispensatorésque copiarum,summum crimen refere-
bant,qui hebetes iam oculos domini non verentes,nec ab auribus eius ma
gnopere metuentes,quas obfirmatæ obaudientiæ cera obstructas esse con-
fidebant, in libera administratione summæ rerum remissi fuisse dicuntur,
& in tumultu securi (sic enim homines tum sobrii loquebantur) aut ni-
mium sese in arduis consulentes, vt prudentes dictitabant. Commune au-
tem vtrisque crimen ab hominum sermone illud erat, quòd orbę rerum
summæ tutores vt suspecti postulari non poterant, cum honorarii ex dia-
dematico genere adhibiti nulli essent, qui custodes saltem administran-
tium in speciem esse viderentur. Ex qua rerum deformitate (vt parcissimè
loquar)secuta est ea Frãcici nominis suggillatio, quæ sine insigni mutatio-
ne rerum discuti non poterat. Affuit igitur precibus non publicis, sed po-
puli duntaxat, vt speramus, tutelare numen Franciæ, quum Calendis Ia-
nuariis Rex socer fato functus Franciscum nobis Regem æquo animo re-
liquit,vt filiam quoque suam Reginam relinqueret. Pròh superi immor-
tales,quid hic primum,quid postremum exequar? Iampridem Calendę Ia-
nuariæ quid non polliceri ad instaurandam rei Francicæ formam ac di-
gnitatem videntur?quo die strenæ vice,aurea(vt antiquo verbo loquar)for
tuna ad eum regem transiuit, qui & corpore & animo implere vices sum-
mi imperatoris possit,vt si quis vnquam maiorum. Deinde nominis eius
omen nonne certam spem præmonstrat illustrandæ gloriæ nostræ, cum
à condito hoc imperio Franci nunc primùm de suo vocabulo denomi-
natum habere regem cœperint?Iam verò manus illę cinctrices summo-
rum magistratuum, nonne militum mentes afflictas insolita ignominia
humíque propemodum serpentes ordinum omnium animos, triduo ita
erexerunt, vt altiores etiam pristinis eorum spiritus excitarint? prorsus vt
magnificum quoddam atque amplum huius regni principium fuerit hoc
maximè nomine. Nullum enim auspicatius esse poterat(vt quidem est he-
minũ iudicium)quàm vt pacis bellíque artes,longo summorum magistra-
tuum interregno consopitæ, statim velut è somno diuturno expergisce-
rentur. Quare Cancellario primo quoque tempore dicto,viro eximiæ doc-
trinæ

Franciscus Calẽd.Ianuar. Rex appellatur.

Cancellarius Franciæ.

A ctrinæ & industriæ, cum in purpura summa probatæ, tum aliàs principi
ipsi spectatæ & cognitæ, quid aliud quàm veluti iustitium diuturnum so-
lutum esse visum est? Est enim ille magistratus inter togatos summus: cu-
ius domus(quod Nomophylacium dicitur verbo prisco)iuris custodia, le- Nomophylacii.
gum ac constitutionum præsidium, oppressorum asylum, flagitiosorum
scopulus,æquitatis officina,ara supplicum,& iure summo lapsorum admi-
niculum esse debet. Atqui (inquit ille) cum de eo magistratu in Annota-
B tionibus tuis loquerere,originémque eius à Minois tempore repeteres,nul-
lis propè finibus munia eius circunscripsisti, quasi vnus ille honor ad se
summam omnium rerum munerúmque traheret,cum principis vices pro-
pemodum impleret,præsertim vt est hodie ratio gerendi eius honoris.nũc,
vt video,partes eius magistratus tanquam nomophylacis tantùm exeque-
ris,quasiq; antistitis cuiusdam æqui & boni, & viuæ legis indulgentiæ, cu-
ius interpretationem à benignitate principali postulaturi,nomophylacium
velut oraculum quoddam clementiæ principalis suppliciter adeunt. quem
magistratum quandiu desiderauimus,tamdiu æqui bonique oraculum ob-
mutuisse creditur.quod nunc quum luculento aditu princeps patefecerit,
C & alias quoque partes inaneis in Rep. constituenda repleuerit, vtique im-
perium iuri & legibus, & dignitatem suam imperio, & regnum denique
ipsum sibi,restituisse dicetur,si tamen prouidentia expectationi nostrę sub-
scripserit.Sed perge porró. Omnia enim hæc quæ nunc dicis, in causam
meam vertam, quasi non tibi aqua,sed mihi iam soli fluat. Quid mea re-
fert? inquam, quum iamiam tibi hęrbam porrecturus sim, quod ad con-
trouersiam quidem ipsam, non quod ad me pertinet. Iuuat etiam me vi-
dum à te in publica lætitia fateri.ita te superiorẽ fecit nõ tua tantùm facun
dia, aut mea mala causa, sed euentus felicior: cuius vtinam expectatio ita
D nobis satisfaciat, ne tibi rursum huius rei quam coniectura iudicauimus,
controuersiam olim ipse referre possim. Equidem (inquit) non video Bu-
dæe quid vltrà causaturus sis:omnia nunc vides ex sententia animi tui con
tigisse.Cancellarius is est factus, quem tu maximè exoptabas, non tua ma-
gis causa,quàm omnium qui in literarum studium spes suas contulissent.Is
est Antonius à Prato, vir non modò literarum amore captus, sed etiam li- Antoni⁹ à Prato Cãcellarius.
terarum amantissimus: qui cum doctis in vniuersum & ingeniosis, nimi-
rum fautorem se præbebit, & apud hunc nostrum Augustum, alterum
Mœcenatem: tum verò proprius & æternus tibi erit suffragator, vtpote
E qui iamdiu (vt nosti) omnia tua causa cupiat. id quod etsi tibi auditum
compertúmque esse non dubito, ipse tamen tibi fidem facere vberiorem
debeo, quícum ille pridem dudúmque familiarius sermonem his de re-
bus factitauit. de quo hoc tibi tantum dicam, quoniam parcus esse soleo
(vt nosti)in laudibus hominum viuentium. Hunc(nisi fallor) habebis imi- Guido à Rupeforti.
tatorem, &(quod maius est) æmulum Guidonis à Rupeforti, summi illius
viri,cuius tu memoriam (vt arbitror) illustrissimam apud posteros reddes
clarissimo aliquo elogio, vt quidem te semper affici erga illius manes vi-
deo,siquando in sermone mentio eius incidit. Prorsus(inquam) rectè opi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

naris, si quidem ipse aliquid possim dicendi facultate. neque enim est aut fuit vnquam hominum quisquam cui secundum parentes plus me debere existimarem, etiam si nihil est aut fuit quod ei acceptum referre possem, vt qui eo tempore mortuus sit, quo mihi absenti & propemodum inuito optimè cupere ac magnificè cœperat. Ita fortuna, cui nihil adhuc præter ocium literarium debeo, obstitit ne illius beneficia calendarium meum implerent vel augerent. Tu enim nosti frustra me ab eo nunciis & literis eius chirographis accersitum, cum ego quidem valetudinem tum mihi incommodissimam excusarem, ille autem existimaret per detrectationem valetudinarium me esse, & falsò causarium, & iterum me admonens ægrè ferret ignauo me literarum studio animum maioris fortunæ despondisse. Eo me ille maximè nomine increpitans (o virum summa laude dignum) quòd eam ignominiæ notam & literis & suo tempori inurerem, quasi docti homines neglecti tum viderentur & abiecti, cum tamen eo tempore nulla arte homines memorabili præditi, opima interdum decora opinione doctrinæ temeraria ferrent. Gratum est autem mihi quòd eius viri nunc memoriam refricas, nunquam non viris bonis iucundissimam: cuius vtinam tam verè imitatorem hunc Antonium spoponderis, quàm ego libenter hanc stipulationem ab eodem ipso fecerim, si liceat. ad quod etiam eum suapte sponte animatum esse fama est. id quidem certè decet. In vtroque enim eorum, ingenii ac fortunæ partes ita æquæ fuerunt, vt vtri plus debuerit ille, hic nunc debeat, vix constituere possis. Ille summo magistratu honorificentissimè delato non perenti, accersitus, statim eò secutus est, quò togæ prætextæ aspirare ius fuerit. verùm ille præstantissimi ingenii ornamentis instructus, & fortunæ adminiculis erectus, quum fato concessisset, memoriam sui magistratus clarissimam reliquit atque testatissimam: hic eandem sortem adeptus, quid in extremo eodémque summo vitæ actu sit gesturus, quod fastigium laudis anteactis vitæ partibus additurus, adhuc in expectatione est. Quare (quod est in prouerbio prisco) hic magistratuum vertex, qualis sit ipse vir, mox ostenderit. Nunc quoniam tu tantopere me vrges, causam haud dico quin doctrinæ & vitæ ex secessu prodeundum sit, & generosa ambitione documentum sui dandum, vel in atrio regiæ, vel in aula interiore, si pateant eis aditus: non etiam si inter miscellaneam turbam possint quouis modo irrumpere aut arrepere. Hoc tamen exigam, vt doceas, cæteris in partibus rempublicam ita esse constitutam, vt illis velut matronis quibusdam pudicis & honestis, tutò & sine pudoris suggillatione sese proferre liceat in publicum. Scilicet (inquit) ab armatis istis metuis, qui nescio qua fama excitati, primas & secundas parteis suas hoc rege sperant fore. Ego autem accinctos viros ita rerum potituros arbitror, si non plus armis quàm consilio tractabuant. cuius rei argumentum duco ab ipso loricatorum vertice, quem omnium votis expetitum princeps rei summæ militari præfecit. Nempe ducem (inquam) Borbonianum dicis? Illum ipsum (inquit) superi bo-

Dux Borbonianus magister equitum.

A ni quem virum, quantum principem, quàm magnum futurum ductorem, si numini diuino (vt speramus) res Franciæ cordi fuerint! Atqui (inquam) memini quum auspicando regno princeps Cancellario statim creato, hunc Magistrum equitum absentem tum dixisset, vt votis hominum & famæ flagitanti satisfaceret: quanta omnium lætitia, quàm certa spes, quámque magnifica expectatio per omne genus hominum excitata sit. Quis enim rei summæ constitutionem non speraret, qui censuram militarem, magistratum desum & penè obliteratum, reuocatam videret? De-
B inde cuius prudentiæ fuit, quàm rectę voluntatis, regem vt primo quoque tempore, sic non tumultuariè, non propere, eum ducem ense quidem illum Dictatorio, verùm illi hæreditario cingere, quem claris documentis cognitum, fama iamdudum auguratrix, & prærogatiua vota omnium ordinum designauerant? Magnum erat per se censuram armorum, quasique regimen restituisse morum militarium. Nomen enim ipsum eius honoris multum habet reuerentiæ ad disciplinam rei militaris vtcunque retinendam: sed maius multo fuit ei duci iniungere, qui generis splendore augustus, moribus generosis insuper venerandus, belli pacisque artibus æ-
C què pollens, in prætexta, in paludamento visendus, in consessu, in procinctu cordatus, domi & militiæ, in vrbe & sub signis gratiosus, Martis (vt ita dicam) & Palladis suffragia tulisse videbatur. Atque equidem Deloine nunc in memoriam mihi venit eius temporis quod hisce annis vidimus, quum tu rebus afflictis mœstus, tanquam præsciscente animo diceres, te viam primam salutis videre, si dux Borbonianus summæ rei militaris admoueretur. Nam quum auctoritas multum, tum morum maiestas plurimum, in ductoribus exercituum valent: quibus hic dono quo-
D dam Palladis præditus est. Eum verò omneis virtutes habere dictitabas huius regni tutelares, aut certè præ se ferre: quas esse, pietatem in primis aiebas, & religionis reuerentiam, prudentiam, continentiam, liberalitatem, magnanimitatem, & consulendi peritos prudentésque solertiam, quæ regum maximorúmque ducum summa laus semper fuit. Addebas seuerum simul & clementem esse, eo temperamento, vt nunquam iracundus nisi in animaduertendis indignitatibus aut sceleribus videretur: & cum firma ac decora corporis constitutione natura præditus esset, ad naturæ commoda accessisse educationis disciplinam dicebas sub socru fœmina coE datissima, quæ numeros omneis memoria teneret instituendorum principum: quippe quæ regis filia eadem & soror, regnum olim secundo rumore administrasset. Itaque quum eum regem habeamus, qui cum specimen sui tum aliàs, tum in decursione militari, & simulacro splendidissimo pugnæ iustæ factitauisset, ad regnum statim assumptus est, & mox magistrum equitum gentilem suum dixit, eum virum (vt vno verbo absoluam) quem fata rebus nostris alleuandis debebant: cuius si ætas maior indoli responderit, ne Momus quidem Aesopi inueniet quod in eo reprehendat, eadémque prouidentia princeps reliquas reipublicæ partes consti-

Tutelares regni virtutes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuturus esse videatur: non inuitus faciam vt in tuam tandem sententiam transeam, & viris studiosis etiam auctor sim vt in spem accingantur capessendæ reipublicæ. Quippe si ad lineamenta præscripta ætatis florentissimæ princeps regni sui cursum viridem peragere contenderit, haud periculum erit ne virtus aulicæ superbiæ vt dudum mancipetur. Absit enim vt hoc rege, his proceribus, his consultis, qui rerum potituri esse existimantur, virtus & doctrina tam turpiter in aula seruientes, cultúque indecoro cernantur, quàm olim Hercules in Lydia. Vidimus quam indolem futuræ maiestatis princeps in tyrocinio, id est nondum Rhemis inauguratus, ostendit, quanto honore, quantis liberalitatibus Cæsarem (vt ita dicam) suum, sororis suæ virum, ducem optimum, & regiæ indolis, prosecutus sit, quos viros summæ rerum secundum se præfecerit, quanta pietate parentem olim indulgentissimam, nunc officiosissimam colere & obseruare instituerit: vt si ad huius auspicatus præscriptum vniuersam ipse formam principatus delinearit, spondere ausim apocatastasim quandam insignem priscæ Francorum gloriæ extituram. Francia quidem certè tantarum rerum expectatione excitata, animos illos alacreis denuo iam sustulit, quos haud ita dudum tacta de cœlo abiecerat. Existimant enim omnes supplicationibus populi cataractas cœli apertas esse, & lucem nobis redditam. Cuius spei cum omen haud aspernandum habemus à nomine Francisci Regis ductum, tum velut repromissore deo acquiescimus: qui signis & ostentis clarissimis lætitiam nobis publicam ratam fecisse existimatur. His tam magnificis, tam regiis rerum administrandarum primordiis si hoc quoque accesserit, vt literis & doctrinæ honos habeatur à principe & primoribus, haud scio an nihil sit quod addi ad regni amplitudinem possit. Id quidem certè fidenter affirmauerim ad posteros memorabile maximè fore, nos ex obsoleta & tristi socordiq; facie regni, nulla aut diurna certè tantum temporis intercapedine in magnificentissimam regni speciem atq; alacerrimam transiuisse, vnámque tantum noctem consnium fuisse sceptrorum squallentium atq; nitidissimorum. vsqueadeo numen aliquod benignũ repentè nos circumegit, velut theatro quodam vetusto ac fatili: quod vtinam benignitate diuina faustè & feliciter regi, rectoribus, nobisq; regendis eueniat. Vidimus dudum Gallici nominis Genium antea semper cultum ac nitidum, planipedis habitu in theatrum tot finitimarum gentium sub choragis imperitis & bona ex parte pusillis inductum, lideo (vt spes est) videbimus propediem in cothurnum pristino altiorem excitatum, tum, si modò qui summam rerum tenebunt, hoc intelligere, intellectumq; meminisse poterunt, Mineruæ q̃ Bellonæ numen maius ac præsentius semper ab Alexandro Magno Romanisque ducibus existimatum esse, qui imperia ipsi maxima ac clarissima omnis ætui condiderunt. Vt enim magister equitum dux summus, & Polemarchi creati viri decora multa militiæ meriti, quasi optiones eius allecti, bellicis in rebus speciem quandam magnificam & tanto imperio dignam præbebunt, rectè atq; ordine constituentes omnia:

Apocatastasis, restitutio rerũ & instauratio periodica in priscũ statum.

Planipes comœdia argumẽto & actione humilis, nihil splẽdoris habens. Cothurnꝰ grauitatẽ ac sublimitatẽ significat. Polemarchi sunt q̃s mareschallos vocãt.

A omnia: sic in rebus pacatis consiliarios adhiberi necesse est earũ rerum administrandarum prudentes, quæ procul à classicis transigũtur, aut ipsos bellicarum rerum consultos quasi quosdam Nestores vtraque facultate pollere: id quod fieri nequit si literatos oderint, aut spreuerint. Magno enim errore regibus olim nostris ac summæ nobilitati persuasum est, Galliæ campos naturam, Martis (vt aiunt) orchestram esse, nõ etiam Musarum odeum voluisse, in quo regum ac ducum gesta clarissimè celebrantur. Qua de re quoniam multa in præcedentibus libris diximus, non necessarium hic haB beo longius rem prosequi. Proinde fastigium principale nihil generosius instituere, nihil augustius velle potest, quàm vt rebus bellicis quasi in tumultu constitutis, literarum studiosos excitare quamplurimos contendat, partim à consiliis ei futuros, muneraq; rogata ac ciuilia obituros, partim res nostras monumentis literarum illustraturos: id quod Alexander Magnus quũ maximè exoptaret, vix assequi potuit: ob quod Achillem felicem identidẽ appellabat, cui contigisset ipsi post mortem Homerum præconem rerum suarum habere. Reges autem nostri ne Chœrilos quidem suarum rerum scriptores habuerunt, vt qui nihil existimarent literas pertinere ad memoriã C sui suorumq; æternitati prodendam. qua temporum incuria factum, vt res eorum gestæ, & instituta patria, auctorum silentio sepulta sint, vel ita memoriæ prodita, vt auctores pudendos magnarum rerum laudare vereamur. Quam gentis nostræ ignominiam si reges & proceres satis æstimare potuissent, præclarè cum viris literatis hactenus actum esset. Verum enimuero quandò ea quæ ad hunc principatum pertinent nunc primùm ineuntem, non tam in commendatione ac laude posita sunt, quàm in coniectura atq; expectatione, sustinendum nobis vlterius iudicium ad progressum vsque rerum magnifico iucũdoq; omine incohatarum: ne si quid secus acciderit D (quod ominari nolim) aut in rebus secundis a que plausibilibus proceres mandragoram (vt fit) biberint, præproperè ipsi occasionem res inexploratas laudãdi admirandiq; arripuisse videamur. Quod quum dixissem, & ille annuisset, dirempto hoc colloquio sermonem alium quæsiuimus. Eam autem disputationem nostrã simul animi causa huic operi attexendam esse duxi, simul vt monumentum esset æternum (vt spero) amicitiæ nostræ. Deloinus enim & Budæus insigne par amicorum in hac vrbe existimatur esse.

Odeum locus est chioro & symphoniacis destinatus.

Finis libri quinti & vltimi, Gulielmi Budæi Parisiensis, Consiliarii Regii, supplicúmque libellorum in Regia magistri, de Asse & partibus eius, diligenter cum reliquis ab ipso authore antequam vita defungeretur, & recogniti & aucti. In typographia Michaëlis Vascosani, mense Ianuario. M. D. XLII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVoniam intelleximus huius operis lectionem negocia multis in locis exhibere ijs qui non satis exercitati in lingua Latina sunt, operæprecium me facturum putaui, si glossemata quædam & scholia adnotarem in marginibus, ad subleuandum legentium laborem: id quod feciſſe mihi uideor, quantum quidem aſſequi intelligentiam potui, niſi quòd transmittenda quædam eſſe duxi, & coniecturæ relinquenda: ut quiſque pro captu exaudiret, quæ planè indicari enarrariq; non debent: & quòd ſerò hic mihi animus inceſſit. Nam in prioribus quaternionibus quædã explicanda cenſui, nec tamen adſcribenda duxi, auctore operis (qui tum aberat) non conſtante, quæ ſerie chartarum nunc tamẽ mutata, ſed literario ordine in indice reponenda his adiecimus: non quidem omnia, ſed quæ difficiliora viſa ſunt. Multa enim mihi uel prima lectione conſpicua, nonnullis ſunt obſcura: & quæ illis euidentia, mihi fortaſis ignota: quæ utcunque ſe habent, boni conſule.

Pronaum, limen eſt & frons templi. 15.D.

Cella autem interior eſt pars ædis ſacræ in quam ingredi non cuiuis licebat. ibidem.

Muſæum ædes eſt Muſis ſacra. ibidem.

Album eſt tabula in qua nomina iudicum in foro Romano proponebantur, qui anno quoque cauſas iudicaturi eſſent. Erant enim plures iudicum decuriæ uicibus iudicantes. ibid.

Reijcere ex albo ſignificat iudicem ut ſuſpectum & iniquum recuſare & auerſari. ibid.

Critica ſeueritas dicitur propter criticos, id eſt poematum iudices, qui ſibi eam auctoritatem ſumebant, ut quos uiſum eſſet, in ordinem poetarum redigerent, uel numero eximerent, & eximium poetam pronunciarent. 15.H.

E numeris eximant, metaphoricè dictum eſt, uerbum à militia tractum. Eſt enim eximere è numeris milites, ex manipulis expungere & reijcere, ſtipendioq; priuare. licet eximere numero aliud ſignificet. 16.B.

Baſilicanas ambũlationes uocat quæ in palatio fiunt ingenti mentiendi licentia, & noua comminiſcendi. ibid.P.

Statiua habere, eſt quod uulgo dicunt campum tenere, hoc eſt caſtra ſtatiaria metari. ibid.H.

Iudicem ferre, eſt arbitrio alicuius permittere litem. uerbum antiqui uoris. ibid.

Stylo exigere eſt ſcribendo aſſequi, & latinè explicare. ibid.12.

Mancipes ſocietatum ſunt magiſtri & capita quarumcunque factionum, metaphora ſumpta à redemptoribus aut publicanis. 17.B.

Optiones pro adiutoribus & ſubminiſtrantibus accipiuntur. Verbum eſt à militia ductum, quo Plautus in Aſinaria utitur. ibid.C.

Aſtes Minerua dicitur quæ lateri aſtat, quaſi ſocia & cuſtos ſapientis. Præſtes, quæ præcedit quaſi dux. Sic præſtites ijs homini naſcenti aſſignabantur ab antiquis auctoribus, Macrobio, Feſto, & Martiano. ibid.F.

Cercopum, id eſt lucripetarum appellatione ij ſignificantur inter aulicos qui in Reip. adminiſtratione priuatis commodis ſequantur, & publicas opes in ſuum lucrum uertunt: quo nomine Quæſtorum & Præfectorum ærarij natio ſignificari uidetur, quorum uerſutias & commẽta principes & populus uidentes, tamen intelligere nequeunt. Cercopes latinè lucriones appellati ſunt. Inde, ut mihi Budæus ipſe indicauit, Cercopon hedra apud Herodotum in ſeptimo, hoc eſt impoſtorum & lucripetarum ſedes, & inde natum apud Græcos prouerbium. 17.lt. uerſu.6.

Obnunciare, & uitium obuenire, uerba ſunt tracta à more comitiorum Ro. Obnunciãtes enim Augures, id eſt affirmantes infaustum aliquod ſignum è cælo ſeſe obſeruaſſe, prohibebant ne magiſtratus eo die crearentur. 18.B.

Vitium autem obueniſſe dicebatur, quando oſtentum aliquod creationem uitians apparuerat. Vtitur his uerbis Cicero in ſecunda Antoniana. Hic autem metaphoricè accipiuntur. Obnunciare enim eos intelligit, qui nocere ijs uolentes quos publicè fama commendat, clàm eis detrectant, quaſi uitia in eis compererint: & ſic eos à beneficijs arcent principalibus. Et præterii candidati in comitijs apud Ciceronem & Plinium leguntur, quorum ratio in comitijs non habebatur, & qui repulſam tulerãt. Hic pro ijs accipiuntur, quorũ fama ſupprimitur ab ijs qui nouerunt eorũ merita & uirtutẽ. 18.B.

Seruare de cælo, ibidẽ, uerbum eſt augurale, ſed metaphoricè accipitur pro eo quod eſt ex ſententia animi ſui homines probare uel improbare obſeruato diuino mandato. Hoc eſt rationem cæleſtium rerum habere, nec affectibus inſeruire, & amori uel odio obſequi.

Prærogatiuum ſuffragium dicitur, ut prærogatiua tribus. In comitijs enim Romanis prærogatiua tribus dicebatur, cui ſorte obuenerat ut prima rogaretur, hoc eſt ſuffragium ferret. Sic prærogatiuum ſuffragium dicto loco dicitur eorum hominum ſententia qui primi cenſere iubentur à principe de unoquoque præficiendo. 18.G.

Amare à lenone, antiqua eſt locutio, & ſignificat amare proſtitutam meretricem, non mulierem impudicam quidem, ſed delectum tamen amatorum habentem, nec ſe cuiuis permittentem. 19.E.

Cernere hæreditatem uerbum eſt antiqui iuris, ſed apud Ciceronem frequens, & ſignificat adire hæreditatẽ. 19.H.

Donatiua uenialia dicuntur, quæ uulgo indulgentiæ uocantur, metaphorà à donatiuis imperatorijs ſumpta. 20.D.

Motorij actus dicuntur alluſione comœdiarum priſcarũ. Comœdiæ enim motoriæ dicebantur quæ turbulentæ erant. Quæ autem quietiores, eæ ſtatariæ uocabantur. Alludit igitur ad Reip. ſummam quæ turbulẽtis actibus adminiſtrata eſt propter tumultuoſa bella. 21.E.

Pyrrhica ſaltatio eſt armata. ibid. F.

Choragus, chori hoc eſt ſaltantium primus eſt, & dux choreæ. Choragi autem Paſtophori intelliguntur antiſtites &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pontifices res bellicas tractantes. Pastos enim uestis est sacerdotalis, & Præsules dicuntur quasi præsultores seu præsaltantes. Indecorum autem esse ostendit & absonum sacerdotes choraegos esse saltationis armatæ, hoc est in conflictu sapientiendorũ bellorũ præsidere, & rerũ bello gerendarũ principatũ habere, & ueluti classicũ pugnaturis canere. 21.F

Hastæ amentatæ dicuntur quæ ansula & habenula instructæ sunt. Amentum enim eiusmodi est habenula, qua uelitaris id est leuis armaturæ milites in prima acie stantes, & antesignanos præcedentes, iacula sua concitabant, pugnamq; hoc iaculatione committebant, quod latinè uelitari dicitur, quasi pugnam iritare & incipere. Hastas autem amentatas metaphoricè dicitur pro eo quod est dictatas orationes uel sententias à uiris doctis accipere, & pro suis unicuique culo ab alio sumpto brachiũ suum accommodare. & digitos amento inserere, est alienis orationibus respondere, non sua sed corrogata Minerua. Perstat autem in metaphora propter uerbum uelitari, quo paulò antè usus est. 22.G.

Catonis animo ferre, est mortem sibi consciscere ob iniquam fortunæ arbitrium, & incommodum summæ rerũ contemptum. Ciceronis autem stomacho ferre est partim tempori inseruire, partim in secessum studiorum se conferre, & incommodarum rerum solatium quærere, ut Cicero post Cæsaris victoriam fecit. 23.C.

Adumbrare placita principũ ijs quæ paucis placita sunt, hoc significat, cum quid paucis libuit & utile est, id ut multo refragante aut reclamante fiat, diplomatibus à principe elicitis, & in omnes regni partes dimissis, edictalem auctoritatem ei rei accommodare, ut sub umbra & prætextu regij nominis ipsi animo suo obsequantur, & nullus in eos obloquatur, ne in regem obloqui uideatur. 25.B.

Fucum facere ordinibus significat ita astutè & callidè agere in administratione summæ reipublicæ, ut proceres & nobiles & magistratus oppidani & populus falli se, & simplicitati suæ imposturam fieri non intelligant. 25.C.

Arbitri oculati rerum sanctiore præiudicio transactarum, sunt illi qui ad speciem tantùm & prætextum in consilium adhibentur, ut res non ex paucorum libidine, sed consultò agi uideantur, cum tamen ipsi in consilium admissi non consulere iubeantur ab ijs qui consilio principis præsident, sed uel assentiri ijs quæ ipsi secretiore consilio statuerunt, uel adesse tantum rebus decernendis: non autẽ sententiam dicere, utpote cum ad res iam antea decretas & præiudicatas uocentur. Arbitrari enim oculariter tantum, hoc est, spectare, non etiam uocaliter, eis datum est. ibidem.

Translatitium est id quod usitatum iam esse cœpit, & cuius multa sunt exempla. ibidem.

Paludati duces sunt ad bellum iam accincti, & in expeditionem exeuntes. 25.E.

Togati sunt qui pacis tantùm artes nouerunt. Insulati sunt antistites. ibidem.F.

Diras imprecari dicitur populus sub paucorum regimine uexatus, cum abrupta patientia eorum improbitatem execratur, & eos pœnis æternis deuouet. Verbum est antiquum, quo infausta & exitialia rerum euenta imprecari significabant. 25.G.

Vultus sordibus excussis ferocem præferentes securitatem, his uerbis ij homines significari uidentur, qui cum alio quando rei peculatus essent, & in summum discrimen adducti propter infamiam interuersæ publicæ pecuniæ, cum præpotentis alicuius aulici suffragatione ampliati essent magis quàm ex reis exempti: languescentibus tamen criminationibus, conniuentia principum & curiæ summæ uelut absoluti, superbiores solito facti erant. In sordibus enim esse dicebatur olim qui rei publici criminis erant. ibi.

Hæc hactenus. reliqua suis marginibus adscripsimus, ex instituto plurima prætergressi, & usi uocabulis forsè non satis protritis, sed ab auctoris stylo minus degenerantibus, ut rudiusculus lector explanationis subinde explanationem desideret, cum sint qui nesciãt qui sint rei peculatus, qui ampliati, qui reis exempti, quod summum discrimen, quæ interuersa pecunia, quibus modò ex Annotationibus Budæi usus sum: è quibus etiã nuper nunc pauca sunt addita. Verum non plane cæcis sed paululum cæcutientibus hanc faculam præferre constitui. Vale.

Rerum & uocum in hoc opere insignium partim signatarum tantũ, partim etiam explicatarum, index alphabeticus.

A

Abdemonus Tyrius 135.f.g
Abducere fide militem 198.b
Acacus 10.c
Academici 203.a b
Accipiter solinagus, puerbiũ. 19.f
Accusandi licentia 179.k
Accursii auctoritas. 2. versu 28.
Einsdem lapsus 105.a
Achilles Homericus 17.c
Acrabuli mensura 150.b
Actiacæ victoriæ momentum. 87.k
Actiacus exercitus 85.c
Actorũ Apostolicorũ loc⁹. 172.g.h
Actus quadratus 142.d
Adagium græcum, Iouis tesseræ semper bene cadunt 118.e
Adamantis gemmę preciũ 60.c
Adespota, albana 81.g.105.h.i
Addicere nummo 29.f
Adiabene 133.c
Ad limẽ obseruare. 118.b
Ad Lotophagos hęrere 206.c
Administrationis publicæ integritas ardua 211.c
Admissionales 121.h
Adolescens tristis magis quàm hilaris Aristoni placebat. 166.c
Adrastia Nemesis 23.b
Adrastia lex. 219.a
Aduerbia pro nominibus in numerandi ratione 35.e
Adumbrare placita principũ. 225
Aduocatorum honorarium. 179.i. 180.c.d.
Advocatus in aula quid sit 26.a
Ædes Saturni 216.k
Ædium Romanarum magnificẽtia. 90.d.k
Ædilium munera 46.i.k
Æginæa drachma & attica. 101.k
Ægis polinchi 111.h
Ægypt⁹ in prouinciã redacta. 87.e
Ægypti abundantia. 138.g
Ægypti administratio 105.g
Ægyptium talentũ, minimũ. 104.b
Ægypti redditus 105.b
Ægyptij Iudæos oderant 135.a
Ægyptiorum hieroglyphica. 24.f
Ægyptiorum opes 138.c
Ænigmatũ inuicẽ proponẽdorum apud antiquos cõsuetudo. 135.f
Æoli in aula 216.k
Æolidæ 122.h
Ærarium Romanum 104.d
Ærarium Romanũ Cæsar vi perfregit 86.e.f
Ærarium Romanũ in æde Saturni erat 216.k
Ærarij Romani copiæ 49.d. e.h
Ærarium sanctius à Cæsare expiatum. 50.i
Aes alienũ Cæsaris Dictatoris. 58.c
Aes auro & argẽto miscebat. 97.c
Aes graue 29.d
Aes quando primùm & qua nota signarum 39.k
Aeris appellatiõe as intelligit. 40.c
Aeris dena millia 143.i
Aeris grauis pœna 29.c
Aeris grauis tẽp⁹ seu collatio. 189.i
Aeris nota 168.g
Aeruscatores 209.h
Aesculanus deus 204.c
Æsopus histrio 64.e
Æsopi diuitiæ. 191.f. quæstus. 65.k
Æsopi duo pater & filius 65.f
Æsopi patina. 42.g.h. 46.d. 65.d. 112.a
Aetheris summa pars, Minerua intelligitur 24.f
Aethiopiam arma Romanorũ penetrarunt 87.e.f
Aethon ardens 210.d
Africæ fertilitas triticea 184.i
Age hoc 198.e
Agere res alias. vide alias res agere.
Agnasci. 195.e. Agnatum. 220.d
Agones epitaphij 212.c
Agri uncia 5.b
Agricolatio domini 197.f.g
Agricolarum ignauia. 185.b
Agrorum cessatio 142.i
Agrippæ opera in ædilitate. 100.e
Aius Locutius 123.f
Alæ. 21.h Alastores. 199.e
Aleæ lusus immensi precij. 111.b
Albana, quæ ἐλλιμενῖτις 81.g
Albana, spauáque 105.h
Albati scurræ. 212.b. Album. 225
Albo diuinę, puidétię Iscripti. 214.a
ex Albo reñcere 225
Alcinoi apologus 213.c
Alecto 209.g
Alexandria, emporium locuples 105.c.106.d.
Alexander polyhistor 132.c
Alexander magnus Homeri & Pindari studiosus, 25.a. 54.f. vinosus, 156.d. Eius augustale & prætorium castrense, 116.b c. eius cõuiuia, 80.f. in nuptijs luxus, 115.f g. & dein. Susiani thesauri. 113.k 114.i. imperium, 103. k. copiæ 104.a.b. munificentia. 115.i. sublimis animus, 117.b opes, 117.c
Alexandrocolaces. 115.h. 116.a
Alias res agere. 26.e. 137.h. 209.a.
Alienum æs militum suorũ Alexãder omne dissoluit, 114.k. & deĩ.
Aliptæ, vnctores 196.k
Alogistia 194.e
Alphestę homines dicti. 2. versu. 11.
Aluus, 168.b. vt sistatur 161.i
Amare à lenone 225.
Amasis, qui & Pharao. 138.g,h,i.
Ambientium molestiæ 209.i
Ambitio & dinũdinatio in põtificib⁹ & cœnobiarchis. 191.k & deĩ.
ambitio honesta. 219.g. 220.d. 222.i
Ambitio tenacissima est. 211.h
Ambitionis cæcitas 194.f
Ambitiosorum stultitia. 210.c d
Ambitus fœnus intendit 94.b
Ambitus lex 98.h
Ambitus Romę ingens erat ob magistratuum commoda 93.h
Ambulationes basilicanæ 225
Amentum ibi.
Amentatæ hastæ ibi.
Amicorum perfidia 116.i
Amicorum locupletator Augustus 96.b
Amœbei citharœdi quæstus 65.g
Amor sui, & charitas publica, non bene conueniunt 118.f
Amphora, eius forma & capacitas. 139.d g, 140.a.d. 148.i. 149. k. 165.c. 181.f
Amphora vini 149.e.k
Amphora, octaua pars modij Parisiensis 181.g. 184.a
Amphora quinquagenaria. 165.b
Amphoreoplus 31.h
Amymones 60.a
ἀνάθεσις 55.g
Anadyomene Apellis 55.h
Anagnostarum seruorum precium. 63.h. 92.f
Anantapodoton. 203.i
Anaphora 9.a.b
Anatocismus antiqs vsitatus. 182.g
Androsphinx 220.a
Angel⁹ Politian⁹. 10.f. 139.d. 140.d
Anginarium pyrum 199.h
Angli cũ Gallo affinitas, 118.h
Animaduertendus locus. 185.d
Anima corpus exire solita 213.c
de Anima, Aristotelis libri prçstantissimi 54.i
Animæ definitio. 10.g
Animæ humanæ humiliatio. 198.h & dein.
Animæ in dei manũ per baptisma mancipatio 126.c
Animæ partes duę, ira & ratio. 17.c
Animam mortalem asserẽtes. 201.g
Animus æquus 195.g
Animus & anima differunt. 12.a
Animi cultura nũq̃ frustra est. 160.b
Animi humani capacitas. 39.h
Animi recta constitutio 202.a
Animalium historia Aristotele authore maximo ab Alexãdro redempta 54.h
Annibalis putei. 107.b
Anniuersaria fœdera 118.h
Annonæ ratio apũ Parisinos. 172.c
Annotationes in Pandectas, 2. versu. 24. 15.a. 220.i.
Annos ferentia vina 195.i
ab Annulis comparatio 122.i
Annulus aureus, equestris ordinis indicium. 64.k
Annuli aurei gestandi ius. 73.e. tres ab Hannibale Carthaginem annulorum modij missi 150.a
Annulorũ primũ vestigium. 73.b d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anodyna carapotia 219.a
Antæus 124. e
Antigoni cyathus 154.a
Antiochia 133. e
Antipathiam segetum miscere. 190.k
Antiquorum etiam scripta examinanda 150.i
Antiquos perinde atque nos errare potuisse 7.f
Antistites aulici 205. h
Antonius à prato cancellarius. 222 c.d
Antonius Musa medicus 154.h
Antonius triumuir. 63.i.84.a.b.c.f g.h.i.85.e.f.g.h.86.b.eius copiæ in bello Actiaco.178.d.facies in nomismate.44.e
Anthropolattes 216.g
Apamia vrbs 130.b
Apartilogia 79.a
Apellis præstantia.55.e.92.h.212.k
Appellico Teius 92.i
Aphrodisium 177.b.c
Appianus historicus græcus. 58.c eius tempora.103.f
Appiani loc°.33.c.82.c.k.86.c.92.g
Apicij luxus perditissimi. 66.a.eius exitus. ibi.e
Apion Polyhistor 135.i
Apirocalia 24.c
Apocalypsis Iohānis, Parcarū commentarium 208.c
Apocalypsis locus 109.i.168.c
Apocatastasis 223.g
Apolides 217.c
Apollonia,signandæ pecuniæ officina 109.b
Apri solidi apponi soliti 63.b
Aquæ chrysulcæ mira vis 72.a.b.c
Aquis abundans Roma 100.f
Ara Lugdunensis 109.b
Arabiæ felicitas 113.b
Arabiā Augustus oppugnauit. 87.f
Arabum tributum 102.i
Arbela vicus 116.k
Arbiri oculati 225
Arbitrium,nostri iuris est 202.c
Arbores in quincuncē digestę.13.h
Arborum ingens precium. 41.i.90 f.g
Arces ciuitatum Palladi sacræ. 24.f
Archidicastes 105.i.k
Archimedis clauicula 176.i
Archiplanus 214.a
Archontius vulnerarius medicus. 53.d.& f
Arepennum. 183.k.vide Arpennum
Argenteus quo Christus diuēditus. 172.i
Argentea vasa 90.b
Argentum granallium 72.d
Argentum impermixtum purissimumq; 72.g
Argētum hominibus Romanis auro celebratius fuit 73.i.96.h
Argentum in nummone an in supellectile melius habeatur.117.e
Argentum non aurum imperabant Romani victis abs se gentibus. 73.e.132.i.k
Argentum oprimū,Parisinū & cineraceum 72.a
Argentum purum 180.f
Argentum quando signatum. 29.b 174.d.e.eius nota.173.c
Argenti ad aurum analogia 72.i
Argento cęlato insignes multi. 96.i
Argentifodinę memorabiles.106.h
Argentinus deus 204.e
Argumenta theatrica 198.a
Argumentatio 203. e
Argyranche 144.i
Argyraspides 21.g.116.d
Argyrocopium 70. h.109.a
Argyrocopiorum pyxides 72.i
Arieres talentares 108.e
Arietum precium in Bætica. 108.e
Arimaspea carmina 213. c
Aristeas proconnesius poeta . ibidē
Aristides 216.g
Aristippei 216.f
Aristippea schola 210.i
Aristophanis locus 157.k
Aristoteles Alexandri præceptor. 24.k
Aristoteles immensum precium accepit ab Alexandro pro historia animalium 54.h
Aristoteles in verbo philosophico lapsus 13.a
Aristoteles innumera volumina cōscripsit 54.i
Aristoteles magno pauculos libros emit 79.g.92.i
Aristotelis & Theophrasti libri magno venditi 92.i
Arma hecatombœa 56.c. 169.g
Armigeri serui precium 43.b
Arpennū, latina vox. 142. c.143.c
Arpennum Parisinum 142. e eius proportio ad iugerum Romanum 143.b
Arpennorum oblocatio in Francia 142.h.i
Artemidori locus 64.d
Artis precium olim in cælaturis. 97.c
artes in precio olim quædam, quæ nunc euiluerunt. 54.a.55.c.92.g
artes liberales vnde dictæ 217.f
artium inuentio & absolutio.2.versu.14
artificia antiqua 97.d
arura 133.h
aruum 142.k
aschematistos oratio 6.f
asia 83.c.d.85.b.103.a.d.eius fertilitas.105.k
asia deuicta,luxuria Romam inuasit 85.h
asiæ 20. millia talentūm imperata. 83.d
asiaticorum mira vexatio 85.e.f.
asina Reatina 41.k
asinarum lactis vsus 111.g
asinus memorabilis 42.a
asini Arcadici,& Reatini 42.d
aspectus quadrantalis,nonagenarius &c. 8.
aspectus astronomici 22.c
aspendius citharœdus 3.d.
as,qui & assis,vnde dictus.3.d.172.k
as,libra & pondo,idem. 3.d.
as & assis dipondius 13.c
as,libralis nummus 28.f
as nummulus 28.f
as nostra moneta. 168.g.eius partes hodiernæ 28.g
as æreus erat,nō argenteus. 42.b.d.
assis partes 3.a.28.g
assis partes etiam mensuras hesternas in bibendo,significant. 153.a.b
assis in partes, res omnis facile diuiditur 7.a
as Budæi velut mathematica ratione compactus.33.g.historiæ vicem præstet 42.c
asses mille,valebant aureos decem. 98.h 173.d
asses sextantarij 190.a
asses stipendiarij 41.c
asses quos Plinius intelligat 39.d
asses vnciales 3.k
assipondium 133.c
assyria 133.c
assyriorum regnum.132.c.vetustissimum omnium 160.g 148.i
ata, noxa 52.k
atele 209.b
athena,cognomen 209.b
athei philosophi 79.a
athenæi locus 177.d
athenienses classiarijs opibus excellere 178.d
athenienses classiarijs opibus excellere 178.d
athenienses classiarijs opibus excellere 178

Universidad de Deusto
Biblioteca

Budæus ad honores sæpe prouocatus 222.g
Budæus an à Mineruæ castris ad Iunonis præsidia trãsieat. 216.d.e
Budæus mathematica methodo libros hos confecit 53.h
Budæus primus Gallos ab ignorãtiæ ac stupiditatis calumnia vindicat 22.h
Budæus se ipso præceptore vsus 14.k.53.b
Budæus simulandi nescius, & pudentissimus 218.e
Budæi ac Deloini dialogismus. 216.a,& dein.
Budæi ardor ĩ literas. 218.a.b. auiditas in vetustorũ nomismarum expensione. 189.e. cãdor, atque adeo labor. 181.a b,190.k. cõiectura optima ac prinax. 36.d e cõstãtia in hoc opere. 191.a. de dictis suis fiducia. 151.g.159.c. de se sponsio. 39.e,44.k. deprecatio ad lectores. 159.c. diligentia ĩ veritatis indagatione. 149.g 151.e.155.c. exclamatio contra iniquitatẽ tẽporũ. 214.d. in castigando fides. 50.e. in patriã pietas 22.a.b. modestia. 79.d. 150.g.k. Sãmauricanũ prædiũ. 14. valetudo 218. a. 222.f. apologia velut de Plinij reprehensione. 160.d
Budæi vxor ac liberi. 218.b c
Bulea themis 206.a
Busta Gallica 119.f

C

C litera, quæ nota 67.g
Caccus Parisinus 165.h
Caducorum iura 81.g
Cadus 157.e,165.d
Cælatores 97.c
Cælatores insignes 96.i
Cælatores & inclusores quo vtantur auro 74.f
Cælaturæ precium 90.d
Calendarium 30.c
Cæsariani, testons 180.h
Cæsar corruptor animosissim°. 97.f 98.i
Cæsar immẽsam pecuniam ex ærario Rom. suit ulit 50.g h
Cæsareæ vrbes 88.i
Cæsaris anim° sublimis. 59.d e f g
Cæsaris clementia 46.c
Cæsaris dictatoris nomisma. 44.b alienũ æs. 58.c,59.c. animus. 98.k monarchia. 103.g. donatiuũ. 83.d e. furtũ 60.e f. corruptelæ ibi. h liburnicæ. 178.b
Cæsaris mortui pecunia 86.b
C. Domitius 90.c
C. Furius Cresinus 186.c
Caius princeps, vltra modum prodigus. 109.d.& 110.f
Calderini lapsus. 3.e. 29. d. 35.d, 66.b,154.c.d
Caligulæ profusio. 27.k,109. d e. 112.g
Callipidæ 211.k
Cambyses 100.k
Cancellaria Romana 199.e
Cancellarius Franciæ 221.k
Cancellarius Guido à Rupeforti 121.h.222. D. Anto. a prato. ibi.
Cancellarij munus 222.a
Canon 81.c
Canon frumẽtarius 163.k
Canones pontificij 199.d
Canonizati, publica religione cõsecrati 197.k
Capelus 100.k
Capito Cossutianus 51.d
Capitolinus inter classicos authores non habendus 38.i
Capricorni nota ĩ nomismate. 44.d
Caractæ in auro 71.h
Carceres 210.b
Cardiaci 153.f g
Cardinales aulici. 212.a b & dein.
Cardinales & episcopi impune pecent 199.g
Cardinaliũ insolẽtiã atq; arrogantiam perstringit 212.c d
Cardiulcus, cor euellens 218.k
Cardo 4.c
Caroleus nummus 180.f
Carolei fortes, nummi Aquitanici. 179.c
Carolei Parisini dextãtes rectè vocentur. 168.g
Carthaginensia metalla 106.i
Caruba in auro 71.i
Cassius iudex 194.i
Cassij & Bruti donatiuum 84.d
Castigatoris mun° sæpe præstat Budæus 4.e
Castrata siligo 163.b
Castor & Pollux iudiciorum præsides. 53.k
Castrense prætoriũ Alexãdri. 116.c
Catenæ Vulcaniæ 210.b
Caro Cypriam gazam Romã deportauit 95.d
Catomiana censura 104.f
Caronis animo ferre 225
Caronis censura. 43.g h. 63.f
Caronis loc° restitut°. 161.d. 164.d
Catorthomata 214.e
Cauere capite 194.k
Caussarij milites 159.i
Causia 212.a
Cedrina stẽmata 20.b c
Celeusma 200.d
Cella 225.
Celoneum 68.i
Celsi locus 151.b. 153.d f. 167.e
Celtiberorũ gens numerosa & diues. 107.d
Gemmeni montes 107.f
Cenchrites vinum 155.f
Census Atheniẽsium. 143.c. 146.g
Census equestris & senatori°. 26.g. & dein. 45.i k. 46.b. 52.e
Census olim maximus 40.a
Cẽsus, opes hoim arguebat. 187.c
Census primæ classis Ro. 172.d
Census pro modo, tributum Romæ conferebatur 104.f
Census Romani & classes. 143.g
Cestrum betonica herba 211.e
Centaurorum fabula 210.b
Centena verbum in numeris auctoris quis sæpe supplẽdum. 166.a
Centenaria vinea 171.d
Centenariæ cœnæ 75.g
Centenarij 40.i
Centenarij liberti 30.b.c
Centesima vsura 30.a
Centesimæ duæ 184.k
Centesimus fructus 179.i
Centũ aurei apud Vlpianũ. 179.i 40.c
Centrum æris millia
Centrum millia, maximus olim numerus erat 44.b
Centrum nummi, duo aurei. 183.e
Centũ sestertia quantũ valeãt. 40.c
Centies sestertium, compendiosa locutio 37.c
Centies sestertiũ vt intelligat. 112.a
Centies nonnunquã auctores dicunt pro centies sestertio 37.g
Centuria 186.a
Centuriale aruum 197.i
Centurionum stipendium. 190.e 3.k.171.d 188.h
Centussis 208.a
Centussis noster 195.e
Cepio 195.e
Ceræ primæ 157.c d g
Ceramium
Ceratiũ in auro. 4.k. 5.a. 60.b. 71.h 74.h
Cernere hæreditatẽ. 195.a.225
Ceruical Persarum regis. 116.g 168.k & dein.
Chalcus 180.g
χαλκὸς
Chaldæi, Assyriorum sapientes. 212.a
Chamæleon 115.f
Chares historicus 198.f g
Charitatis lex 53.d.e
Charmidis medici facinus. 164.a
χλῶνις. 203.d
Cherronesus 167.d
Cheopina 56.c
Chiliades 209.k
Chilias chiliadum 196.k
Chorus 196.k
Chœnix. 155.d, 157.i, 160.k, 161.b 203.g.214.d
Choragium. 21.f.225
Choragus 143.i
Choregia 200.d
Chorostates 122.c
Chrestologi
Christus, Hercules alexicacus. 193.a 214.c
Christus Ianus geminus. 207.k. & dein.
Christus imitandum & nobis proponendus 195.d
Christi appellationes 207.b
Christi dogma parum plausibile apud mundanos 137.d
Christi & eius comitatus cum nostris pontificibus cõparatio. 194.d
Christi exemplar qui se eius vica-
rios nobis ingerunt, nusquã sequuntur 194.a
Christi natiuitas 89.a
Christi præceptorum contemptores arguit 198.f
Christi precium à Iuda æstimatum 172.i
Christi testamẽtũ. 195.a b & dein.
Christo nato census Romanorum capitum 88.b
Christo ratio tandẽ reddẽda. 213.d
Christi spõsi aduersus sponsam suã Ecclesiam indignatio 198.i
Christiani hominis cor, thalamus dei 218.i
Christiani athletę typus. 208.c
Christiani authores excellẽtissimi, 206.a
Christianorũ osores historici quidam 136.d e.k. 137.b
Christianissima Francia 192.a
Christophorus Lõgolius 179.f
Chrysammos 102.f,107.a
Chrysiris 102.f
Chrysoplysium 72.a
Chrysoplytes Parisiensis 72.b
Cius 155.d,156.c
Cibarius panis 162.b
Cibi ac potus rationem sibi constare volebat Augustus, 154.e
Cicero & Plinius humana Minerua scripsere 12.k
Cicero fugiens quantum pecuniæ dono ab Attico acceperit. 92.c
Cicero Gabinio recõciliatus. 105.e
Cicero merito à græcis accusat°. 9.g
Cicero ob accusationẽ Verris male audiuit 34.e
Cicero philosophiæ rudis non erat. 13.b
Cicero prouinciã deposuit. 95. a b
Cicero quanti habitarit 90.a
Ciceronis tenuis habitus 191.g
Ciceronis caput amputatum, quãti repensum 92.g
Ciceronis cũ Roscio cõtẽtio. 64.e
Ciceronis enselechia 9.f
Ciceronis erratũ in Catone. 152.b
Ciceronis facetũ dictum 90.b
Ciceronis filius temulentia inclytus 149.e
Ciceronis oratio pro domo sua, 91.c. pro lege Manilia. 94.k
Ciceronis locus pro Cecinna. 4.h. ℞ Cluẽtio, 38.k. in Epistolis 91. 1.93.h.ĩ Frumẽtaria. 47.g. 139.i. 141.b c f. in lege Agraria, seu cõtra Rullum. 94.h. in Oratore. 3.d ĩ Paradoxis, 48.g. in secũda Philippica, 80.h. 106.a. pro Rabirio 38.k, 78.g. ℞ Sex. Roscio, 64.h. in Verrẽ, 34.a, 35.h, 36.i, 39.b. in de vniuersitate 4.g
Ciceronis nomisma 44.a
Ciceronis opulentia vnde 91.k
Ciceronis stomacho ferre 225.
Ciceroni sua eloquentia aurifera erat 92.f
Ciceronis villæ 91.g
Ciceronẽ lapsum esse nil miri. 13.a
Ciceronem perstringit. 9.h.i, & dei
Cimeliarchium 46.h
Cineraceum argentum 72.a d
Circus maximus à Cæsare extructus 97.c
Cistophori 56.f
Citrinarum mensarũ precium, 67.k & dein.
Ciuitatem Romanam imperatores Romani dabant 96.a
Ciuitatum arces cur Palladi sacræ 24.f
Classes ciuium Romanorũ. 143.g
Classis olim prima apud Romanos 40.a
Classis primæ census 172.d
Classis Xerxis 175.g
Claudius Isidorus diues 48.d
Claui denarum librarum 176.k
Clauicula Archimedis 176.i
Cleopatræ luxus 27.a,84.i k
Cleopatræ margarita. 46. e, 59. i, 60.b c,112.g
Cleopatræ pater 105.b
Cloacæ maximæ Romæ 100.f
Clodij luxuria 98.b
Clodij odiũ aduersus Cicero. 91.d
Clodij cædes 98.g
Cn. Flauius scriba 73.b
Cocci precium 51.i
Cochea miranda 177.e
Cocorum precium 66.h.i.67.a.
Coctura quę dicatur. 166.e,181.c.
Cœle Syria 135.d
Cœlũ, & esse in cœlo 205.d
Cohortes in legionibus 190.f
Cœna recta 168.i
Cœna Vitelliana 111.h
Cœnæ Apicianæ 66.a
Cœnobiarcha vulgò abbas. 193.f
Cointius aurifex. 72.c
Colossensium epistola 209.b
Collimare 182.c
Collineatio ibid.
Columbarum precia 42.i k
Columella Senecæ blãditur. 186.k
Columellæ ætas 185.c
Columellæ locus. 5.d e i. 29. g h, 61.i,183.e & dein.
Comagene 133.e
Commenda, fiducia 193.c,195.k
Commercia finitimarum gentium precium auri intendunt. 71.d
Commercia nationes nobiles faciunt 134.f.g
Commana regio 94.g
Comitiales dies 127.b
Cõmodi imp. adoptatio. 89.i k
Comperendinari 213.b
Concionatoris lepidi dictũ aduersus imperitos episcopos 196.a
Conciones maximo ære redemptæ 191.f
Concordiæ simulacrum 69.k
Confarreare 199.d
Confectaria 203.d
Congiaria Augusti 88.a
Congiarius cadus 164.k
Congius 167.g
Congn diuersa acceptio 156.f
Conscripti senatores 195.k
Conspicilium 214.k
Cõsilia Gallorũ priscorum. 25.d
Consulum & prætorum Romanorum potestas 94.d
Contenti simus hoc Catone. 25.k
Conrignatio 30. cœnationũ capax in naui 177.a
Contumaciæ mulcta 170.i
Conturbare, quid sit 194.e
Conuiuæ Alexandri & Persarum regum 80.a
Conuiuarũ ingens numerus, 115.d
Copiæ Romanæ 27.h
Copiæ bellicæ Francorum 120.e
Coraxi populus 108.e
Corculus Scipio 122.d
Cornel. Tacitus scriptorum vecordissimus 136.f h
Cornelij Taciti locus 38.d
Coronarus 45.g
Coronati Cruciati 70.e
Corpus organicum 10.i
Corruptio ac sordes mirabilis. 98.k
Corruptor asiosissimus Cæsar. 60.h
Corui hũano sermõe vocales. 46.d
Corus 166.g
Coryphæus 196.k
Coticularium aurum 74.f
Cothurnata scelera 192.i
Cothurnus 205.e,218.f,223.i
Cotulæ 148.g,155.c
Crœsi diuitiæ 103.a
Crameſinum 51.i
Crassus orator 219.f
Crassi auaritia. 58. f, diuitiæ 48.e, 161.h i
Crassini cura 160.k,& 161.a b
Cratetis in mantica philosophari 219.i
Critica seueritas 225
Cruciati coronati 70.e
Curia aulica excordes homines facit 218.i
Curiæ pellacia. 220. a. vide Aula.
Crustulum sanctificum. 198.d
Crux sua cuiq; rollenda 195.a
Cubus 139.g,140.d
Cubici numeri 140.b
Cubiculum regis Persarum quàm opulentum 116.h
Culeus 164.k,166.c d
Culeus Parisinus 183.c
Culeus trimodius 178.f
Culei duplares 177.i
Cunei in theatris 123.e
Cuneos inter sedere 127.d
Cunnus, ignauiæ symbolũ. 138.g
Curia vnde dicta 215.c
Curionis æs alienũ, 60.h, 98.a. cõciones, 191.f. corruptela 97.e
Curiosorũ librorũ exustio. 172.g h
Curtij locus. 114.a c, 117.a b
Cyathus 149.i, 153.d. 158.b c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cyathus Demetrij & Antigoni 154.a
Cyathi amicitiæ & amoris. 153.k
Cyathi plura apud græcos nomina 153.i
ad Cyathum stare 153.h
Cyathis potus suos metiebãtur antiqui 153.h
Cyathissare quid sit. 153.k
Cybi 164.h
Cybium ibidem
Cynici & Momi 210.g
Cypri opulentia 95.c
Cypria gaza publicata 95.d
Cyprianus & Lactantius 206.a
Cyria doxa. 210.k
Cyrus rex. 132.g h. eius opes. 133.a
D
Daci, Getæ 64.c
Dactylotheca 99.i
Dæmones, alastores 199.e
Dæmonum obseruatio vt animam præsidio vacuã inuadant. 198.k
Damascena Syria 133.d
Damasci gaza 113.i
Darici stateres 131.b
Darius alexandro filiam cum dote opima obtulit 117.a
Darius Histaspis F. 100.i
Darius primus 113.c
Darius vltimus ibi.i
Darij Persarum regis luxus 81.a
Darij miserabilis exitus 116.i
Dauid quando fuerit 132.b
Dauid oratio ad primores tribuum 130.k
Dauidis diuitiæ. 127.k.128.g. & 130.h
Dauidis & Solomonis opes. 133.c
Dauidis encomium 207.h
De asini vmbra litigare 209.e
De cœlo detracti 198.h
Deauratura templi Iouis capitolini 100.b
Debitis se implicantiũ insania. 98.f
Debitoris magni culcitra 97.k
Decarchiæ 87.c
Decemprimatus, ibidem
Decies sæpe absolutè ponitur pro decies sestertio 37.c d i k
Decies centena 66.c
Decies sestertium & dena sestertia. 35.c.66.c.171.f
Decij Laberij quæstus 65.h
Decoctores in iudicium vocabantur. 138.k
Decumanum frumentum. 141.c.d
Decumanus limes 4.d
Decumana omnia, magna. 200.f g
Decus scenæ 127.c
Decussare 4.g.44.b
Decussatio 4.a b
Decussis 3.k.4.g
Decussis noster 180.h
Dedere ob noxam 204.b
Defrutarium 166.c
Deiotarus rex à Pompeio honoratus. 94.c
Delicijs hic frui non possumus, & Christi hæredes esse 195.d
Deloinus 216.a
Deloini eloquentia, iurisque peritia. 219.i. modestia 221.a b
Delumbare 123.d
Demensum 161.f
Demetrius poliorcetes 176.a
Demetrij cyathus 153.k
Demetrij liberti diuitiæ 59.b
Demetrij naues 176.d
Demetrij Phalerei profusio. 144.f
Demosthenes Laidis procacitatem exhorruit 79.h
Demosthenis facultates. 146.k 147. b.f prudentia seu astutia. 145.k. silentiũ magno redemptum. 144.h. fordes. 31.b
Demosthenis locº. 30.f.78.b.146. c.147.i.k.148.c 170.i.
Demosthenis oratio de muneribus trierarchiæ 145.a
Demosthenis pater opulẽtus. 148.d
Demostheni mucta indicta 170.k
Denarius 40.b
Denarius drachmalis 32.k
Denarius dimrnus 171.k
Denarius nummus. 13.f.29.b
Denariº & drachma idẽ 57.g.77.d
Denarius, idem & scrupulus 44.k
Denariº ĩ auro. 69.c. eiº valor. 72.a
Denarius noster 180.f
Denarius nunquã æreus apud Romanos 173.b
Denarius Romanus 172.a
Denarius stipendiarius 190.c
Denarij æstimatio 173.c d. perfectio. 3.k. pondus. 32.k. 40.d
Denarij & sesterij æstimatio 47.f
Denarij mille, centum aurei, 171.h
Denarij quales fuerint 56.b
Denarij vnde dicti 174.a
Denarijs ẽternis sesterti° valet. 32.k
Deprehensi qui dicantur 160.e
Desultoria amicitia 214.k
Deunx in poculis 153.b
Deus non fallitur 118.e
Dextans 7.c
Diabolus rerum aulicarum ferè sequester 218.k
Diaboli astutia 214.b
Dianę sacerdos opulẽtissimus. 94.g
Dianome 171.i
Dibapha purpura 51.h
Dicærodotes 105.g
Dicendi facultas olim Gallis vernacula 15.f
Dichalcum 169.a
Dicere sacramento 126.b, 209.d
Dictatorius ensis 223.b
Didrachmũ. 56.c.169.g. 187.k. 188.a
Didrachmus aureus 70.c
Diffundi vina 166.b
Diem manibus dicere 181.b
Digitus 4.k, 140.f
Digitis argutis prouocare 21.f
Dij maiores gentiũ, & selecti, 22.f
Διμοιρον 13.c
Dionysiocolaces 115.h, 116.a
Diobolaris 169.a
Diobolum ibi.d
Dioscoridis locus restitutus 155.c
Dioscoridẽ an legerit Plini°. 155.k
Dioscuri Castor & Pollux. 218.b
Dipondius nũmus bilibris. 13.c.e. 171.k
Diras imprecari 225.
Discendi mirus ardor. 138.k & dein.
Disceptator summ° Christus. 199.c
Discipulorũ christi stupiditas, 172.f
Distichũ hordeum 152.f
Diuescere cupiẽtiũ stultitia. 215.g h
Ditis officina 126.f
Dives qui primus nominatus, creditoribus suis decoxit 48.c
Diuites soli apud Athenienses censebantur 146.g
Diuitum exempla 203.a
Diuitum reiector Christus, pauperum assertor 200.k
Diuinię Claudij Isidori Grassi 48.a
Diuitiæ cur ecclesiasticis attributæ. 194.a
Diuitiæ magnæ citò partę, mutatæ indicium. 58.f
Diuitiæ præ sapientiæ studio contemnendæ 209.d e
Diuitiæ priuati hominis memorabiles 188.d.& dein.
Diuitiæ vninscuiusque olim à censu notæ erant 187.c
Diuitiarũ cõceptor Budæus. 226.e
Diuitiarum eleuatio 223.f
Diuitiarũ exemplum Lentulus Augur. 96.e
Diuitiarum hodiernarum cum priscis collatio 191.d
Diuitiarum infelix exemplũ. 203.g
Diuitiarum terrenarũ abulus. 209.f
Diuitijs inhiantes raxat 191.f
Docti & prudentis an sit reipub. ministrandam suscipere. 211.d e
Docti vt in aula degant 214.b
Doctorum hominum frigus. 196.a
Doctorum secessus 223.c
Doctis resp. capessenda. 138.b
Doctrinæ cõmendatio 13.c
Δωδεκατημόριον 62.
Dodrans, 5.a, 6.b, 13.c d 7.a
Dodrans pollicis 7.a
Dodrantes lucere 147.a
Δοκιμασία 185.a
Dolium 185.a
Dolium quadragenarium 185.b
Domus P. Clodij ingentis pretij. 97.1.98.f 98.f
Domus quanti Romæ locarentur annua mercede 91.b
Domus Romanæ 90.d.99.a
Domº Caligulæ & Neronis, 90.d
Domus aurea Neronis, 112.b c
Domorũ Romanarũ precia, 90.d. 226.c
Domus significatio 226.c
Donatiuum Antonij, 84.a. Augu. III. 222.

stii. 88.a. Cæsaris. 83.d.e. Cassij & Bruti. 84.d. Hadriani. 89.i. Põpeij. 82. g.& dein. 83.a
Donatiua venialia 20.d
Dotata Megalia 171.c
Dotium apud priscos exiguitas. 171.e.f
Drachma 4.i.k.31.d.55.i
Drachma apud Græcos ærea non erat 173.b
Drachma & denarius idem. 43.i. 76.b. eodem pondere 40.c
Drachma, & pondus & nummum significat 33.f
Drachma, merces diurna 188.c
Drachma Aeginæa & attica. 101.k
Drachma Attica 72.k. 169.d
Drachma Romana, & Attica, grossus à nostris dicitur 44.h
Drachmæ æstimatio 175.d
Drachmæ centum libram nummariam faciunt 43.h.i
Drachmarum myriades Græci vsurpant, non nummorum 36.f
Drachmalis vsura 30.g
Dramaticum poëma 6.k
Dromades cameli 113.k
Drypetis Hephæstionis vxor. 115.c
Ducarorum prectum 45.c. 169.f
Ducenarij iudices 75.g
Ducum maxima laus 223.d
Duella 4.i
Dulciaria 163.i
Duodecies sestertium, census Senatorius 35.a
Duodecimus denarius 30.e
Dupondius 3.k
Duracina persica. 41.h. eorum precium 68.f
Dux Borbonianus 223.a
Dynamis 10.i
Dynastæ 87.a
E
Ecclesia ægrotans. 199.h.i.& dein.
Ecclesiæ humiliario. 196.h. i. 198 h. firmitas. 192.d. 200.c
Ecclesiam malè nunc administrari ab ijs qui illi præsunt 197.h
Ecclesiastici quam rationẽ reddant, qui se non rectè gerunt 194.c
Ecclesiastici quo titulo sua bona possideant 193.c
Ecclesiasticorum reddituum dispẽsatio 200.c
Ecclesiasticorum vitia deregit. 192. e.f.g
Ecclesiasticam rem constitui, omniũ interest 196.f
Echeneis, remora 210.k
Eclecta quæ dicantur 92.k
Ἐπαρχεῖοι, id est superordinati 48.f
Ἑπτάμοδιον, modius 13.c
Ἐφ' ἁλὸς 158.a
Edictum perpetuum. 194.h. 204.e
Eduardei nobiles, nummi Anglici, 71.a.b. 179.c
Eiurare veniæ petitionem 169.c
Eloquentia Ciceroni aurifera. 92.f
Eloquẽtia ignaris tãtũ inuisa. 206.c
Eloquentia, publicè necessaria. 203 c. 212.h
Eloquentię æstimatio. 54.d.e. lenocinia. 202.f. præmia 180.b
Eloquentiæ nomine prudentiam & sapiẽtiam veteres complectebantur. 24.i
Emblemata 97.b
Emerita stipendia 159.i
Emmelia 196.i
Ἐμίδιμνος 13.e
Ἐμπυρισμὸς 157.b
Encyclopædia 203.c
Enfis mysticus, excommunicatio 119.c
Entelechia 9.f.10.i.11.a.12.c
Enthusiasmos 24.f
Epanaphora 9.a
Expectorare 121.d
Ephectici philosophi 9.e. 122. g
Ephori historici ignorantia. 134.h
Epicataphora 9.b
Epicurei 203.a
Epidecatum fœnus 32.b
Epilogus huius operis 190.i
Episcopatus abbatijs iungentes arguit 195.h
Episcopi aulici 125.e. 212.b
Episcopi non temere pro malè gestis multentur 199.g
Episcopos & pontifices malos raxat 199.K
Episcoporum & antistitum comitatus 200.b. 193.g
Episcoporum priscorum à nostris discrimen 196.f.g
Epistates 161.c
Epistolæ ad Atticum, vice historiæ sint 92.c
Epitaphij agones 212.d
Epobelia 148.a
Equestris census 26.g
Equites plus quàm pedites semper accipiunt in militijs 82.i
Equites seu luppeis apud Athenienses 144.c
Equitum stipendium 190.e
Equi sarcinarij 149.c
Equorum ascẽsores apud Ezechielem 202.g
Equorum apud Iudæos precium. 129.k
Equorum pastus 152.h
equorũ viatoriorũ demẽsum. 149.b
Equos binos olim habebant equites milites 130.a
Erasistratus medicus 55.a
Ergastulum 209.k
Ergastulum piraticum 210.f
Erinnys 160.i
Erratorum veniam qua fiducia præsumat Budæus 53.b.c
Eschematismenos oratio 6.g
Esaias, sacrorum vatum Homerus. 132.f. 198.b. 207.d
Ethelodulia 209.h
Ethnicorum etiam scripta nos ad theologicam philosophiam deducunt 206.g
Ethologiæ 123.k
Euangelica lex non arbrogatur cõtraria consuetudine 161.b
Euangelica philosophia 207.i
Euangelium irritum non erit. 194 g. 195.c
Euangelij loca explicata 171.k
Euangeliorum fœcunditas 213.e
Euboicum talentum. 101. b. 102.c & dein.
Eucharistia animos sanctificans. 198.c.d
Euerriculum 204.e
Eustochia 182.c
Euthanasia 212.i
Euthymia 202.a. 209.a. 212.i
Europij ætas 174.g
Exclamatio in ambitionem ecclesiasticorum 191.k
Exclamatio in tempora 214.c
Excõmunicationes Iulij 11. pontif. max. 119.g.h
Exegematicum poëma 6.g
Exegetes 105.i
Exemplis pontificum malorũ multi pereunt 193.k
Exercitus Alexandri ære alieno ab ipso Alexandro liberatus. 115.a
Eximere è numeris milites 225
Exolui religione 197.c
Exortiua hora 9.a
Expensa 29.c
Expensare 121.d. 193.i
Experiri actione 22.a
Externo milite nihil opus habere Gallos, si velint ipsi 120.h
Externorum opera apud Gallos 18.e.& dein. 24.c
Exta regalia 212.c
Extispices ibidem
F.
Fabulæ priscis historijs permistæ 134.c
Facultatibus lapsi senatores à principibus subleuati 54.a. 191.g
Fascinantium more laudare. 216.d
Fauere linguis 205.i. 216.d
Felicitas Galliarum 108.c
Felicitati modus ponendus 19.k
Feras in populum immittere. 197.c 204.d
Ferociam præ se ferentes excussis vultus sordibus 225
Ferre animo Catonis, & Ciceronis stomacho ibi.
Fertilitas soli memorabilis. 184.g 187.g
Fertilitas agri Parisini. 185.b. 187.i. tritici in Africa 184.i
Festus Pompeius sibi non constãs. 56.k. eiusdem locus 173.f.h
Feudum vulgo dicitur in fide esse. 194.c
Fides pro auxilio 214.b
Fide maiora videri quędam in hiice

Universidad de Deusto
Biblioteca

libris 53.g
Fide mea esse iubeo 203.k
Fidem bonam agnoscere 196.h
Fideicommissum 193. c.d.e
Fidelia 165.h.168.d
Fiducia,commenda 193.c.195.k
Fiduciaria sacerdotia 193.d
Figurę, obliqua dicta velut scommata 6.i.k
Figuræ scenicorum 123.i
Figuratæ laudes 6.k
Flauius Blondus.vide Blondus.
Flos & pollis 163.a
Flos frugiperdus 209.d
Fœdera anniuersaria 118.h
Fœnum in cornu ferre 122.g
Fœni pondus 152.h
Fœnus terræ 184.g
Forma,cuius sit 10.i
Formula indulgentior 195.c
Fors fortuna 216.f
Fortunæ indignitas maxima. 160.c
eius mira mutatio 116.i
Fortunæ iniquitas Lucullum repentè destituit 94.k
Francia, Christianarum partium signifera 125.c
Francia felix,si se intra se contineat 21.c
Francia nunquam exhausta. 120.a
Franciæ administratio 203.k
Franciæ calamitas. 215.c.opulentia. 124.b.redditus.81.c.117.c.
virtus ac laus 18.f
Franciæ Cancellarius. 221.k. & dein.222.a
Franciæ prisca nomismata 179.b
Franciæ redditus subquadrupli ad Persicos 117.c
Franciæ fumen 142.h
Franciam finitimi populi in re nũmaria pro scopo velut habent 179.c
Franciani agri fertilitas 142.h
Franci cur non latius imperium habeant 127.h
Francorum infortunij causa. 128.g
Franci nunc primùm de suo vocabulo regem habent 221.k
Franci pedites equitesque, nummi. 179.d
Francorum existimationem tuetur. 15.c. & dein.
Francorum opes.120.a.b. & dein. parrhisia.123.i.k.vexatio.125.g.leuamen.ibidem
Francicorum nomen in ratiociniis principalibus 117.f
Franciscus Deloinus.190. g.216.a vide Deloinus.
Franciscus I rex 215. i.221.i
Francisci nominis omen 223.g
Francomastix 160.a
Frigere in aula 205.d
Frontis & mentis sympathia.213.b
Frugiperdæ arbores 160.b
Frumentarius canon. 163.k
Frumentum, generis nomen. 168.f
Frumenti Gallici æstimatio. 140. k
Siculi æstimatio ibidem
Frumentorum prouentus amplissimus. 183.k & dein.
Fucum facere ordinibus 225.
Fulmen prodigiosum 215.k
Fulmina bruta 119.g
Fumos venditare 122.d
Funebris agon apud Homerum. 130.c
Funus Hephęstionis memorabile. 115.b
Furculæ 195.f
Furta Verris 27.e
Fusij Saluij robur 129.i

G

Gabinius reus.105.d. decẽ millibus talentorum damnatus 78.g
Galatarum robur 158.i
Galaticum hordeum 152.e.f
Galeri rubri 212.d.e
Galeriperæ 118.i
Gallia ipsa se celebrare possit. 21.a
Gallia quondam auri ferax. 107.e
Galliæ conuentus . 127.i. felicitas 108.c.literę. 54. c. mores. 203.k
Galli ad arma alacres.24.d.e.123.c. discendis literis apti.15. b.16. g. 21.h.eloquentiæ studiosi.15.f.23 k.gloriæ cupidi.20.i.olim priscis incogniti. 134. h
Gallorum docilitas. 16. g.ingenia. 23.e.81.i.216.c.mores manusueti 23.i.k.parrhisia.123.k.promptitudo in principis imperio. 117. h.solertia.120.i
Gallorum existimationem & à literis & à prudentia, asserit. 15.c & dein.& 16.a. & dein.
Gallorum priscorum memorabilia consilia 25.d
Gallis olim dicendi facultas vernacula 15.f
Gallis olim infrugifera literarum studia 54.k
Gallicus sinus 107.f
Gallici populi vexatio 117. i.k
Gallica busta 119.f
Gallicorum vinorum varietas ac præstantia 183. d
Garus,liquamen 68. h
Gebenna mons 107.f
Gellij locus 79.c. h.171.b
Gẽmæ præstantissimæ in thecis etiã vilibus splendent 207.d
Gemmarum auctoritatis ordo.60. c.d
Gemmariorum ratio, in preciis gẽmarum æstimandis 59.k.60.d
Geneseos liber 208.e
Genethliacorum vanitas 136.c
Genialis pax 118.h
Gentilium scripta quid ad sacram doctrinam conferant 208.k
Genitiui plurales syncopantur in nominibus nummorum 35.e
Geodæsia 5.g
Georgica Virgilij 6. h
Germania octo legionibus obtenta Romanis 106.e
Germanorum militum bibacitas. 154.k
Germanorum naues 174.g
Geryones tergeminus 214.c
Gigantes terrigenæ 192.b.196.c
Gigantum pedes 169.c
γλαῦκας εἰς Ἀθήνας
Gloria huius vitæ vera & expetenda 203.d. 212.g
Gomor 161.c
Gorgiæ Leontini honos 54.c
Græca lingua quid latinæ præstet. 10.e
Græcæ linguæ studiosi olim Galli 24.b
Græcæ linguæ commendatio.9.b.i & dein.
Græcarum literarum authoritas. 160.a
Græci vini præstantia 164.a
Græci & latini authores in magna ignorantia olim versati 132.
Græcorum authorum loca studiosè cur latinè & græcè posuerim. 88.g
Græcorum imperium 24.c
Græcorum nummaria ratio. 166.b
Græcorum numeri di mos per myriades drachmarum 36. f
Græcorum recentia esse omnia. 135.c.d.nec ab his historię fidem petendam. ibidem
Græcorum sapientum septem ætates 134.c
Græcanici panes 163.b
Grammata 4.i
Grana & granula f auro. 69.c.94.d
Granallium argentum 72. d
Graphis 208.b
Graphicen olim pueri docebantur. 55.d
Gratiæ ac charitatis lex 198.f.g
Gregorius Nazianzenus de se.200
Gregorius Nazianzenus de se.200 k.& dein. 69.d
Grossus 44.h
Grossus pro drachma attica 180.h
Grossi Curij 70.g
Grossuli in vncijs 70.g
Guido à Rupeforti cancellarius. 121.h.122.h. 222.e 66.h
Gula Romanorum 74.g
Gulielmei nummi 190.i
Gulielmus paruus 145.h
Gymnasiarchia 183.k
εὐρ

H

Habe tibi tuas res,si diuortij. 226.c
Hadrianus imperator.89.h.eius dotnarium ibidem.i
Halys fluuius 103.a. 216.k
Harpocrates 210.h.216.d
Hebręi,literarum inuentores 134.d
Hebræorum inuenta ac gesta multa alijs gentibus assignata. 134.k
Hebraicum talentum 224.d
Hecatombœum 169.g
Hecatombœa arma 56.c
Hecatonchir 204.d
Hecteus 157. i
Hectoris bigæ 210.c
Hederæ complexus 211. h
Hellanodicæ 216.c
Heminæ 148.g
Hemimnæon 33.d
Hemiolium 3.f
Hemixestus 152. i. 167.e
Hephæstionis funus memorabile. 115.b
Heraclidis scripta 206. h
Hercules alexicacus 193.a
Hercule maior Nabuchodonosor. 132.c.133. b
Hermogenis ætas 180.e
Hermolaus Barbarus.12.i.32. b.42 g.150.f.181. a.185.k.190.i
Hermolai barbari locus de vsuris. 29.h.Eiusdem oscitantia.101.d. commendatio. ibi.e. de se testimonium. 181.c.i. k.
Herodoti ætas 134. c
Herodoti locus 101.b. 102.g.
Herodoti locus de copijs Xerxis. 158.c
Hestiasis 145.i
Hesychius 158. b
Heteroplus 31.h
Hexagonus aspectus . 8.
Hexapedæ hexapodesque. 142.d
Hexaplum 3.c
Hieremiæ prophetæ ætas 132. c
Eius sensus abditi.207. e.threni 199.b
Hieroduli 94.h.192.k
Hieroglyphica ægyptiorum. 24.f
Hieronis regis liberalitas. 166.h.nauis memorabilis.176.h
Hierónomi 200.b
Hieronymus & Augustinus. 206.a
Hieronymi locus restitutus 6.d
Hieronymus sapientiam Solomonis non vertit 201. d
Hieronymi ignoratio de cellulis 70.interpretum. 136.b
Hierosolyma.133.h.i.k.capta.134.a
Hierosolymitanº ager sterilis. 172.f
Hilaria festa 215.i
Hilarius 206.a
Hippax 143.c. d.f
Hippotrophiũ memorabile. 130.c
Hiram rex, de quo in Bibliis,Surõ apud quosdam vocatur. 128.k
Hirti piscinæ 62.a
Hispani & Galli historicis olim incogniti. 134.h
Hispaniæ opulentia 107.d
Hispaniæ redditus opimi 106.c.f
Historia animalium Aristotelis magno vendita 54.h
Historia Herodoti 134.c
Historia memorabilis 138. f
Historię fabulis commistæ. 134.d.e
Historię veritas ab Aegyptijs & Chaldæis requirenda. 135. c. d.
Historicorum quorundam malevolẽtia in Iudęos & Christianos. 136.d
Histriones magno liberratem suam redimentes 65. c
Histrionicæ artis preciũ. 64. e.65.k
Hocage 198.e
Homeri ætas 130.g.134.b
Homeri locus de talento 130.f
Homeri locus alter 169.g
Homeri studiosus Alexander Macedo 25.a.54.f
Homericus Achilles 17.d
Homo versatilis 221.c
Homines viliores 162.c
Hominum census Romæ 48.a
Hominum ordines varij 162.a
Homo exterior & interior consonare debent 213.a.c
Homo trioboli 169.c
Honor precarius 12.c
Honorarium aduocatorum. 179.i. 180.c.d. magistraruum.96.a
Hoplitæ milites 146.i
Hora exortiua 9.a
Horatianus planus 210.f
Horatij locus 2 .211.k
Hordei pondus 152.c
Horoscopus, 8.k
Hortamenta 216.i
Hospitij tessera 199.b
Humana stoliditas 198. g
Humanæ fortunæ vicissitudo.120.k
Humanæ mentis error 210. b
Humani animi capacitas 39.h
Humani corporis fabrica 12.f
Humanitas interpolis 200.i
Humilitas commendabilis. 202.a.b
Hybreas orator cordatissimus Anronium cohibet 84.f
Hypogeon mesuraneum. 8.
Hypomnematographus 105. i
Hypophetæ 208.a
Hyssopites vinum 157.c

I

I litera,quæ nota 67.g
Iam verò 49.b
Ianus geminus,Christus. 207. k.& dein.
Iconũ in nomismatibus vsus.180.k
Idios logos 105. g
Idolorum cultus quando cœperit 132.b
Iecoris portæ 12.g
Iecur suillum 62.k
Ignis charitatis penè extinctº.207.k
Ignorantia priscorum latinorum & græcorum 136.c
Iliadis homericæ encomium. 25.a
Illa verò 49.b
Impendia 29.c
Imperatores Romani vt rationes redderent 61.e
Imperatorum Romanorum in bello potestas 94.d
Imperatorij nummi 179.e
Imperia magna sine prudentia retineri non posse. 24. g. h. & dein.
Imperium Augusti 86.g
Imperium non tam armis quàm literis & parari & retineri 24.e
Imperium populi Rom.102. k.vide Rom.imperium.
Implere stipendia 208.k
In cœlo esse qui dicantur. 198. h. 205.d
In cuneos se stipare 214.f
In diem viuentes 160.k
In fide esse 194.c
In mantica Gratetis philosophari. 219.i
In medio stare 214.f
In ordinibus sedere ibidem
Inauraturis vt nihil depereat. 72.b
Incendium magnum 99.d.e
Indagine cinctæ ferę 205.k
India quantum hauriret opum Romanarum 113.c
Indicare rem 22.c.193.e
Indictio 81.h
Indignorum & indoctorum promotio 201.b.215.f
Indoctos pontifices arguit. 196.a. b. & dein.
Inducere sententiam 127.i
Industria, veneficij rea 186.e
Ineptus, & innocens,vt grecè dicatur 10.c
Infrà quàm 62.c
Infulati duces 225.
Ingenio ac diligentia totum constat in literis,non genere aut cœlo 191.c
Inire nexum 194.d
Innocens græcè 10.c.d
Innocẽtia fretus animus 202.b
Inquirendum etiam in scripta antiquorum 150.i
Institutionum Iustiniani locus.40.h
Insulæ beatorum 204.g
Integritatis custodia in administratiua vita difficilis 211.c
Integro statu decedere 212.g
Intellectus 11.h.i.& dein.
Intellectus nouus ad.l.si hæres, ad leg.Falc. 32.b
Inter diuos relati 194.b
Interpolis humanitas 200.i
Interpretationibus latinis fidem haud temere habeat Budæus. 58.c
Interpretis bibliorum lapsus.201.d e. & dein.
Intrà quàm 62.b
Ioachim rex Iudæorum. 132.d.e.f
Iob liber eschematismenos.6. d.h. 208.c
Iocundus seu Iucundus Veronensis architectus 109.h.164.d
Iohannes euangelista 208.c
eiusdem locus 172.d.e
Iosephi libri perperam versi. 135.d
Iouis Capitolini templi deauratura 100.b
Iouis tesseræ bene semper cadunt. 118.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ἰωναρχαι. 83.g
Iræ sedes 17.e
Iromus rex Tyri, qui & Iram siue Hiram.129.a.b.135.g.Solomoni amicitia iunctus. 135.e.
Irudo,sanguisuga. 12.c
Isidorus Hispalensis 139.h.149.f
Isocratis oratio vna maximo vendita 54.c.92.h.
Isodion,& isodios 96.a
Isonomia. 124.g.200.c
Isphoræ. 145.h.i.k
Italia armentosa. 169.h. auri ferax. 108.g.h.bonarum literarũ magistra.182.d.eius fertilitas.142.a.b
Italici 182.d
Itali scriptores. 22.c
Italorum industria 159.k.
Italis non solis doctis esse licere. 15.i.& dein.
Italis primas in literis defert. 22.d.
Iudæ proditoris perfidia. 172.i.
Iudæa.133.d.veritatis incunabula. 137.f.
Iudææ terræ solum. 133.g
Iudæq vexatio à Nabuchodonosor. 132.d.
Iudæi commerciorũ ignari. 134.f. Græcis & Latinis olim incogniti. 134.a.c.f.135.a.
Iudęorũ disciplina militaris.133.d opulentia. 127.k
Iudæorum de antiquitate libri. 135.d.
Iudaicum tributum. 188.b
Iudicij dei terror. 195.h
Iugerũ.5.b.eius mẽsura.5.c.142.c.d
Iugerum quadratum. 142.e
Iugerum seu arpennum Parisinum ibidem.
Iulium secundum pont. Max.perstringit 119.c.197.c
Iuno quæ intelligatur. 24.f. 211.g
Iupiter in membranas suas respiciens 215.g
Ius aulæ moribus constitutũ. 204.i
Ius distributiuum 124.h
Ius gẽtium.219.b.prætorium.170.f.summum.204.i
Iuris canonici libri 199.c.e
Iustitia diuina. 219.b.eius seueritas 194.i
Iustitia quando vera fuerit. 132.b
Iustitiæ via quæ dicatur 196.e
Iustinus martyr philosophus.11.d. 136.a
Iustini locus 117.c
Iuuenalis locus 26.f
Ixionidæ 211.g

K

κακὸς ρελε 147.k
κατ ἄδυσις 55.g
κυαθίζειν 153.i

L

Laberius poëta 45.k
Lactaria 163.f.g
Lactes 12.i
Lætis auibus renunciari 196.c
Lagena 167.h.168.b
Laidis meretricis procacitas 79.h
Lampridius inter classicos autores non annumerandus.38.i.& 39.e
Lampridij locus 179.g
Lances argenteæ memorabili pondere 90.b
Lanista 118.k
Laoplanus dæmon 210.e
Lar,deus domesticus 211.i
Larem salutare ibi.
Latifundium 68.b.197.h
Latina lingua, discipula linguæ græcæ 9.k
Laudare auctorem 197.k
Laudare more fascinantium.216. d
Laurentij Vallæ laus 150.k eius lapsus 102.g.158.d.e.f
Lazarus Bayfius 58.c
Legionisvnius stipẽdia annua.190.f
Legiones Romanæ 88.e.89.a
Legiones quadraginta. 27.h
Legiones.44.sub Augusto 88.c
Legiones raro plenæ. 84. c. plenæ 89.a
Lentuli auguris opes. 96. e. 191.i. eius mors.96.f
Leo.x. pont. Max. 119. i.196. d.e. 197.a.200.d.e
Leontini agri decumæ.141.h.i.fertilitas.142.b.184.i
Lepris,magna Tacape 187.g
Lesbiæ structuræ canones 199.c
Lestrigones 213.f.g
Lex Adrastia.219.a.b.Cinna.180.a Trierarchica.147.d.Sumptuaria 170.k
Legũ humanarũ obseruatio. 198.e
Legum violatio 70.f
Legum veterum mulcta pecore constabat 170.a
Liber nullus tam malus,vt non aliquid habeat boni 149.f
Librorum precium apud antiquos. 79.g.92.i.k
Librorum pernicioforum exustio. 172.g.h
Librorum sacrorum lectionis fructus 208.i
Librariorum errore multa in authoribus corrupta sunt 39.a.51.b
Liberales disciplinæ ad plebẽ redactæ 17.i
Liberalitas Hieronis Syracusani. 166.h.i
Liberalitates Vespasiani notandæ. 112.k
Liberi patris imago preciosissima. 76. g
Libertas Gallorum obsequiosa.81. i.eadem in satyricis ludis.123.i.k
Libertorum quorundam opulẽtia. 48.d.59.a. 191.e
Liberum arbitrium 202.c. 220. c
Libra antiqua 56.d
Libra apud medicos 151.c
Libra,as,mina,pondo,idem. 3.i.33 c.70.c.155.e.f
Libra auri quid fuerit.131.g.166.k
Libra auri argentiq in iure.70.h. 131.e.178.i
Libra auri obryzi 17.h
Libra centenaria 67.d
Libra, centenũm denariorum 83.c centum drachmarum. 45. hi
Libra & ære liberare 189.f
Libra, quæ & marca,quor grossus capiat 44.f
Libra quot sestertijs constaret. 42.f
Libra parisina,zygostarica,nummularia 44. f.151.g.177.h
Libra parisina & Turonensis.151.h
Libra partisina, Romana quadrans maior 129.i
Libra Romana eadem cum mina græca. 44. i. eius modus diuersehensus 152.g 45.c
Libræ argenti precium 44.h
Libræ diuisio 44.g
Libras aut pondo Romani denarij merata pecunia vix dicant. 44.h 28.h.29.b
Libella. 29.c
Libripendes
Liburnicę C. Cæsaris cedrinæ.178.b
Lingonensis ager auri ferax. 108.f 205.i.214.d
Linguis fauere
Lirani interpretis somnium. 188.b
Literæ ab Hebræis inuentæ. 134.i
Literarum fructus, in illis ipsis est. 23.c.205.h
Literarum humaniorũ calumniatoribus respondet 202.c
Literarum numero æquabantur cuiuslices bibentium in hilaritatibus conuiuijs 152.k
Literarum peritiam Gallis asserit. 15.c.& dein. cur tandiu in Gallia iacuerint.24.c
Literarum precium atque honos. 54.b. c.d
Literarum secularium studij commendatio 202.c
Literarum studijs toti dediti. 202.c
Literarum sine pernia & prudentia nullos populos rerum potuisse esse 24.h 6.c
Literæ vnciales
Literati cur apud aulicos in precio non fuerint 128.d.e
Literatis ac doctis imperitos & indoctos præferri grauiter ferebat 126.i.k.& 127.b dæus 153.c
Liticines sacrosancti 153.d
Litra 143.h.i
Liturgiæ 195.k
Lituus 174.k
Liuij epitome,corrupta in quibusdam 57.c.73.
Liuij locus. 38.c-56.b.i.k. 57.c.73. g.77.d.e.102.k 174.h
Liuium Plinius sequitur 53.g
λοχαγοί 221.b
Locus animaduertẽdus. 123.b.i.k. i.k. 137.b. 147. k.485. d. 204.d. 220.f
Locus Hermolai de vitijs 23.b

Logodædali

Logodædali aulici 218.e.f
Locorum status mutari. 132.a
Locorum vocabula in sacris literis ex alijs authoribus non agnoscuntur 132.a
Logodædalus Proteus 79.c
Logos,filius dei. 207.h
Lollia Paulina 27.c
Lollius Paulinus 46.h
Longolius 179.f
Loquẽdi libertatem pecunia venalem habentes 169.g
Loricatorum vertex 222.k
Loti arbores,preciosæ 90.f
Lucæ euangelistæ locus 161.f
Lucani locus elucidatus 94.f
L. Crassus orator 90.c.h
L.Flori tempus 174.g
L.Scipioni peculat⁹ obiectus. 77.g
Luctus memorabilis 115.d
Lucullus subita iniquitate fortunæ destitutus.94.k.Eius diuitiæ.61. a.luxus.ibi.ocium.94.k
Ludouici.xi. dictum de opulentia regni sui.124. b. Eius & Marię Anglicæ connubium.125.g.eius vltima tempora & mors. 215.c. d.h. 221.d.e
Ludus, id est schola probandi nomismaris 74.b
Lutetij Aruerni diuitiæ 107.k
Lugdunus vrbs 107.g
Lugdunense argyrocopium. 109. a. ara. 109.b
Lunæ coitus,interlunium 6.a
Lusciniarum precia 43.b.
Lusitanici aurei vnciales 189.b
Lusus aleæ immensus 111.b
Lutetiani soli fertilitas. 187.i.vide Parisinus ager.
Luxuria prodigiosa 112.f
Luxuria Romanorum. 52.c.62.k. 85.h.
Luxꝰ capitalis Romæ nõ erat. 51.f
Luxuries terræ mirabilis 187.h
Lydij lapidis vsus 71.k
Lysanias comes, tristitiæ discussor. 219.g.
Lysimacheus stater 189.e.

M

Mquæ nota fuerit 67.g
Macedones,inter Græcos 24.c
Macrobij locus.64.g.66.i.k.136.k.
Macrochir Darius, Longimanus. 113.e
Maduit iam,& contractus est,prouer. gall. 218.c
Magi,Persarum sapientes 24.k
Magiæ studiosus Nero 110.i
Magiæ vanitas 137.e
Magiriscus. 97.a
Magister equitum,loricatorum rex. 222.k.223.k
Magistratus bene gerendi difficultas. 221.b
Magistratuum monitores. 220.f
Magistratum inuicem reuerẽtia apud Romanos 206.k.
Magistratuum Romanorum commoda 93.h.95.c
Magistratibus in prouincias profecturis dari solita 95.g
Magistratus improbos taxat.121.a b. c
Magni dicti sunt reges Persarum. 132.h
Magnificentia veterum multo erat nostra hodierna amplior. 178.c
Maleficiorum mulctæ 170.i
Mãeæ nomismata 179.k
Mamurra, præfectus fabrũm Cæsaris 60.k
Mancipes socieratum 225
Mancipium. 207. i. eorum precia apud Romanos 63.c.180.e
Mãcipio dare nũmo sestertio. 29.f
Mãdatorum Christi transgressores arguit 198.f
Manethon historicus 134.e
Maniliana oratio 94.k
Mansionum dispositio 113.f
Manum de tabula tollere 76.i
Manibus diem dicere 181.b
Manubiæ sacræ 126.e
Marca. 44.g
M. Antonij facies in nomismate. 44.e. vide Antonius triumuir.
M.Philosophus 69.k
M. Scauri magnificentia portentifica.99. b.vide Scaur.
Marci euangelistę locus 172.f.g
Mareschalli,polemarchi 223.k
Margaritarum haustus 111.i
Margaritæ Cleopatræ & Seruiliæ, & de his plura 59.i.60.e
Margaritarum & cæterarum gemmarum authoritatis ordo.60.c.d
Marij domus 90.k
Mariani muli 195.f
Marlianum prædium 142.h
Maronis census 93.g
Mars & Venus Vulcanijs vinculis irretiti 210.c
Mars vltor 89.d
Martialis epigrãma explicatũ.35.d
Massilienſe gymnasium 23.g.h
Massilienses dotes 171.h
Martiani locus 110.b
Matthæi euãgelistæ locꝰ.171.k.184.i 187.i.k
Mathematici cardines 8.
Mathematicorum mos in demonstrationibus 53.h
Matrimonia quę conciliauit Alexãder Macedo. 115. e
Maximilianus imperator. 119.k
Mediastini serui 203.k
Medicus vulnerarius 53.d.f
Medicorum improbitas 53.e
Medicorum pondera 151.b
Medicorum prȩmia memorabilia. 27.f.52.i.54.k.92.h
Medicos multos esse quã paucos, cur melius habitum est 53.c
Medimnus. 139.i.140.a.h. 141.k. 142.a
Medimnus, mimna apud Gallos. 167.c
Medium intestinum 12.g
Megalia dotata 171.e
Mellita quæ dicantur. 112.f. 163.f
Melophori 116.d
Memnonia regia 114.b
Memorabilis historia.138.f.h.139.a
Menãder Ephesius historicꝰ.135. h
Mendacij obiectionem vt Cicero eluserit 91.b
Mensorum vocabula 4.k
Menstruæ vsurę 31. a
Mensurarum consideratio. 139.c
Mensuræ regiæ 149.i
Mensuræ Parisienses 149.i.165.g
Mensurarum & ponderum & vasorum reciproca probatio. 162. h.165.b
Mentis à vultu dissonantia,supplicium graue 212.k
Mentis & frontis sympathia. 213.b
Merces ingenia exacuit 23.k
Merces preciosæ 105.d
Mercurius,Christus 207.h
Mercurius institor est quęstus.192.e
Meretricum precium 169.f
Meritare 64.a
Meroë insula & vrbs 131. k
Merulę lapsus 29.d
Mesenterium 12.g
Mesopotamia 133.d
Mesuranium hypogeon 8.
Metalla auri in Gallia 107.e
Metallis abundat Hispania. 106.f
Metallorum redditus ingens.107.d
Metella vxor Syllæ 100.a
Metẽpsychosis Pythagorica. 216.g
Metreta & cadus 157.e
Michaël Bodetus 108.f
Mictum poëma 6.g
Millia apud Grȩcos simpliciter dicta, drachmarum intelligenda, 78. g
Millia æris.40.a. Mille æris.41.d
Mille asses, aurei decem 98.h
Mille millia auri 131. d
Mille denarij 64.f
Mille nummi quantum valeant. 45.e.& g
Mille talenta 80.k
Millia & sestertia idem significant, eademq; nota scribuntur. 101.d
Milliartus,millionum millio.109.k
Millies centena millia, myriadum myriada significant. 109.k
Millio numerus 58.c.109.k
Militare stipendium 175.c
Militaris disciplinæ instauratio. 223.b
Militaris petulantia 117.i.240.e
Militaris seditio 189.i.k
Militares copiæ Gallorum. 120.e
Milites causarij 159.h
Militum molestiæ 204.e
Militum donaria præter stipendiũ. 190.g
Miloniana causa. 98.g. & dein.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Milonis æs alienum 97.i.k.98.e.f
Milonis Croroniatæ voracitas. 156.e
Mimographi poëtæ honorarium. 46.b
Mimi & planipedes 205.h
Mimorum precia Ro. 65.h
Mimnus,minor gallicè 140.h
Mina, libra, pondo, idem. 33.c
Mina Attica. 33.c.55.i.k.78.d.g
Mina gallica 140.h
Mina Italica 56.c
Minerua astes,præstes 225.
Minerua Achilli instans 17.d.& f.
Minerua in Athenço colẽda.211.d
Minerua Pallas cur fingatur Iouis cerebro nata 24.g
Mineruæ clypeus 111.h
Mineruæ idem numen & Palladis. 24.c
Mineruæ quàm Bellonæ numen maius semper habitum 223.k
Mineruæ stipendia facere 159.h
Minutum 4.k
Misopatrides 191.c
Mithridatis aureum simulacrũ.95.a
Mixtura in nomismatibus. 180.f
Mna & mina, idẽ. 33.c.76.d.150.b
Modestiç temporariç simulatores. 16.i
Modestini iurisconsulti locus. 31.i
Modius 148.k. 149.k
Modius tritici quantum ponderet. 162.i
Modij Parisini capacitas. 149.k. 165.g.177.h
modij Romani magnitudo. 149.b
modulus 197.b
moduli prisci ibidem
momentum 5.a.69.c
monetæ imminutæ crimen. 70. f. 173.k
monetales viri 172.c
monetarij redemptores 72.h
moralitates 123.k
mortis dies ab exordio vitæ nobis cedit 219.c
moses populum ex Aegypto deducit.133.i.eius ætas.132.c.135.k.136.c.libri.208.d
motoriæ comœdiç actusq; 225.
mulctarum modus 170.h
muli mariani 195.f
muliebrium verendorum in monumentis subactorum ignauorũ populorũ adsculpendorum institutum.138.g
mulieres seruis se miscentes. 191.c
mulli piscis ingens precium. 26.f. 66.f.h.111.k.183.b
mulctæ antiquæ Romanorũ.169.h
mulctarum modus 170.a.h
mundus alius Romæ 97.c
munera ædilitia,& venationes.46.i
munera nuptiarũ Alexandri. 115.h
munerum præstãdorum mos apud Romanos 94.c
murænæ 61.g
murænarum ingens numerus atque adeò precium 61.k
muris precium in fame 76.c
musæum 225.
mutianus 112.c
myrias 58.e.159.b
myrias myriadum, græcis maximus numerus est 109.k
myriades drachmarum quid valeãt. 36.d
myriades græcorum 80.c.d
myrrites vinum 156.k
mythistoria 134.c

N

Nabucodrosorus,Nabuchodonosor 133.b
Nabuchodonosoris occasio ad Iudæam inuadendam 132.c
Narcissi liberti diuitiæ 59.a
Nassam ingressi pisces,aulici.211.b
Natalibus restitui 201.a
Naralitiorum obseruationes 9.a
Nati intra pomœria 123.e
Naturale corpus 10.i
Nauclerus nauis 215.c.d
Nauis magnitudo ac vastitas mirãda.175.k.176.c.d.g.h.177.f
Naues antiquorum 178.h
Naues onerariæ ibi.e
Nauium priscarum cum nostris collatio 175.e
Nautica vsura duplex 31.h.i
Nautici fœnoris exemplum. 31.e
Nazianzenus & Basilius 206.a
Nec verò 49.c
Nectarites vinum 156.i
Negociatorum consensus in auri precio 71.d.e
Nemesis Adrastia 23.b
Nequam 68.g
Nero magiæ studiosus.137.e.senatum castrat.191.g. quanti funeratus.35.g.theatrũ auro operuit. 110.i
Neronis alea,domus. 27. e. 111.b. impietas aduersus Christianos. 136.e.prodigalitas. 27.i. 111.c. 112.f.statuta. 104.h
Nestores in rep. 224.a
Nexum inire 120.h.194.d
Nicolai Perotti erratum 43.f
Nitocris regina 132.h
Nobiles Anglici nummi 71.a
Nobilitas ac eruditio mutua opem nixæ 17.i
Nobilium culpa iacent literæ. 17.i
Noctuã Athenas, prouerbiũ.169.c
Nomades & Nomadum more viuere 210.k
Nomentanùs ager 187.c
Nomi.i.præfecturæ 101.a
Nomina ab asse & vncia deriuata qd significent. 168.f.g. & dein.
Nomina vasorum 13.g
Nomophylacium 222.a
Nomophylax 121.h
Nomismatis extenuatio ac imminutio 179.a.180.f
Nomismata Franciæ prisca.179.h
Nomismata prisca 69.f
eorũ vsusfructus oli legabat.70.d
Nomismata aurea Budęo expensa. 43.k.69.c.179.k
Nomismatum priscorum abrogatio pernicioſa 180.h
nomismatũ signãdorũ stirpiũ.182.d.
Nonagenarius aspectus 8.
Non sine Theseo facta esse memorabilia gesta, vt intelligatur. 24.d
Normanica pomaria 32.
Nonussis 226.d
Nos numerus sumus 8.
Nosse seipsum,operæ precium maximum 202.h
Notæ antiquorum tam in numeris q̃ in denarijs & sestertijs. 67.f
Noxa primigenia 160.g
Noxa,quæ & Ata 160.g
Numerandi ratio apud priscos Latinos Græcosq; 109.k
Numer° maximus apd antiq̃s.143.f
Numeri apud authores depravati. 174.i.k
Numeri apud Plinium sæpe mendosi 49.d.74.c
Numerorum antiquę notæ.67.f.v.g
Numerorũ corruptionis in authoribus occasio.51.267.f.h.i
Nummaria res,& eam concernentia 70.c.& dein.
Nũmaria ratio aliquando mutata. 70.d.173.i.k.174.b.179.d
Nummariæ rei difficultas 74.a
Numariæ rei rõ apd Græcos. 168.k.
Nummariam rem Romanam constitui posse 172.b
Nummulariorum præfecti. 72.c.i
Nummus aureus 67.c
Numm° & sestertius,id.29.d.62.d.
Nummi appellatione sestertius intelligitur 74.a
Nummo addicere,& mancipio dare 202.
Nummi aurei Budæo expensi. 69.c
Nummi aut sestertij centeni,aureum valebant 40.f.g
Nũmi,gemmarum vice.70.d.173.k
Nũmorũ imminutionis causa.71.d
Nũmorũ significatio.168.f.g.& dein.
Nuptiæ solennes 115.
Nuptiarum Alexãdri magni luxus. 115.f.g
Nus,seu mens 204.b

O

Ob noxam dedere 204.b
Oblationes.81.h. Obnunciare.225.
Obnunciatio augurum 210.c
Obolus 4.k.31.d.151.b.c.168.k.
Obseruare de cœlo 94.
Occasus 94.
Ocium Luculli 74.a
Ocij sui cuiq; rõ reddenda.138.k.
Octães.4.b. Oculati arbitri.225. ibidem.
Odeum 166.c
Odores vino commodi 156.c
Odyssea errorum 194.k
Oenochoe.153.i.œnophorũ.167.h
Offendere ad populum 220.g
Officinæ Parisienses 97.b
Officium magistratus 131.f
Officiorum nouorum excogitator Augustus 96.b
ὄλυρα. Olei vilitas Romæ 148.e
Oligarchia, regio nosse prætexta.17.g
ὁλκὰς. 33.e. ὁλόρα. 163.h
Onerariæ naues 178.e
Onocephali. 126.c
Onomathetes 161.c
Opera publica ab Augusto extructa 89.c
Operæ dodrans 13.d
Opertanea sacra 204.b
Ophir insula,quæ & Vrphe. 131.h
Opifices etiã iudicabant apud Athenienses 144.c
Opimianum vinum.181.c.eius precium.182.b.184.f
Opobalsami precium 183.b
Optiones 225.
Optimus maximus 198.e
Op°materiã decuplo superans.97.b
Græculorum conspicilia 194.g
Oratio vna Isocratis viginti talentis vendita 144.h
orationes suas Cicero emẽdabat.34.f
oratoriæ artis docendæ q̃stus. 54.d
orca.165.h. orchestra. 123.h
ordines ibi.h
ordinum ductores rationẽ deo reddituri 204.e.f
organicum corpus 10.i
orosij locus 86.f
orti Parisienses 187.i
otacustiç.203.f ὁ μὴν ἁ. 49.c
ὁ λόγος πρὸς τὸν ῥίνου Θ. 76.h
ouis,mascul.generis 169.i.k
oues chrysomallæ 124.d
oxybaphus 149.i

P

Pæon,deorum medicus. 199.i
pæonia manus ibidem
palacæ.106.k. Paleæ 107.b
palæ & paleolæ auri. 106.h. 107.a
palæmon grammaticus 186.d
palæstia.133.d. Palympsestos.56.h
palladis & Mineruæ numen 24.c
palladium regni Franciæ 192.b
pallantis liberti diuitiæ. 28.c. 59.a. 191.e Palmus.4.k.5.a.6.c.140.c
paludati duces 225
paludati duces à rogatis imperia accipientes 25.c
paludes patinarum 112.d
pandectariæ annotationes 15.a
panificium Parisiense 161.g
panis tria genera 162.b
panis ciuilis 262.b
panis quotidie absumendi ab vno homine modus 161.i.k
panes & obsonia ex auro. 109.d
panes græcanici 163.h
panes Iulij pont.Max. 163.g
Panepistemon Politiani 140.d
Pannonica seditio 189.i
Pantherç æstus 47.c
Papam optimũ esse debere,vt cætera bene habeant 192.c
Papiæ leges multæ 40.k
Paralipomenon locus 130.g
Parasanga 113.g
Parcarum commentaria 208.c
Parergum sæpe fit iustũ opus 15.d
Parisiẽsis præfecturæ vineta 187.a
Parisienses officinæ 97.b
Parisina libra 44.f
Parisinæ mensuræ 165.g
Parisini modij, talenta, & libra. 177.h.i
Parisinæ mensuræ vocabula antiqua retinent 167.c
Parisini agri vina præstantissima 183.c
Parisini agri ferrilitas 185.b.187.i
Parmenio si essem, pecuniã q̃ gloriã mallẽ,Alexãdri dictũ 117.b
Parthusia Gallorum 81.i
Parricidarum pœna 166.c
Parthi 87.i
Parthorum præfecturæ 113.d.e
Parysatis,Ochi regis filia 115.c
Pastinare,renouare 186.b
Pastos 225.
Pastophori 21.f.206.e.225
Patina Aesopi tragici histrionis. 65.d. Vitellij.112.e
Patina immẽsi sumpt° rarissimique 111.h.112.b
Patriæ charitas 22.a
Patrimoniorũ profligatores multabantur 138.k
Paulus Aeginera 178.h
Pauli Aemilij triumphus 49.e
Paulus apostolus hypophetes sapientiæ 208.a
Pauli Cos.corruptela 97.h.191.f
Pauli iurisconsulti locus 32.b
Pauonum precia 62.d.111.i
Pauperes à Christo hæredes instituti 195.c
Pauperes euecti,superbiores.126.c
Pauperum vindex Christus 200.k
Pauperum subleuatio 147.e
Pauperras honesta 191.g
Paupertas summum malum quibusdam videtur 121.d
Pax genialis 118.h
Pax,legatũ extremũ christi.208.h.i
Pecoris eligendi ratio 42.d
Pecuati nummi 179.d
Peculatus 169.k
Peculiaris titul°à dñio differt.193.d
Peculium seruorum 163.i
Pecunia 29.d
Pecuniæ literatis sacrosanctç.126.i
Pecuniæ signandç officina.109.a.b
signatæ vocabula 13.e.
Pella vrbs. 130.b Pelta 129.h
Pennas incidere, caisq; renasci.91.d
Pensitationũ in Francia ratio. 81.k
Pensitationum tria genera 109.c
Peripatetici 137.f 203.a
Pentacosiomedimni 143.c.144.b
pentateuchus Mosę 208.d
peregrino milite Frãcis nihil opus esse 120.h
περιστερεών. 63.h
perotti erratum. 43.f
perpetuum edictum 194.h
perpetuũ edictum,lex diuina.204.e
persarum imperium.103.k.euersum 113.h.i
persarum institutum animaduertendum 117.c. opes.100.i.113.d
persarum regia,persepolis 114.b
persarum reges magni vocabantur. 132.h
persarum regis cerui cal.116.g. scamnum suppedaneum. ibidem
persarum regũ conuiuia. 80.a.& k.
persarum via regia 113.g
persepolis excidium 114.c
perses semiasinus 132.e
persica duracina .41.h. gaza.114.c. tributa. 102.f
persicarum opum ab Alexandro captarum summa 114.h
psicarũ pfecturarũ tributa. 102.a.b
persicum talentum 128.d
persidis regionis immunitas. 102.i
persij locus 3.k
personalia munera 143.g
perscribere quid sit 86.c
persuasio orthodoxa 206.e
pertica Parisina 142.e.f.g
pes in numeris 3.d
pes in mensuris 4.k.5.a.140.c.f.
petra vrbs. 87.g
phæacum populus 213.f
pharao à Mose vexatur 135.k
pharao aliàs Techmosis dictus. ibi.
pharao Amasis etiam dictus.138.g
philadelphi naues 176.e
philhellenes Galli 24.b
phileleutherus 216.h
philippei nummi 74.g.179.b
philippei stateres 131.b
philologia 159.k
philologia, Budæi amica.218.a.b
philopatoris nauis 176.f
philoplutus 200.i
philosophandi recta ratio 205.k
philosophari i mãtica cratetis.219.i
philosophia ad res gerendas ex vmbraculis prodire debet 219.c
philosophia Christiana 209.c
philosophia collimans,orthodoxa persuasio 206.c
philosophia cordatos facit. 219.a
philosophia duplex 221.c
philosophia ethnica 209.b
philosophia ,pprié appellata.217.d
philosophia vera 209.b
philosophiç libertas 220.c
philosophiæ placita omnia complexus Solomon 207.g
philosophiæ studium mirũ. 138.k
philosophiæ vigilantia 219.c
philosophiam homini necessariam esse 213.k.& dein.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philosophi in aulã cõmigrent, atq; ad remp. administrandã. 219.g.h
Philosophi reip. gerendæ non inepti 214.i
Philosophi respublicas administrãtes 219.c
Philosophi vt studia sua instituant. 202.h
Philosophorum sectæ 203.a
Phlegon historicus 137.c
Phœnice 133.d
Phœnicia aliquãdo dicta Palæstina Iudææ 134.k
Phœnices negociatores 134.g
Φορολ, vectigalia 82.e
Phylarchi 87.a
Pictarum tabularum precia 55.a
Picturæ honor ibi. c,
Pincerna. 153.i.k
Pindari studiosus Alexander 54.f
Pinta. 167.d Pinta Parisina. 149.i.
Piræum 145.h
Piscinæ memorabiles 61.f
Piscinarij insignes 61.g
Pistoria opera 163.f
Pitharchici Franci 81.i
Planipedes & mimi 205.h
Planipes comœdia. 223.i
Planus Horatianus 210.f
Platanus virisq; aurea 116.f
Platonis de vniuersitate liber latinus à Cicerone factus 4.g
Plebis miseria. 118.a.204.a.k.
Plinius ab oĩbus annotatur. 160.d. author excellentissimus. 97.d. an Dioscoridẽ legerit. 155.i. è medicorum libris multa hausit. 151.a. interdum memoria defectus. 7.c. Liuium sequitur. 174.h. nonnunquam secum pugnat 150.e
Plinij collectanea quãti potuerint vendi 92.i
Plinij corruptio 68.k. 160.f
Plinij corruptelæ coniectura 82.i
Plinij erratum 7.h
Plinij historiæ vtilitas 5.d
Plinij ingenium 76.a
Plinij laus. 7.c. vanitas 137.h.
Plinij loca corrupta multum negocij Budæo faciunt 150.a
Plinij loca inter se collata ibi.d
Plinij loca quædam deplorata. 164.h.i.
Plinij locus. 3.g. 4.c.f. 6.a. 7.a. 27.c.29.c.40.k.42.c.f.i. 43.c.47.c.48.c.49.a.b. restitut⁹. 51.c.i.52.b.f.k.53. c.d.f.g.55.b.d.e. f.58.k. & dein. 61.i k. 62.a 63. c.g.k.64.a.b.65.e. 66.h. 68.a.c.e g. h.i.k. 69.a.70.c.k.73.c.f.74.c.75.k.76. f.h.79.g. 82.g.h.85.k. 86.e.f.87.f. 90.c.g.96.k. 97.f.i.98.d.e.99.c.f. g.100.g.101.c.107.a. 112.d.113. b.133.c. 135.i.138.a.b.143.i.149.d. 151.k.156.a.h.163.d.164 g.h.i. 167.i. 173.c.e. 174.d. g.h. 175.a.181.a.b.d.e.k.182.a.184.k. 185.a.i.k.186.c.f.188.h.191. h
Plinij securitas in rei nũmariæ æstimatione 75.k
Pliniani numeri corruptissimi. 49.d 76.e.98.d.
Plinius iunior, diues fuit. 93.a. Idẽ de Christianis. 136.f
Plinij iunioris in epistolis locus. 30.d.38.e.93.d.e.171.i.
Pluralitatem sacerdotiorum insectatur. 195.f.g
Plutacademica axiomata. 213.g.
Plutarchus de placitis philosophorum à Budæo versus 11.e
Plutarchi testimonio Budæus sæpe vtitur 36.a
Plutarchi in vitis locus. 33.a.b.34.g.35.i. 58.i.k. 61.c.76.k. 77.b. 78.g.79.b.80.c.g.h.i.82.b.e.97 f.158.i.172 h.
Pluto & Plutus 213.k
Pocillatores. 153.i. Podarg⁹. 210.d
Poëmatis genera tria 6.g
Poëtæ græcorũ antiquissimi. 134.b
Poëtarum & rhetorum salaria annua. 54.b
Polemarchi 223.k
Poliorcetes Demetrius 176.a
Politia, popularis status 103.g
Politianus. vide angelus Politian⁹.
Polybius, Annibalis æqualis. 107.c
Polybij ætas 142.a
Polyhistor, multiscius 132.c
Polytropus 206.f
Pollex. 5.b.g. Pollicare 140.c
Pollis & flos 163.a
Pollucis dictum de talento, memorabile 101.f
Pomeria intra nati 123.d
Pomorũ mira precia Romæ. 41.f
Pompeius magnus quantum auxerit ærarium 82.b
Pompeij auctarium ad pop. Rom. imperium. 103.c. donatiuũ. 82.g & dein. & 83.a. liberalitas & animi magnitudo. 94.c.f. triumphus. 81.c. 83.b
Pomponij Attici constantia ac frugalitas. 92.b. eiusdem cũ Cicerone familiaritas. ibi.c.
Pomponij iurisc5sulti locus. 178.k
Pondera terræ inertia 197.k
Pondus panis Parisini 162.b.c.d
Ponderum, mensurarum ac numerorũ ratio cognata. 13.h. 162.h
Pondo, as, mina, libra, idẽ. 3.k. 33.e
Ponderũ nomina, as, bes &c. 13.g
Pondo trecena Romana 107.c
Pontificalem luxum taxat 193.h
Põtificar⁹ sũmi dignitas romæ. 59.e
Pontificis creandi augurium optimum 200.f
Põtifices auaros & ambitiosos taxat 192.c
Põtifices bellatores pstringit. 196.k
Põtifices adhortaf fuæ salutis. 195.c
Pontificum & episcoporum comitatus 200.b
Pontifices maximos belli studiosos perstringit 119.a.b. & dein.
Pontificij libri 199.c.d.e
Ponticum bellum Lucullus non cõfecit 94.k
Poppææ vxoris Neronis cædes. 172 ibidem.g
f. eius luxus ibidem.g
Popinæ professor Apicius 66.a
Popularis actio 22.b
Populus Gallicus obsequiosus fuit principibus 117.h
Populus in Augustum potestatem perpetui imperij detulit 87.b
Populi auaritię peruincẽdæ artifices Demosthenes. 146.a.b. & dein. 161.c
Populi fex, baiuli &c. 63.b
Porcus Troianus 189.b
Portugallici aurei 203.k
Posthumæ rationes 149.a
Potores insignes 154.d
Potus apud Parisienses ratio 154.d
Præcalidum 125.k
Prædiorũ pensitationes qũ cedãt. 3.b
Præfecturæ Parthorum 115.c.d
Prælatorum quos vocam, ambitum taxar 191.k
Prærogatiua tribus 200.c.225
Prærogatiuum suffragium 225.c
Præscriptis verbis agere 9.d
Præstes, præstites dij 225.c
Præsules vnde dicti 196.k.225
Prætexta 225
Prætorium castrense Alexandri magni " 116.c
Prætorium ius, & prætoria potestas 170.f. 195.c
Prætorij fornices 54.b
Prætorianus senatus 18.a
Prætorianorũ militũ stipendiũ. 190.c.
Prætorianorũ militũ stipendiũ. 190.c.
Præuaricationis indignatio. 179.k & dein. 185.d
Pratorum redditus 194.c.d
Precario possidemus quicquid habemus 127.c
Precarius honor 161.a
Precationis dominicæ locus. 54.b.c
Preciũ literarum olim ingens. 54.b.c
Preciũ auri, picturæ, pauonum, mancipiorum, ædium &c. vide suo quęq; loco.
Presbyteri, vide sacerdotes & pontifices.
Primæ cerę 162.b
Primarius panis 197.d
Primigenia noxa 195.f
Principes Romani imperatores dicti 52.c. noĩe regio abstinuerũt. 103.b
Principũ obseruatio q̃ difficilis, quę grauis 211.b.c
Principũ trium virorum in aula Gallica collatio 18.i.k. & dein.
Principes literatos esse debere. 17.k
Principes literatos esse debere. 17.k
Prisciani locus de ponderibus. 53.d k. & 56.f.g
Prisciani nõ esse opusculũ illud de numeris & ponderib⁹. 67.f.i.g.c 105.k
Priuata ratio
Priuati hoĩs æs alienũ Imẽsum. 59.c.
diuitiæ memorabiles. 188.d.
Pro donato

Pro donato sua possident ecclesiastici. 193.c.d
Probandi nomismatis ludus. 73.b
Problematum inuicem mittendorũ consuetudinẽ habebant Solomõ & Iromus rex 135.e.f
Procerum ignorantia 17.g
Processibus suis inimicus hõ. 126.c
Proconsularis potestas 170.b.c
Professionis suæ cuiusq; ratio reddenda 138.h
Prosusor opũ memorabilis. 109.c
Proletarij 214.h
Proludere 216.b
Prometheus 207.k
Pronaum 225
Pronœa, sophia 206.b
Pronuba legatio 26.d
Propædeumata 206.g
Propheratũ sacrorũ oracula. 207.e.f
Proreta 209.c
πρῶϊς λεπτὴ, apud Leptinẽ. 145.h.
Proscenium 123.f
Proteas, vinosus 156.d
Proteus, deus marinus vetustatis typus. 75.a.& 79.c
Protogenes pictor 76.i
Prouerbiũ gallicum, iam maduit, & contractus est 218.d
Prouerbium græcum 169.g
Prouidentia 206.b
Prouinciã Cicero deposuit. 95.a.b
Prouinciæ Augusti, & prouinciæ populi 87.b
Prouinciæ vt facta sint regna. 106.a
Prouinciæ aliàs aliter diuisæ. 87.b
Prouinciarum administrandarũ sub Augusto, ratio 105.f
Prouincias abs se domitas imperatores Romani pro arbitrio disponebant 94.c
Prouincias adituris magistratibus dari solita 95.g.h
Prouincialium stipendiariorũ pensitationes 109.c
Prudẽtia vnde sit. 17.f. q̃ sit. 24.g.h
Prudẽtia vñ homini ĝenereẽ. 24.g
Prudẽtiã Gallis asserit. 17.a. & deĩ.
Prytaneum 121.c.126.c
Prytanea atheniensia 144.c
Plegma 101.b
Psephisma, plebiscitum 31.a
Pseudocatones 210.c
Pseudophilosophia. 207.k
Ptolemæus Auletes, Cleopatræ pater 105.d
Ptolemæ⁹ Cypri rex cõsiscat⁹. 95.c
Ptolemæus philopator. 176.c.f
Publica religione conseerati, canonizati. 197.k
Publica vtilitas cum priuata apud quosdã pugnare videtur. 121.a
P. Clodij domus. 97.i. factio. 95.d
Puer amasi⁹ cẽtũ millib⁹ empt⁹. 36.b
Puerperia numerosa 64.c
Pulmentarium ferè omnes ad panẽ adhibent 162.d
Punctum 4.k
Purpura dibaphia 212.c
Purpura ignota hodie 51.i
Purpura, insigne Romanorum imperatorum 52.b.c
Purpuræ precium 51.h
Purum probum suum aurũ. 215.a
Pustulatum argentum 72.d
Putei Annibalis 107.b
Pyctacium 89.b
Pyramides Aegyptiæ 138.c.d
Pyrrhica 225.
Pyrum anginarium 199.h
Pythij Bithynij diuitię memorabiles. 188.d. 203.f.g
Pryxides argyrocopiorum 72.i

Q

Quadragies sestert. vide sestertiũ q̃d.
Quadrãs. 4.k. 5.a. 13.c.g. 40.d. 153.d. 168.g
Quadrantes ærei erant 172.g
Quadrantal. 5.k. 139.h. 163.k. & 164.a.h
Quadrantalis aspectus 8.
Quadrata forma 140.c
Quadressis 3.k
Quadrigarũ. i. quaternorũ equorũ precium apud Iudæos 129.k
Quadrigati nummi 173.c
Quadringenis in punctum sestertijs aleam ludere 111.a
Quadringenta sestertia, & quadringenta millia 33.d
Quadringenties sestertium 34.c
quęsitores. 204.c. quartari⁹. 167.b.g
Quaterdecies, & quęsdecies. 108.c
Quatuor euangelia 219.b
Quinarius numerus 40.d
Quincuncialis herba 6.a
Quincuncialis ordo vnde sic appellatus 14.a.c
Quincuncialis ordinum ratio. 13.h
Quincunx in poculis 153.b
Quingenties sestertium 36.c
Quinquagenaria amphora. 165.b
Quinta natura seu essentia 11.f.g
Q. Catuli domus 90.i
Quintiliani opes. 54.c. qritare. 66.i

R

Rabirianæ orationis locus 78.h
Ramentum auri 102.f
Ramentitium aurum 101.a.102.f
Ratio priuata 105.h
Rationis sedes 17.e
Rationem quam poterunt reddere ecclesiastici malè versantes. 194.c
Rationes posthumę 203.k
Rationes vt redderent Romani imperatores 61.e
Receptitius seruus 208.c
Recocti aulici 204.k
Recta cœna 168.i
Redditus regni Frãciæ. 81.e. imperij Ro. 104.d.& dein. Aegypti. 105.b
Redimitum caput 215.c
Regalia 81.f
Reges deuicti currum in iugo trahentes 132.k
Reges Francorum alienis oculis & auribus vrentes 120.e
Reges tragici 205.d
Regum felicitas 20.h
Regum libri terrij locus 130.h
Regum maxima laus 223.d
Regia libra 44.g
Regia maiestas expressa 179.c
Regij consiliarij quales esse debeant 17.h
Regij nois odiũ apd Roma. 103.h
Regina Saba 131.i. 135.h
Regna in prouincias redacta. 106.a
Reijcere ex albo 225
Relati in album diuinæ prouidentiæ. 214.a. inter diuos. 194.b
Religione exolui 197.e
Religione publica cõsecrati. 197.k
Reliquiæ sanctorum 195.c
Remora, echeneis 210.k
Remorũ lõgitudo immanis. 176.f
Renunciari lætis auibus 196.c
Renunciari magistratus 124.g
Reorum exemptor 204.b.c
Rependere auro 55.b
Res omnis in assem eiusque partes diuiditur. 5.h
Rerũ præclarè gestarũ laus, sine literarum præconio nulla est. 20.k
Rerum permutatio 169.k
Rerum potiri sine prudentia & literis non possis 24.k
Res tuas tibi habe 126.c
Res alias agere. 26.c. 137.h. 209.a
Respublica abusiuè dicta. 191.d
Resp. hęres institui nõ poterat. 93.c
Resp. vt bene administretur. 118.f
Reip. exenteratores 209.f
Reip. mala vnde 221.g
Restibile vinetum 197.h
Rhetorũ & poëtarum annua salaria 54.b. 112.k
Rhodites vinum 156.k
Riuales 211.g
Roboris miraculum 129.i
Roma aquæductib⁹ scatens. 100.c
Roma à quibus potissimùm exornata ibidem
Roma olì auri indiga. 73.a.c. 171.d
Romæ amplitudo 97.e
Romæ omnia cara 168.h
Romana ditio q̃ latè patuerit. 86. h.i. vt administrata sit. ibidem k.
Romana iura, ab Atheniẽsib⁹. 170.i
Romana opulentia & luxuria. 42.i
Romanæ domus 99.a
Romanę vires se ipę cõfeceŕt. 179.b
Romani census & classes 143.g
Romanorum tributa. 81.d. 103.c. imperium. 102.k
Romanum imperium ad monarchiam redactum. 103.g
Romani imperij magnitudo. 83.a. opes 46.f.g. 105.a. ratio. 87.d. redditus. 104.d. 113. c. termini 103.f. vires quantæ fuerint. 85.c
Romani aurei didrachmi. 78.a. eorum valor. 108.k.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romani imperatores vt rationes redderent 61.c
Romani, non omneis sese dedentes recipiebant 103.i.k
Romani quondã incogniti. 134.h
Romanorum capitum census Christo nato 88.b
Romanorum census Sylla dictatore 83.g
Romanorum imperium qualiter partum 24.e
Romanorum incredibilis opulentia 46.f.g. 168. i
Romanorum numerus summus nõ vltra centum millia 143.i
Romanorum prima classis 143.k
Romanorum principum diuersorũ denarij pondere pares 74.d
Romanorũ priscorũ pauptas 171.d
Romanorum tributorũ summa ex Plutarcho. 81.e
Rosati nummi 71.a.b. 179.c
Roscius hisirio 64.c.f
Roscij in aula 210.e
Roscianum salarium Romæ. 64.g
Roxane, Oxyartæ Bactriani filia. 115.c
Rude donari 120.b
Rubri maris vectigal 105.d
à Rupeforti Cancellarius 121.h
Rusticorum obstinatio 184.e.f

S

Sabellicus 26.g. 35.a. 154.b.c
Saba, portus 131.i
Sabæ oppidum ibidem
Sabæi populi ibidem
Sacerdotum ignorantia & error. 198.a
Sacerdotes aulici. 192.h.i. 193.g
Sacerdotes diuitiarũ studiosi. 191.k
Sacerdotum comitatus indecens. 200.b
Sacerdotum & pontificum exemplo multi peccant 193.k
Sacerdotum vulgus fraudatur à potentioribus 192.f
Sacerdotium opimũ in ponto. 94.g
Sacerdotia qualiter parentur in Frãcia 193.e
Sacerdotia vel viuorum inuadẽtes taxat 212.b. c.d
Sacerdotiorum pluralitatem insectatur 195. f.g.& dein.
Sacerdotiorum redditus vt ferè nũc expendantur 193.h.i.k
Sacræ doctrinæ dignitas, atque amplitudo 208.h
Sacræ res, verborum fucũ respuunt. 207.d
Sacrarium veritatis 208. b
Sacrarum modò literarum & iuris studium quidam olim Gallis attribuebant. 25.a.b
Sacrarum scripturarũ stylus. 208.e.f
Sacramento dicere. 126.b.198.c
Sacrosancta scripta 206.h
Sacrosanctæ pecuniæ cur dicantur literatis 126.i
Salamandra 155.k
Sales gallicorum mimorum. 16.g
Salgamaria vasa 166.a
Salinarum institutio 104.f
Salinator vnde dictus ibi.
Sammaurianum Budæi 14.d
Samijs vasis non litandum. 206.d
Sanctio pragmatica 192.b
Sanctorũ priscorũ cõstantia. 198.b.c
Sanctorum reliquiæ 195.c
Sapientes huius mundi 210. c
Sapientia circa quæ versetur. 24.h
Sapientia ipsa se aperuit 207.i. k
Sapientia omnia nobis bona concilliat 202.d
Sapientia opibus omnibus præstabilior 201.k
Sapientiæ indagatio 202. i.k
Sapientiæ studij fructus 208.g
Sapientia Solomonis. 201. d. errata indidem ab interprete. 201.d
Sardanapali pyra & opes. 128.d. eius exitus. ibidem. f
Sarcta tecta 197. c
Saranas 160.h
Satio agrorum 142. k.& dein.
Satrapiæ Persarum 100.i.k
Saturnus Belo æqualis 132.b
Saturni ædes. 216.k. seculum. 132.b
Satyricorum Francorum licentia. 123.i. k
Satyriscus 210.c
Scalmi, & ad scalmũ alligati. 210.g
Scamnum suppedaneũ psarũ. 116.g
Scarus pisces 111.i
Scauri ædilis magnificẽtia. 99.b.c.d. miranda opera. 47.d.e. luxus. 99.k. theatrum. 111.c
Scena sumptuosa 99.f.g
Scena velut est vita nostra humana. 203.h
Scenæ decus, proceres 127.c
Scenæ seruire 128.d
Scenicorũ figuræ. 123.i. quęsti. 65.i.k
Sceptici philosophi 122.g
Schemata. 6.e.f. eorum vsus 6.i
Scipio quantũ attulerit patriæ. 85.k
Scorta diobolaria 169.c.f
Scotina scripta 206.h
Scripturæ sacræ lectio. 209.c. præstantia 207.c.& dein.
Scripta veterum expendenda. 150.i
Scrupulum. 4.i.k. 5.b.f. 55.i. 67.d. 71. b.k. 72.a. 142.c
Scurræ albati 212.b
Sculptores insignes 96.i.k
Secare viam 194.b
Sectæ philosophorum 203.a
Sectores 212.c
Secularia quæ dicantur 198.d.e
Secularium literarum studium sapientiæ an obsit. 202.e.f. & dein.
Seculum aureum 132.b
Secundis rebus insolescentes. 211.e
Sedere in ordinibus 214.f
Seditio militaris 189.i
Selecti dij 22.f. 196.h
Selibra panis 161.k
Sementis ratio 143.c
σκιάδιον 163.h
Semigrossius 44.h
Semiobolus 4.k
Semipes 140.c
Semisextariolus 152.i
Semisses vsuræ 182.c
Semissis aspectus 8.
Semuncia 4.h.k. 5.c
Semuncia nummi 98.d
Semuncia venire bona ibidem
Senarius, perfectus numerus. 5.h
Senatoribus salaria constituta 54.a
Senatorius cẽsus, duodecies sestertium 55.a
Senatus collatio exacta à Nerone. 111.g
Senatusconsulti Claudianiabrogatio 191.c
Seneca philosophus admodũ diues. 96.f. 183.i.k. 187.a.d. 192.b.
millia sestertiũ nũmorũ, idẽ. 33.d
Senecę accusatio ad Neronẽ. 187.c
Senecæ locus 48.h.k. 66.a
Senecæ vineæ 186.i
Septem Græciæ sapientes quando extiterint 134.c
Septuagita cellulę i Aegypto. 136.a. 6.b. 153.b
Septunx 138.c.d
Sepulcra regum Aegypti. 126.h
Sequestres intra septa 165.c. 166.b.c
Seria 207.h
Sermo, filius dei 209.c
Sermo interior & exterior. 213.a.b
Seruare de cælo 200.f. 215
Seruiliæ Bruti matris margaritæ. 59.i. 60.c
Seruitia picturã nõ docebãtur. 58.d
Seruitus spontanea 209.h
Seruius Tullius Romanorum rex. 143.g
Seruorũ cura maxima habẽda. 58.h
Seruorum ingens numerus. 58.g
Seruorum Rom. frugalitas. 165.i
Seruum dei temere se vocans pontifex Iulius 213.f
Sesculysses 3.g
Sescunx, sescuncia 3.c
Sescuplum, sexcuplum 3.d.i.h
sestos regis superbia. 132.h. 133.c
sesqui 3.c
sesquialter 165.k
sesquiculeare dolium 3.g
sesquiopera, sesquiplaga 3.a
sesquipedalia tigna, verba 52.d
sesquipondium 3.b.c.d
sesquunx, sesquuncia 3.c
sesquiplum 199.c
sessiones conciliorum 39.a
sestans. vide sextans
sestertium in recto casu 111.c
sestertium bis & vicies millies à Nerone prodigè effusum 111.c
sestertiũ decies. 66.c. 171.f. duodecies. 45.h. 57.k. quaterdecies. 38.h. tricies. 34.k. quadragies. 46.d. sexagies. 64.i. 90.i. cẽties. 46.f. 77.i. 95.g. ducẽties. 92.a. quadrigẽties. 48.c. quingẽties. 36.c. nouies millies. 112.c. bis

bis & vicies millies. 111.c. vicies & septies millies. 109.c. quadragies millies. 111.k
sestertius nummus. 13.c.f. 29.b.d. 32. i. 168.g. 180.g. vnde dictus. 33.d
sestertius nunquam æreus fuit. 40.k
sestertius, denarij quarta pars. 74.a
sesterti cẽtenis aureis æstimat. 40.e
sestertij in genitiuo 38.c
sestertij & denarij æstimatio 47.f
sestertij nota. 41.c. 48.i. 64.b. 168.a.
pondus. 151.d. valor. 26.f. 40.d. 47.f. 141.b. 185.d
sestertij vocabulũ græcis ignotum. 76.g. 82.b
sestertio, in ablatiuo nonnunquam dicitur 38.b
sestertio quadragies ibi.g
Sestertia centum, & sestertium centies, quid differant 33.g
sestertia quadringẽta, & quadrigẽta millia sestertiũ nũmorũ, idẽ. 33.d
sestertia sexcenta 64.k
sestertia singula, millia singula nũmorum significant 33.d
sestertia tria millia parum latinè dicatur 38.k
sestertia triginta 91.h
sestertia vnde dicta 33.d
sesterciorum æstimatio 45.e
sesterciorum varietas 174.a
sestertiũ pro sestertiorũ per syncopam 38.b
sestertijs Græci nõ numerabãt. 82.b
sestertijs millib. corruptè apud authores legi 42.e
Sestius Niger 155.i
sexcuplũ & sescuplum differunt. 3.c
sextans 13.g. 168.i
sextantarij asses 173.f
sextantarij modi 154.h
sextantes pro assibus 173.g
sextarius 139.c. 148.g.k
sextarius octo pintas capit 149.k
sextarius bilibris 158.b
sextarius gallicus 140.h. 141.g
sextarius Roma. 151.d. 152.h.k
sextarius vini 181.h
sextula 4.h
sextus & sexagenarius aspectus. 8.
sexti decretaliũ & Clemẽtinæ. 199.c
Siciliæ frumentum 141.d.e
siciliquum 4.i.5.f.7.c
sicilus 129.c.d. 138.a.b
siculo agro non cedat Francianus ager 142.k
siderati 215.h
silentium magno redemptũ. 144.h
siligo quid. 163.c
siliqua 4.k. 5.a. 13.f
siliquę granum 71.h
simplicitas Francis ingenita. 120.d
similago, similáve 163.h
simon magus 137.c
simoniacos taxat 192.f
simulacrorũ cultus quando instituus 132.b
simulatores perstringit 127.i.k
simulationis difficultas 21.i.k
simulationem aulicam perstringit. 212.i
sisyphidæ 209.h
sitometrium 161.f
σὶτου ἄλκη 30.i
Solatorum aureorum valor. 71.f.g
soli stupenda fertilitas 187.g
solidus 131.a. 178.i
solidi, aurei. 180.c. duodenarij. 45.g
solidi Parisienses & Turonenses. 101.i
Solomon & ditissimus, & sapientissimus 201.c
Solomon encyclopædian absoluit. 202.i
Solomon in ænigmatibus à puero victus 135.h
Solomon trismegistus, sapientiæ antistes 207.g
Solomonis epistola ad Vaphrem Aegypti regem 128.i
Solomonis philosophia. 137.i. symbola. 206.i
Solomonis templum quanto sumptu extructum 129.c
Solomonis & Dauidis opes. 133.c
Solonis mensuris vruntur Parisienses. 167.c
Sophene 133.d
Sophia, quæ & prouœa 206.b
Sophistæ, dicendi magistri 23.h
Sophophilus 210.i
Sordes trib. pl. ac cos. insignis. 98.k
Sordes reorum 25.h. 204.e
in Sordibus esse 225
Sorices prætorij 54.k
Sortes 203.c
Spartianus inter classicos autores non censendus 38.i
Specilla 210.e
Spes ambitiosorum 211.h
Spicæ mutilæ, non aristatæ. 142.h
Spintriæ aulici 209.g
Spira 27.d
Spiritualia quæ dicantur 198.e
Spithamæ 5.a
Sportula, centũ quadrãtes. 168.g.h
Stannum 157.i.
Stare ad cyathum 153.h
Stater 4.k. 131.a. 188.c
Stater atticus aureus 70.b
Stater multiplex, Cyzicenus, Atticus, Persicus, Lysimacheus. 189. a.c.e.
Stathmi, mansiones 113.f
Statiua habere 225
Statumina 197.g
Statyra Darij filia 115.d
Sterlinus quid 44.h
Stertinij medici ingẽs quæstus Romæ 52.i
Stigmate inuruntur nobiles pueri. 64.d
Stylo exigere 225.
Stipendium medicorũ Romæ. 52.i
Stipendium militare. 175.c. 189.g. 190.d.
Stipendia apud Gallos olim literatis non attribuebantur 21.h
Stipendia emerita 159.h
Stipendia facere Mineruæ, & æra non merere ibi.
Stoici 203.a
Stipendia implere 208.k
Stomachus propriè dictus 167.k
Strabo quo tempore fuerit. 86.g
eius auctoritas 23.e
Strabonis loc. 55.g.h. 107.e. 166.h.
Studij fructus in ima vena recondirus. 160.b
Studiorum quis tenor tenendus. 205.i.
Studiosi nomine indignus. 23.e
Stupiditas mortalium 198.g
Sub vexillis retineri 190.b
Sublimipetæ 194.c
Subsiciuum 5.c
Successio apostolorum & discipulorum domini qualis esse debuerit i nostris sacerdotib. 195.h
Suetoni de Christianis. 136.d.e.h.
Suetonij locus. 28.h. 37.k.& dein. 74.i. vide Tranquillus.
Suffenus sibi quisque 220.g
Sufflamen 210.c
Sufragium prærogatiuum 225.
Suffusio oculorum 194.f
Suidæ locus corruptus 130.d
Suillæ carnis salsura 168.d
Suillum iecur 62.k
Suillius accusator 179.k
Summa opum maxima 114.i
Summa pecuniæ immensa 85.g
Summum bonum 202.d
Summum ius 204.i
Summus atriẽsis domini, id est põtifex maximus. 193.d
Sumptuariæ leges 170.k
Superbiæ abijciendæ exemplum. 116.i
Superfœtatio miranda 64.e
Supplicia ęterna vt euitem. 195.e.f
Suprà quàm 62.c
Super chœnicem ne sedeas. 160.k
Superbia, cupiditas, voluptas, Geryones tergeminus. 214.c
Superindictiones 81.i
Suprem disceptator & iudex Christus. 199.c
Sus ganeæ aptus 63.a
Suum saginatio 63.b
Susa, regia Memnonia. 113.g. 114.b
Susiani thesauri 113.k
Sylla. 20. talentũm millia imperauit Asiæ 83.d
Sylla vxorem languidam repudiat. 100.a
Symbola 206.i
Symmoriæ 145.a.b
Symmoritæ 146.g
Symposiacus antiquorum mos. 152.k
Synclides, conuenæ 107.g
Syntaxis Athenienſiũ. 145.f. 146.h

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syria terrarum maxima 133.d
Syrorum nomen 133.f
T
Tabularum pictarum precia. 55.a
Tacitus scriptorum vecordissimus. 136.c.h
Taciti locus 28.g
Taciti pulcher locus. 179.k. & dein. restitutus. 180.c
Talentum 57.i.78.f.79.g
Talentum Aegyptium. 73.g. 132.k
Talentum apud Homerum. 130.c. apud Pollucem. 101.f. Vitruuiũ. 51.d.e
Talẽtum Atticũ. 55.i.k. 56.c. 65.g. 75.i. 76.g
Talentum Babylonicum 100.k
Talentum Euboicum 56.h. 102.c
Talentum Hebraicum 137.k
Talentum magnum 57.b
Talentum nummarium 131.c
Talentum ponderale 131.h
Talentum pro siclo 129.b
Talentum Siculum duplex 130.d
Talentum. xx. millia Asiæ à Sylla imperata 83.d
Talentum vnum tantum apud Hebræos. 130.c
Talenti consideratio. 55. h.i. 57. f. i.k
Talenti significatio. 131. b. valor 78.k. 80.c. 108.c. 130.f.g. variatio apud authores 57.c. 130.e
Talenta auri viginti 55.f
Talenta non fuisse æqualia auri & argenti 130.e
Talenta omnia ad vnam formulam redacta 101.h
Talenta Parisina 177.h
Talentorum auri precium 92.i
Talentorum vocabulum Romani ignorabant 98.a
Talithybiadæ 21.a. & 132.f
Tantali talenta 209.d
Tapetes precioſi 99.c
Tarara 107.f
Tarbelli ibidem
Tarius Rufus 191.h
τάξις 131.f
Tectorium opus 201.i
Tele. 82.c. 145.h
Teletarches 193.b
Telephium vulnus 26.d
Templum Solomonis quãto tẽpore extructum. 128.i. 129.a. quanto sumptu. ibi.e
Templum Solomonis, typus ecclesiæ constituendæ 208.b
Tenesis regio 131.k
Terrę mira fertilitas. 184.g.h. 187.g
Terrestris vsura, & nautica 31.h
Tertulliani locus memorabilis de Christi morte 137.h
Teruncius 40.c.f. 168.g
Tessera & cubus 139.g
Tessera hospitij 199.a
Tesserę veniales 199.c
Tesserarum constituendarum ratio 140.b
Testamentum domini in procinctu nuncupatum 95.a.b
Testamentum vt rumpatur. 195.c
Tetartemorium. 13.c. 169.a
Tetradrachmum 56.c. 187.k
Terrobolum 169.d
Thalamegos nauis fluuialis Philopatoris 177.k
Thalthybius, Agamemnonis caduceator 132.f
Tharseis insula 131.h
Theatrum auro opertum 110.i
Theatrum M. Scauri 99.b
Theatricorum actorum apud Gallos sales 16.g
Theodorus Gaza. 12.i. 156.c. eius lapsus 158.b
Theoria 198.i.k
Theramenes aulici 218.g
Theriotrophium 63.b
Thesęia amicitia 210.i.g
Theseo sine facta non esse memorabilia gesta 24.k
Thetes, opifices 143.c
Theticus census 142.c
Threnodiæ 198.g
Thucydides ab exilio ob historiã reuocatus 54.d
Thucydidis locus 175.c
Tibicinibus fulcire 197.c
Tiresias Thebanus 201.c
Tiridates. 110.g. Romam cur venerit ibi.i
Togati & ſtulati. 225. Tollenones & tollones. 68.i
Tollere manum de tabula nescire. 76.i
Tolossanum aurum 107.i
Tonelli 166.c
Tracti de cœlo 198.h
Traiani animus erga Christianos. 136.i
Trãquill⁹ de Christianis. 126.d.e.h
Tranquilli locus. 6.i. 26.g. 35.f. 52.a. 83.c. 98.d
Tranquillitas animi 209.a
Translatitium 43.c. 225
Trecena pondo Romana 107.b
Tressis 3.k
Triceſſis ibi.
Tribules 146.g
Tribunitia potestas 170.d
Tribus Athenienses 145.g
Tribus erant Romæ. xxxv. 88.k
Tributum Iudaicum 188.b
Tributum Athenienses non pendebant 145.a
Tributum pro modo census Romæ exigebatur 104.f
Tributa & vectigalia differũt. 82.c
Tributa Persica 102.f
Tributa populus Romanus pendere aliquando desijt. 105.k
Tributa populi Ro. 103.b.c.e
Tributorum populi Romani summa 81.d
Tributorum toleras Francia. 124.b
Tributis argentum imperabant Romani, non aurum 96.h
Triclinariorum babylonicorũ ingens precium 51.h
Tricongius Torquatus 154.d
Triens. 5.b. 40.c. 77.c. 138.b. 151.b. 168.g 9.
Trientalis aspectus &c. 32.h
Trientarium fœnus 32.h
Trierarchia Athenienſis. 145.b.h. 146.h. 147.d 33.c
τριμιτής 166.c
Trioboli homo 111.h
Triobolum. 169.c. eius nota. ibidem
Tripatinum 225.k
Tripudium solistimum 85.b
Triremes & quinqueremes, & vlteriora vocabula 175.b. 194.b
Tritemorum 137.c
τριῶβολον 151.c
τρίτον ἡμιδραχμον 145.g
Trittyes 85.c
Triumuiralis partitio 40.d
Triunx & triuncis 104.c
Trogi locus 65.b
Troianus porcus 199.a
Tropus orationis multiplex. 199.a
Turdetania eadem quæ & Bætica. 106.f 43.d
Turdus vocalis 62.b.h
Turdorum precium 223.d
Tutelares regni virtutes 132.c
Tiberij rapacitas 132.d
Tympana publicæ famæ pulsare. 127.i
V.
V litera, quæ nota 67.h
Vades locupletes 181.b
Vadimonium fati 208.h
Valla. vide Laurent. Val.
Valeri⁹ maxim⁹ Plinio antiquior. 90.g
Vaphris regis Aegypti respõsio ad Solomonem 128.k
Variana clades sub Augusto. 85.b
Varronis locus 5.b.c. 42.c. 63.c. 90.c
Vasa argentea precioſa 91.c
Vasarium 91.c
Vasorum differentiæ. 165.k. & dein.
Vasorũ noña, triẽs, quadrãs &c. 124.a
Vcalegon 124.a
Vectigalia bina eodem anno exigentes, vt reprimendi sint. 84.d
Vectigalia & tributa differunt. 82.c
Vectigalia omitti iubere cogitabat Nero 104.h
Vectigalia, trium generum 104.d
Vectigaliũ vocabulis priscis mutatis, pẽsitatio tñ non tñdet. 179.g
Vectigaliũ imminutio. 32.b. 179.g
Vectores 216.i
Velites, velitari 225.
Vendita immenso precio Horatius oratio vna 54.c
Venditare fumos 122.d
Veneti à Gallis bello lacessiti. 118.k
Venię à deo temere pſumẽtes. 194.k
Veniales tesseræ 199.c
Venialia donatiua 20.d
Venire semũcia. 98.i. Vẽtricul⁹ 168.a
Venus Coa imperfecta 122.h
Ven⁹ palatina dict⁹ L. Crassus. 99.h
Verbum vnum improbum seuerè castigatum 170.h
Vergili⁹ quitũ receperit, p pauculis versibus. 93.c f. eius census. ibidem. g. eius aurei versus. ibidem
Vertis furta 27.d.e. 46.f.i
Verrinę locus. vide Ciceronis loc⁹.
Veritas antiquis ignota 137.g
Veritas comperta à nobis retineri nequit ibidem
Veritas historiæ ab Aegyptijs & Chaldæis quærenda 135.c
Veritas, hoſm conubernalis. 198.d
Veritatis cultus penes quos fuerit ante aduentum domini 137.f
Veritas in alto iacet 75.c
Veritatis numẽ Budęo sacrosanct⁹ omnibus scriptoribus 7.e
Veritatis vis. 15.b.c. 136.i. 213.a
Verò particulæ vsus 49.b
Versuris auctorare obęratos. 126.d
Vernactũ. 142.k. Ver⁹ impator. 69.k
Veterani milites 190.b
Vespasianus tributis & vectigalib⁹ grauis. 112.i. eius fauor erga literas. 54.b. liberalitas. 112.k
Vestę ignis. 192.d. Veterani. 190.b
Veterum auctoritati quantum deferat Budæus 7.f. 9.c.d
Veterum magnificentia multo erat nostra hodierna maior 178.c
Vetustas vt à priscis adũbrata 75.a
sub Vexillis retineri 190.b
Vicariorũ culpã pœnabũr q eos ouib⁹ suis præficiũr sacerdotes. 193.f
Vicena stipendia merere solitos veteranos 190.b
Vicesſis 3.k
Vicies sester. vide sestertium vicies.
Vicinorũ inuidia in re ,ſpera. 186.c
Viciſſitudo rerum 120.k
Victimæ inauratæ 212.c
Victorię diuersæ alia atque alia etiã monumenta 138.g
Victus cuiq; sui reddẽda rõ. 138.i.k
Viginti talenta auri 55.f
Vinea domini 197.f
Vineæ colendæ ars 185.f
Vineę consitio 185.c
Vinearum calamitates. 184.d
Vinearum precium 185.e
Vinearum redditus vberrimus. 183. h.i. & dein.
Vinera culrui apud nos nõ semper respondere, quid caussæ sit. 184.c
Vinetorũ Parisinorũ fertilitas. 184.b
Vinitoris serui precijũ. 43. b 63.d.f
Vinitores nostri non perinde industrij nec periti 184.c.e
Vinitorum priscorum industria ac frugalitas 184.d.e
Vinum Coum 164.c
Vinum Græcum 164.a.e
Vinum dulce 165.b
Vinum Opimianum 181.c
Vinum recens ac mustum suaue, ætatem non fert 166.c
Vinum vetustissimum 181.c
Vini amphora 149.e
Vini apud Parisios vilitas miranda. 41.h
Vini parciores erant antiqui. 154.k
Vini porores insignes 149.d
Vini precium apud priscos 183.f
Vini precium maximum. 183.b.g
Vina vt seruarentur ibi.g
Vinorum ætas 182.k
Vina annos ferre 195.i
Vinorum apud Parisienses precium maximum 182.h
Vinorum diffusio 166.b
Vinorum Francicorum varietas ac præstantia 183.d
Virgilij Bucolica, georgica. 6.h. auri versus. 93.f. census. 93.h
Virorum duorum aulicorum exẽpla diuersa 124.i
Virorum duorum proborum exempla diuersa. 121.i.k. & dein.
Virtutis ac doctrinæ algor. 216.b
Vitę ac professionis suæ cuiusque ratio reddenda 138.h
Vitæ huius gloria 203.d. 212.g
Vitellij luxus. 27.e. 111.h. 112.e
Vitis platanusq; aurea 116.f.h
Vitis prodigiosæ fertilitatis. 187.f
Vitẽ tenentes Centuriones. 192.g
Vitium cultura 183.h
Vitium obuenire 225
Vitruuij locus molestissimus. 172.k. 173.k
Vitruuij locus restitutus 109.h
Viuorum exuuias petentes sectores taxat 212.c.d
Vlpiani iurisconsulti tẽpora. 179.i
Vlysses Homericus 206.f
Vlyssis socij ibi.e
Vncia. 3.c.i. 4.k. 5.b. 140.f. 181.h.i
Vncia apud medicos 151.b
Vncia agri. 5.b. auri. 71.g. vini. 181.g
Vncię argenti valor 73.a
Vncia auri plus q̃ libra auri. 70.b
Vnciæ distributio. 44. g. scrupula 67.d
Vnciæ in libra, quot ibi.
Vncialis altitudo 181.i
Vnciales literæ 6.c
Vnciaria vsura 32.a
Vnctores, aliptæ 196.k
Vnio Cleopatręg. 59.i. 60.b.c. Seruiliæ vnio. ibidem.e
Vniones sorbiles conuiuis appositi. 65.c
Vnionum precia 59.i.k. 60.d
Vocabula multa ãdiu non intellecta 14.i
Vocabula locorum. 132.a. mensorum. 4.k. pecuniæ signatæ. 13.c vasorum. 13.g
Vociferatus confusus 127.c
Volones 204.c
Voluntas dei vt fiat, præcantes, quid petamus 213.c
Vomitandi consuetudo 111.h
Vranognomon 209.b
Vranophron 217.g
Vranopolis 206.b
Vranoscopus amor sapientiæ. 217.e
Vrbanos magistratus ambitiosos taxat 210.k
Vrbes vt capiantur 24.f
Vrbis adornandæ studiosus Augustus 89.e
Vrbis ornandæ ratio 96.c.d
Vrna 149.c. 167.b
Vrphe insula 128.i
Vsura centesima. 30.b. sesquicentesima. ibidem.h
Vsura ciuilis & legitima secundum Iustinianum 32.e
Vsura drachmalis 30.k
Vsura duplex 31.h
Vsurę hodiernæ 32.h
Vsuræ menstruæ fuerunt 31.a
Vsuræ semisses 29.i.k
Vsuras concernens locus Hermolai barbari 29.h
Vtilitas huius libri 39.k
Vtilitas publica cum priuata quibusdam pugnare videtur 121.a
Vtraque pagina rationũ, metaphoricè 195.h
Vulcania vincula 210.a
X.
X, denarij nota 67. g. 76.h. 174.c
X terminata nomina, genitiuũ per c faciunt 3.d
Xenagogus 217.e
Xenium aduentitium magistratibus dari solitum 96.a
Xenomania 120.g
Xerxes togatus, Lucullus dictus. 61.i
Xerxis crudele facinus 203.g
Xerxis Persarum regis classis. 175.g
Xestes 155.e. 167.c
Y.
ὑφημιόλιος vsura subsequipla. 32.f
Z
Zelus domini 119.e
Zeugitæ 143.c.d
Zoroastres 135.i
Zygostatica libra. 44.h

FINIS.

Errata sic repone.

Folio. 67. F. ad marginem, Notæ nummorum. ibi. G. versu 9 in contextu sic lege ac distingue, nota est denarij nummi, add. ta. à dex. lat. virg. trãsuersa: eadẽq; &c. Fol. 136. C. versu. 5. magum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca